

1

DE OFFICIO [illegible]

[illegible]

Cum [illegible]

DE IVRISDICTIONE [illegible]

[illegible]

REPETITIO
CLEM. I. VT CLERICORVM
DE OFFICIO ORDINARII.


In qua agitur
DE PONTIFICIS ET IMPERATORIS POTESTATE ET CLERICORVM CORRECTIONE.

Cum tractatu vtilissimo
DE IVRISDICTIONE SECVLARI
super personis ecclesiast. & rebus earum.
Et vice versa
DE IVRISDICTIONE ECCLESIAE SVper Laicis, eorumq; bonis per 149. Casus.

ITEM TRACTATVS
DE RECVSATIONIBVS IVDICVM
per 92. causas.


Auctore STEPHANO AVFRERIO olim antecessore Tolosano.

Accessit in fine tractatus breuis Bernardi Laurenti, quibus casibus secularis Iudex manus in clericum inijciat.



Opera & studio Matthæi Boys Docto. cum pluribus additionibus, remissionibus, summarijs & gemino Indice illustrata & recusa.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Henricum Falckenburg
Anno M. D. XCVII.



SERENISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. FERDINANDO ARCHIEPISCOPATVS COLONIENSIS, ET PRAEPOSITVRAE BERGTESgatensis Coadiutori, & Administratori, Praeposito Argentinensi, Comiti Palatino Rheni, vtriusq; Bauariae duci, Domino suo clementissimo.

S. P.



VM hic Author, Serenissime Princeps, antiquus (vt qui Anno 1485. primum editus, deinde Anno 1514. iterũ recusus fuerit) ex Bibliotheca Clarissimi atque Consultissimi viri Stephani Bruhmanni I. V. D. nostra Academiae Ordinarij Professoris affinis & Collega mei familiarissimi in manus meas venisset, eundemq; nusquã in Typographijs extare animaduertissem, propter summam vtilitatem infinitarũ quaestionum, quae in quotidianis controuersijs, circa Ecclesiasticam & Laicam iurisdictionem quotidie occurrũt, & in eodem deciduntur, rem labore dignam, & Reipubl. doctisq; viris non ingratam mihi me facturum persuasi, si eundem mea opera atque studio quasi postliminio in manus eorum reuocarem, & quasi ab interitu vindicarem. Non quod nesciam ipsum Authorem in Tractatibus Tractatuum, &

Repetitionum diuersis separatisque voluminibus contineri, sed quotusquisq; est, qui ob immensum illud pretium ea volumina Tractat & Repetit: sibi comparare possit? Et quidem ad hunc laborem suscipiendum incitauit me ipsa natura, qua homines hominum caussa finxit atq; procreauit, vt sibi inuicem, quacunque possent ratione, auxilio forent. Commouit me etiam ipsa Ciceronis eloquentia fontis ex Platone autoritas, quod non nobis tantum, sed etiam alijs nati simus, communesq; vtilitates in medium adferre, & commutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum consilio, tum facultatibus promereri hominum societatem debeamus. Perlegi itaque vetus illud exemplar, in quo (cùm mēdosum admodum, & continuo orationis filo contextum esset) innumerabilia loca correxi, nouos paragraphos, & certas quæstiones cum subordinatis fallentijs constitui, summaria (legentium laborem subleuando) vbique asscripsi, plurimis etiam in locis ceruino quodam saltu, quantum per occupationes licuit, vmbratiles quasdam additiones atque remissiones adieci, & hoc modo autorem nostrum in hac noua forma noua quasi veste indutum atque reformatum in Republ. nostra literaria conseruare atque tueri, Bibliopolisq; venalem restituere volui. Ita enim quod in rebus humanis paulatim labitur, in pristinum statum reuocari conuenit. Sic enim Imperator Iustinianus quod paulatim (inquit) labitur, id reparare festinamus. i Idem Iustinianus. Quoniam, inquit, leges iam

i In Auth. de quæstore.

ges iam antea positas plerumque neglectas inuenimus, eas reparari oportere iudicamus, idq; in locis pluribus. 2. Etsi igitur de iure rectè dici possit, quod paria sint facere de nouo, vel reficere in noua forma 3. quia aliquid vni subiecto addendo eius mutatur natura, & eo ipso quod veteri priuilegio aliquid additum est, nouum facit censeri priuilegiū 4. sicuti quando primæ dispositioni aliquid additur vel detrahitur, noua dispositio, nouaq; forma efficitur: 5. attamen nihil in hunc authorem neque iuris neq; possessionis mihi vendico, sed tantum aliquam à studiosis pro mea publicæ vtilitatis promouendæ cupiditate mihi gratiam deberi existimo, eo quod quando ex statuto pro singulis instrumentis gabella debetur, vtique etiam, si veteri instrumento aliquid additur, noua etiam gabella debebitur. 6. Hanc igitur meam qualemcunque Reipublic. iuuandæ operam, hoc meum studium atque laborem (si modo discendi studendique cupiditas labor est) Serenissime Princeps, Augusto Cels. tuæ nomini, atq; numini eiusdē consecrare volui, idq; duplici de causa, Primo, quia ob multas heroicas ingenij tui virtutes animiq; raras atque præclaras dotes omnium consensu atque applausu, sanctissimæ sedis Apostolicæ authoritate accedente, ad culmē eius præeminentiæ dignitatis atq; prælaturæ euectus atque elatus es, ad quam huius libelli materia atq; tractatus omnimodo spectat, & pertinet: Agitur siquidem in eo potissimum, tam de Clericorum correctione, quam etiam de

2. In Auth. de hæred. & fal. §. semper ab initio.

3. Felin in c. consuluit, de iudicijs.

4. Crauet. conf. 4. nu. 54. Alexand. consil. 161. vol. 6.

5. Iason notab 4. in l. 1. §. Si quis de verbor. oblig.

6. Ananias in ca. iudęi. de iudęis.

Ecclesiastica iurisdictionis defensione atque conseruatione, quorum vtrumque Serenis. T. Cels. ex officio incumbit. Deinde, vt cum hactenus Serenis. T. Cels. artium ingenuarum Rethorũ Philosophorumq; precepta didicerit, atque inde modestiæ, continentiæ, vigilantiæ, omniumq; virtutũ fundamentum iecerit, atque etiamnum hodie Theologiæ studio delectetur, etiam hanc iuris Ciuilis atque Canonici partem, & quatenus Imperatoris iurisdictio à summi Pontificis potestate promanet in hac potißimum Ecclesiastica materia ex hoc breui libello hauriat atque cognoscat, Clericorum sinistros mores reformet, atque Ecclesiasticam iurisdictionem conseruet. Accipe igitur hanc meam operam & hoc meum munusculũ, Serenißime princeps, Sereno vultu, & dum pro ijs (vt ille ait) non mihi aurum posco; *Illud tantum petere non erubesco, vt ea meæ erga Serenis. T. Cels. deuotißimæ obseruãtiæ pignus ac μνημόσυνον esse sinat, & me meosque sibi commendatos habeat. Deus Opt. Max. Serenis. T. Cels. actiones omnes perpetuo dirigere, larga manu fouere, & eandem Diœces. Coloniensi diu incolumem conseruare dignetur. Datum Coloniæ ex Musæo meo, Anno reparatæ salutis 1597. 1. Iul.*

Serenis. T. Cels.

Obseruantißimus

Matthæus Boyß
Doctor.

SYNOPSIS CONTENTORVM IN hac tota Repetitione.

5

Tria Quæsita præmissorum loco.

1 An dignitas pôtificalis & Imperialis siue Regalis sint similes, vel an sint potestates distinctæ ad inuicem. sub num 39.

2 Vtrum Romanus Pontifex habeat plenam iurisdictionem, tam in spiritualib. quam in temporalib. nu. 40.

3 An Papa sit maior Imperatore sub num 48.

QVAESTIONES VNDECIM VSque ad finem Repetititionis.

1 Quis exemerit clericos à iurisdictione Imperatoris, num. 59.

2 An absq; metu excommunicationis liceat clericum in crimine repertum capere, num. 63.

3 An Laico domino liceat Clericum vasallum de feudo propria auctoritate expellere, quando feudum est apertum domino, num. 77.

4 Quæritur nunquid saltem ex Ecclesiæ delegatione iudici laico licitum sit de causis etiam criminalibus clericorum cognoscere. num. 93.

5 Au Episcopus vel alius Iudex Ecclesiast. laicũ purũ capere possit, & carcerare pro crimine ecclesiast. nũ. 102

CONCLVSIONES 12. EX HINC *inde argumentis propositis Collecta.*

2 Licet

2 Licet Papa gladij temporalis exercitium non habeat, apud eum tamen ſuprema cenſetur eſſe poteſtas num. ibidem.

3 Licet priuilegium immunitatis perſonæ Clericorum ſit de iure poſitiuo fori, tamen priuilegiũ à iure deſcendit diuino, num. 62.

4 Licitum eſt laico Clericum in crimine flagranti repertum capere, ſi de fuga ſit ſuſpectus, vel aliter ab eius iniuria cōpeſci non poteſt nu. 73

5 Licitum eſt laico Clericum debitorem ſuum fugientem, aut rem ſuam aſportantem, capere. ibidem.

6 Licitum videtur illis Clericum capere, quibus licitum eſt percutere. ibidem.

7 Laico domino Clericum eius vaſallum à feudo violenter non licet expellere, num. 80.

8 Laico iudici Clericum coram ipſo falſum deponentem punire licitum non exiſtit, etiam ciuiliter, nu. 83.

9 Laico iudici de cauſis etiam criminalibus Clericorum & Eccleſiæ delegatione licitũ eſt cognoſcere nu. 94

10 Laicum purum pro crimine Eccleſiaſtico, iudici Eccleſiaſtico capere de iure licitum eſſe videtur, nu. 107.

11 Iudex Eccleſiaſticus Laicum Ec-

clesiæ temporaliter nonsubiectum pecuniaria pœna licite punire potest.sub num. 109.

12 Laicus Iudex vel secularis princeps Clericum à crimine absoluere non potest,sub num.139.

SVMMARIA REPETITIONIS ordine literario collecta.

Comi-

Pater

Reum

SVMMARIA EX ADDItionibus Matthæi Boys D. collecta.

231 de

63 Papa

REPE-



REPETITIO SOLEMNIS AD CLEMEN. VT CLERIC. DE OFFI. ORD.

PER STEPHANVM AVFRErium facta in studio Tholosano, Anno Domini 1485.

SVMMARIVM CLEM.

Episcopi ita corrigere debent Clericorum excessus, quod metu pœnæ ipsi arceantur, & alij pertimescant. Ita Iohan. Andreas.

Clemens 5. in Concilio Vienens.

VT Clericorum audacia, qui prætextu priuilegij Clericalis ordinis impunitatem excessuum obtinere sperantes, nonnulla multoties committunt enormia, per quæ diffamatur Ecclesia, & scandala grauia in populo generantur, potissimè cùm talia per Episcopos, ad quos horum spectat correctio, deferantur (vt plurimum) incorrecta, propensius compescatur: Eisdem Episcopis districtè iniungimus, quatenus sic, circa correctionem Clericorum huiusmodi vigilanter intendant; & diligenter sui officij debitum exequantur, quod & eidē Clerici metu pœnæ à suis insolentijs arceantur, & alij eorū exemplo perterriti ad similia prosilire meritò pertimescant.

SVMMARIA EX ORDINE NVMErorum vsq; ad finem.

1 Episcopi ita tenentur corrigere Clericorum excessus, quod metu pœnæ ipsi arceantur, & alij pertimescant.

2 Clericorum appellatione qui veniant.

3 Priuilegiũ concessum Clericis, concessum censetur omnib. in dignitate, secus in materia odiosa.

4 Audacia reprobari debet, & qui dicantur audaces.

5 Priuilegij Clericalis appellatione venit priuilegium immunitatis personæ, & fori, & quomodo amittantur hæc priuilegia.

6 Iuris ignorantia militi non imputatur, qui armis vacare debet.

7 Clericorum priuilegia.

8 Clerici possunt vendicare rem Ecclesiæ concessam ante traditionem, & an eorum familiæ gaudeant eorum priuilegijs.

9 Statuentes contra Clericorum statuta sunt excommunicati.

10 Clerici in necessitate à patre distrahi non possunt.

11 Clerici priuilegij prætextu autoritas delinquendi accrescere non debet, quia reatus omnem honorem excludit.

12 Priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur autoritate.

13 Impunitatis spes est detestanda, & ideo venit auferenda.

14 Prælati negligentes in correctione subditorum impu-

impunitatem permittere videntur.
Delicta enormia qual dicuntur in Clericis, & quid sit delictum, quid peccatum, & quid crimen. 17
Ecclesia ne diffametur omninò est prouidendum.
Scandalis est obuiandum, & quid sit scandalum, & vnde dicatur.
Iure suo aliquando quis priuatur sine culpa.
Negligentia vel inobedientia quando nõ sit peccatum mortale.
0 Lex generalis quando recipitur in vsum à certo genere personarũ, & ab alio non, non obseruantes non peccant saltem post longa tempora.
21 Prælati debent esse vigilantes, vigilantibus enim iura subueniunt.
22 Episcoporum officium.
23 Malorum coërctio est legum ministerium.
24 Delicta sunt punienda, vt cæteri metu pœna abstineant.
25 Clerici ab eorum insolentijs sunt arcendi.
26 Inferiores Episcopo, an teneantur corrigere Clericos delinquentes.
27 Malum minus quandoq; sustinetur, vt maius euitetur.
28 Priuilegium tribuit immunitatem à pœna.
29 Seueritati est detrahendum, vbi scandalum timeretur & rigor obseruaretur.
30 Delictum quo casu maneat impunitum legé permittente.
31 Iudicandum est legibus, non autem exemplis.

32 *Dignitas pontificalis, imperialis, & regalis an sit eadem, an verò sint duæ potestates ad inuicem distinctæ. num. seq.*
Separatorum separata est ratio, & de separatis non infertur.
33 *Lex gratiæ maiorem requirit spiritualitatem in dignitate pontificali, quàm lex vetus.*
34 *Papa vicem Christi regit, qui non habet maiorem potestatem, quam habuerit Petrus. n. 35.*
35 *Hominum duo sunt genera, vnum quod diuino mancipatur officio & contemplationi, alterum quod terrenis rebus & mundanis occupationibus deseruire committitur.*
36 *Sacramentum Altaris repræsentat vnionem Christi & Ecclesiæ, qua significatur vnio animæ ad corpus.*
37 *Papa temporale patrimonium habet cum exercitio Iurisdictionis,*
38 *Et consecratur vt Sacerdos, & coronatur vt Rex, & festum coronationis nunciat omnibus Regibus.*
39 *Iurisdictio temporalis & spiritualis sunt inuicem distinctæ.*
40 *Papa vtrum habeat plenam Iurisdictionem tam in temporalibus, quam in spiritualibus.*
41 *Gladio materiali vti ad quem non pertinet, is habere non videtur temporalem Iurisdictionem.*
42 *Principia duo ponere est hæreticum.*
43 *Papa potest absoluere vasallos dominorum temporalium à iuramento fidelitatis.*

44 Pa-

Papa legitimat in tēporalibus et spiritualibus
Bona temporalia ordinantur ad spiritualia tanquam Organa, & tanquam instrumenta.
Temporalia & spiritualia mouentur per intelligentias, & per ipsas in eorum operationibus regulantur.
Papæ potestas an sit maior alijs.
Confirmatio pertinet tantum ad superiorem.
Principium immediatum quorum est idem neutrum ab altero dependet.
Papa potest omnes iudicare, & à nemine iudicatur, & eius potestas causat omnem aliam potestatem examinando, confirmando, & iudicando nu. 51.
52 Leges nullius roboris vel firmitatis esse censentur, nisi sint per autoritatem Papæ confirmatæ & approbatæ.
53 Papa non soluit tributum Imperatori in recognitionem dominij, sed solum pro pace & quiete Ecclesiæ seruanda, quam ipse Imp. tenetur tueri & conseruare.
54 Appellatio interposita pro causis leuibus & minimis quæstionibus ad Papam non est deferenda.
55 Papa dicitur sūmus, & omnes sunt ei subiecti.
56 Papa ratione Maioritatis in omnibus arduis negotijs generantibus scandalum in Christianitate potest se intromittere inter Laicos.
57 Rex Franciæ nullum in temporalibus recognoscit superiorem.
58 Iurisdictiones Ecclesiasticæ, & seculares licet

sint distincta Iurisd. tamen Imp. censetur à Papa emanare.

REPETITIO.


N nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Visum est supra de officio & potestate iudicis delegati qui hominis minister est: ideo nunc sequitur de offic. ordi. qui iuris minister existit. Et in tres diuiditur partes: quarum in prima statuti ratio ponitur. in secunda statutum, in tertia ipsius effectus statuti. secunda ibi eisdem. tertia ibi quod & eidem Bonifa. & secundum Io. an. & Franc. hoc intendit.

Episcopi debent ita corrigere clericorum excessus, quod metu pœnæ ipsi arceantur & alij pertimescant, vel sic secundum Bonifaciũ Diocesanis adeò præcipitur clericorum excessus punire, quod pœnæ metu tam criminosi quam alij, cessent vlterius delinquere.

Notabilia 14.

1. Nota primo, quod Clericorum appellatione veniunt omnes Clerici etiam in sacris ordinibus constituti ad hoc. 11. q. 1. c. de persona in fin. & aut. presbyteros. C. de epi. & Cleri. secundum Guiller. Zenzel. Franc. & Bonifac. & reddit rationem idem Zenzel. hic à Franc. relatus. qui omnes sunt Clerici, vt dicto cap. de persona in autent. de sanc. epi. §. presbyteros & in prçalle. autent. presbyteros & hoc colligitur in verbo Clericorum, quæstio etiam mathe. intelligitur exemptorum si extra locum exem-

xemptum delinquant de priuileg.ca.1.lib.6.
Primum dictum intelligerem de larga significatione, secundùm quam veniunt omnes
ui habent ordines in quacunque dignitate
nt vel ordine etiam in prima tonsura.cap.
m contingat de ætа.& qualitat.ex quo sunt
Dei seruitium electi. vnde omnes qui non
nt laici, dicuntur Clerici.12.quæst.1.ca.duo
nt genera fac. 21.di. Cleros in princip. de
æbend.cum secundum.

Priuilegium ergo tributum Clericis con-
litur omnibus etiam in dignitate.quia si E-
scopus est Clericus est & etiam religio-
qui etiam nomine Clericorum compre-
nditur.54.dist. §. hac autem auctoritate &
od no.in cap.2.de sup. neglig. prælat. lib.6.
ius autem in materia odiosa. & in stricta
nificatione,quia tunc Clericorum appella-
ne comprehenduntur Episcopi, nec alij in
nitate constituti, nec etiam Ecclesiarum
hedralium canonici nec monachi seu reli-
si, facit ad hoc cap. quam periculosum. de
.excommun.libr.6.ca. statutum de elec.e.
& glo.in Cler.1.supra.de supp.negli. præ-
Ratio quia in eis est qualitas super alios
non reperitur in simplicibus Clericis, fa-
t ad hoc dicta Io. an. in præalle. cap. sta-
m inquirentis nomine Ecclesiarum pa-
hialium Ecclesias parochiales collegiatas
ateria stricta non venire. quia collegij
itatem habent supra parochiam sed in
eria non odiosa sic ita concludit Ab.sicu.
ubrica de vi.& hone.cler.

3. Idem Siculus & Ioh. de Imol. in ca. 2. de coha-
iij. cle. & mul. ad quod fac. quod dicit idem Siculus in cap. 1. de instit. qui notat quod in materia fauorabili nomine Ecclesiæ veniunt monasteria, secus in stricta materia: idem sequitur Angelus in summa. §. Clericus primo in princip. vide Bertrachi in §. Clericus. in verb. Clericorum appellatione, per Antho. in cap. cum non ab homine, de iudi.

NOTABILE II.

4. Nota secundo quod audacia reprobatur &
iiij. secundum gloss. & doc. hic accipitur in malam partem. vnde tunc dicitur arrogantia secundum Bonifacium, patet in concor. gloss. 2. & in leg. vna. C. de priuat. carcer. ad hoc alleg. Paulus & Franc. de peni. di. 1. cap. quamobrem. C. vnde vi. l. si quis in tantam furoris audaciam. C. de sepul. violat. l. pergit. qui sil. sint leg. cap. per venerabilem. Et dicuntur audaces secundum hoc qui faciunt contra ius. de præbend. cap. eum qui. libr. 6. quæ quidem audacia peccatum est secundum quod dicit excessum passionis qui propriè dicitur audacia. de qua Ecclesiastici 8. cum audace ne eas. & opponitur fortitudini quæ est contra timores & audacias: vnde audacia in malum temeritas vocatur secundum Francum in Cle. vnica. supra de sum. trin. ver. porro. alleg. l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles. fac. l. 3. Cod. de sum. tri. & l. 1. in fin. ff. si pars hære. pe. & in aut. habita, ne si. pro pa. vbi gl. et. l. si quis decurio. C. de decu. li. 10. Quandoq; tamē sumi-

ſumitur in bonum vt in c.audacter alle. in gl. noſtra & C. de iudi.l.rem non nouam: ſecundum Fran.ad hoc.ff.de lib.& poſthu.l.gallus. §.videndum.

NOTAB. III.

Not.tertio,quod hic nomine priuil.cleric. intelligitur de duplici ſcilicet immunit. perſonę & fori vt hic tenent Bonif.& Immo.poſt gl.quæ quidē priuilegia perduntur ſecundum eundem Bonifa. per abuſum, armorum delationem,ſeditionem,& apoſtatationem,vt in. c.perpendimus.de ſen.excom. & ibidem late per Franci.in repetitione & Sicu.& latius per Pe.de Ancha.in reg. iur.ea quæ.li.6.Tu tamen dic quod ſi quis habitu Clericali contempto mouet ſeditionem vel guerram vel atrociter delinquit publicè,aūt in factum armorum ſe īmiſcet ipſo facto ſine monitione perdit præuilegium clericale illius.c.ſi quis ſuadente.17 q.4.vt in prętalle.c.perpendimus.& c.1.de apoſta.priuilegiū aūt fori nō amittit niſi poſt monitionem.fa.c.ſi iudex. de ſen.excom.&ita tenere videtur Sicul.poſt Fran.Pet.& Antho.in prętalle.c.perpendimus,& hanc tenuiſſem ſententiam: veruntamen contrà iſtam vidi ſemel in parlamēto iudicari licet per officiarios eccleſię dicta opinio fuiſſet allegata & etiam ſecundum illam ſemel vidi iudicari in perſonā fratris Petri Lo.ordinis Minorum qui per Seneſchallum Tholoſanū fuerat condemnatus cui noſtra ſententia parlamenti fuit allegata & bene iudicio meo.

ADDE

Clericus amittit sua priuilegia si sit histrio & ioculator, si tabernam vel macellum exerceat, prohibitas Vestes portet, negotiationem secularem faciat, enormitatibus sese immisceat. vide per quinque casus distinctos per Benedictum de Capra. In regulis. communibus Regula. 94. Et quando negotiatio secularis clericis licita sit ibidem tradit per fallentias in regula 95. Vbi vide. Matth. Boyß. Doct.

Aduerte insuper quia Paulus hic vltra glo, allegat multa iura tam de priuilegio fori quàm immunitatis Tu dic. quod omnia priuilegia quę congruunt militibus, Clerici habent: de quibus priuilegijs militum dicitur in gloss. l. re.ff, ex qua caus, maior, ratio quia sunt veri milites illi imperatoris: sed isti dei. Fa.c.1.cum gloss.de cleric. ęgro.tex.cum glos. in.cap. Christianis. 11. quæstio.1. & similiter gloss.in.cap. militare. 23. quæst. 1. & ter.cum gloss, 1. quæstion. 3. cap. Saluator, circa medium.

Et merito supra dixi: quæ clericis conueniunt: quia Iuris ignorantia militi non imputatur, cùm etiam armis vacare debeat. l. 1. & quod ibi no. C. de iur. & Fac. igno. sed non sic clericis cum habeant scientiæ intendere vt patet. 36. distinct. & 37. & 38. per totum. & 16. quæstio. 1. cap. sic viue. & sic de ceteris: vnde pro debito conueniri non possunt vltra quam facere possint nec bonis, cedere tenentur. l. miles

les. ff. de re iudi. nisi sit ex delicto contra-
im vt in.cap. grauis. de depo. & cap. Odo-
dus de solutio. Genze. dicit clericorum pri-
legium in multis consistere : vt colligi-
r. C. de Episc. & Cleric. l. 2. & aut. statui-
us & de cleric. coniu. cap. vnico li. 6. & ibi
r Ioan. And. & Dominicum quędam hic per
athes. enumerantur Fran. enumerat. 14. in
.1. inf. de vi. & honest. cle.

ADDE

*Clerici habent multa priuilegia pracipuè pri-
legium si quis suadente de quo infrà in regula
plenè, item fori contentiosi vt in regul. 1. & 2.
frà. Et tertiò priuilegium ne collectentur in
rum bonis quando his priuilegijs priuentur, &
ando collectentur. vide egregiam regulam a-
d Capram in communibus conclusioni-
s regul. Iuris. regul. 97. per totum & maximè
m. 74.*

*Adde vt nobilis non tenetur palinodiam re-
ntare in actione iniuriarum. Ita quoque cle-
us ad id non tenetur quanquam multi contra-
im disputent. Vt Bernardus Dias, in pra-
canonica numer. 7. cap. 66. Vbi Ignatius
pes in additionibus. In litera D. plura alle-
t.*

*Quod militum priuilegia clericis conueniant
non est absolutè verum, sed ita demum verū est,
ādo eadē est ratio, ea cessante non symbolizant
que conueniunt, veluti miles esse potest carens
vno*

vno teste, non idem in clerico. Ignorantia etiã Iuris excusat militem, non verò clericum. Miles non testatur solenniter, secus est in clerico. Quando verò non est diuersa vel specialis ratio tunc priuilegia inter eos communicantur: Proindè vt miles, ita quoque clericus nõ potest concubinæ dare. Nec possunt etiam cedere bonis, sed conueniuntur In quantum facere possunt, Itẽ non torquentur, non exequuntur in stipendijs eorum, non legant concubinis, vide ad longum Capellam Tholos. q. 245. & ibi Aufrerium Matthesilanum, sing 61 cum addit. Et Præsidem in loc. à milite armato ad militem cælestis militiæ. Matthæus Boyß Doct.

Enumerantur 14. Clericorum priuilegia quibus adduntur alia 26.

6 vj Primùm quod non conueniantur coram iudice seculari. de fo.compe.c.si diligenti.

Secundùm quod verberans eos est excommunicatus 17. q. 4. c. si quis suadente.

Tertiùm quod non tenentur præstare munera seu onera personalia vel realia. c. aduersus. & c. non minus. de immuni. eccl. & ibi late per Sicul. An clerici teneantur ad constructionem murorum pro custodia fiendorũ vbi habitant & ad refectionem pontium & itinerum & ad fossata, vide etiam per eundem Siculum & latius in consil. suo. 3. & an clerici teneantur soluere census vel tributa si bona tributaria vel censualia ad eos peruenerint: vide eundem in consi. suo. 3. alle. & in consi. 6. & Angelum consilio 24. & 206.

 Quar-

Quartùm quod possunt vendicare rem ec-
siæ concessam ante traditionem.l.fin.de sa-
sanctis eccles.& c.ex litteris.de consue. 8

Quintùm quia familiæ eorũ gaudent eodẽ
iuil.11.q.1.cap.clericum.& 32.dis.c. eos. &
robique in glos. & intellige quo ad forum
in dictis gloss. patet, vide num.92.infr.

Sextùm quia facientes statuta contrà cleri-
s sunt excommunicati.de immu.eccle.cap.
s qui. lib.6. 9

Septimùm quod solum clerici possunt ob-
nere beneficium. vt in. cap. ex literis. de
ansac.

Octauùm quod per literas contrà laicum
npetratas cũ clausula generali non possunt
onueniri. vt in gloss.in c.sedes. de rescrip.

Nonùm quod non tenentur dare sportulas
vi.& hone.cleri.c.cum ab omni.

Decimùm quod acquisita etiam sub pote-
ate patris disponunt, vt volunt aut. presby-
ros.C.de epis. & cle.Fran. in. c. indecorum
çta.& qua.

Vndecimùm quia pro rebus suis recuperã-
is agere possunt sine cõsensu patris.no.Arch.
.c.si.de iudi.lib.6.

Duodecimùm quod pro necessitate à patre 10
istrahi non possunt in.l.2.C.de patri. qui.fi.
istraxerunt.per eundem Fran.in d.c.indeco-
um.

Tertiumdecimùm quod seruus sciente do-
nino clericatus liberatur à seruitute domini
a & potestate.54.di.c.si seruus.

Quartumdecimùm quód facere possunt col
gium.ar.c.si.de religio.do.

ADDE

Hac 14. priuilegia hic enumerata refert ex ordine Clauasius, in summa Angelica verb. Clericus num. 14.

Adde his alia 16. priuilegia clericorum.

1 Si filiusfamilias post commissam Ingratitudinis causam efficiatur clericus, exharedari non potest.

Sic Filius Iudai factus Christianus exhaeredari non potest obcausam ingratitudinis.

2 Filius clericus in causis beneficialibus vel Ecclesiasticis sine consensu patris stat in Iudicio.

3 Clericus declinans Iurisdictionē potestatis vel magistratus non punitur, licet statutum generaliter puniat quemcumque declinantem Iudicium.

4 Licet Statutum dictat, homines villa teneri ad capiendos malefactores, non tamen intelligitur de clericis malefactoribus.

5 Licet Statutum velit, quod solutio debiti non possit probari per testantes, sed per instrumentum tantùm, nòn habet locum in Laico qui Clericus factus est.

6 Statutum disponens quod contractus presumatur simulatus nisi infrà annum emptor possessionem rei empta apprahenderit, non habet locum in clerico.

7 Statutum arctans litigantes ad compromittendum non ligat clericos.

Pater filium clericum propter necessitatem fa-
distrahere non potest, quamuis regulariter
tra, Hippol. sing. 101.

Pœna & priuatio bonorum, propter crimen
e maiestatis per patrem commissum, fallit in fi-
clerico.

Si pater condemnatus sit de eodem crimine,
clerico reseruatur prabenda. Nam l. Quisquis
ad l. Iuliam Maiestatis, non comprehendit filios
ricos.

Filiusfamilias non potest scribere testamen-
n, in quo pater sit hæres institutus, fallit hoc in
presbytero.

Filius Presbyter quicquid acquirit, etiam ex
sa aduentitia non patri, sed sibi acquirit, etiam
o Iure.

Filius spurius, per ingressum religionis efficitur
timus.

Frater religiosus, omnimo admittitur ad te-
onium pro fratre.

Ordinatio clericalis tollit omnem infamiam.

Clericus non potest torqueri, etiam pretextu
rumcumq; Iudiciorum, nisi sit alias Infamis,
d egregiè probat post Bernardum Diam Igna
Lopes in praxi criminali. cap. 126. in litera. A.

Ordo Clericalis, sacerdotalis, vel religionis,
t, mutat, vel remouet, voluntatem testato-
, & alterat seu impropriat verba testa-
ti. Nam si testator legat mille Titio, si du-
t vxorem, & ducenta si religionem intraue-
perinde habebit mille si Monasterium in-
gressus

gressus ac si matrimonium contraxisset. Idem si mulieri eodem modo legatum sit. Matthesilanus sing. 52.

18 Sicut pater alienat bona alias restitutioni subiecta pro dote filiæ maritandæ. Ita quoque potest pro ingressu filiæ in monasterium.

19 Pro dignitate Clericali maximum est, quod omnis Præsbyter vel Sacerdos maior sit quolibet principe. cap. Solitæ. De maioritate & obedientia. Itē sacerdotes sunt Reges, & Principes, Rectores & Magistri omnium fidelium. Imò dij appellantur cap. Cùm ext. de hæreticis, vide inf. sub. nu. 50.

20 Item Clericalis dignitas est maior quacunque dignitate laicali.

21 Ordo Clericalis priuilegiat etiam laicū cùm Clerico concurrentē Nam si priuatus habet commune ius cùm Clerico vel Ecclesia præscriptiō contra eum non habet locum nisi 100 annorum, licet alias sufficiat decem vel viginti annorum cōtra priuatum.

22 Clericus & Laicus simul obligati conueniuntur simul coram Iudice Ecclesiastico.

23 Si in aliquo collegio sunt Clerici & Laici, tunc Rector collegij non potest esse laicus, sed debet esse Clericus.

24 Si Clericus & Laicus sunt executores testamenti, coram Iudice Ecclesiastico conueniri debent.

25 Si Ecclesiasticus & Laicus iudex simul iudicarint, tunc ad Ecclesiasticum superiorem appellatur. Inf. de potestate ecclesiastic. fallent. 14

26 Si clericus & laicus sunt hæredes facti & in diuisione discordent, iudex Ecclesiasticus adiri debet. Vide Felinum in cap. Placuit, de præscriptionibus, hæc omnia tradidit Hyppolitus de fideiussorum nu. 116. ex ordine, quæ propter vtilitatem & materiam præsentem. ita excerpere placuit. Matthæus Boyß. Doct.

NOTAB. IIII.

Not. quarto, quod prætextu priuilegij, clericis crescere non debet auctoritas delinquendi. 11. vij
quia reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. vbi sena. vel cla. & C. vbi de cri. agi opor. authen. qua in prouincia Immo. secundum Bonifa. æquitas suadet etiam ex parte criminosi eum puniri. l. non solum. §. 1. & ibi no. ff. de iniur. Nec permitti debet vt delinquentes priuilegijs vtantur in authen. de Man. princi. §. non permittas col. 3. priuilegium enim meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. 12
quæstion. 3. cap. priuilegium, ad quod de deci. cap. suggestum. & fa. cap. vnicum de vi. & honesta. cleri. li. 3. cum ibi not.

NOTAB. V.

Nota. quinto, quod spes impunitatis est 13
detestanda. venit igitur auferenda secundum viij
gloss. super verbo sperantes pro hoc. 33. di. cap. error. in præalle. authen. de man. princ. §. non permittas. de Immunit. Ecclesiast. cap. final. 23. quæst. 4. est iniusta fa. c. 2. ne Cleric. vel mona. Si enim ea quæ malè vsurpantur, negligenter

omittimus, viam excessus alijs aperimus. 93. di:
14 c. peruenit, cum suis conco. Et Prælati negligentes correctionem, subditis impunitatem permittere videntur. infrà de cele. missa. Clem. 1. vnde valdè timendum est eis, quod subditorum sanguis ab eorum manibus requiratur. 43. distinct. cap. Ephesios. Durum est enim verbum illud, de quo in gloss. in cap. irrefragabili. de offi. ord. Nec erit excusatio pastoris, si lupus oues cómedi, & pastor nescit. c. quamuis. de regu. iur. in 6.

NOTAB. VI

15 Nota sexto, quod Prælatus inprimis attendere debet ad puniendum enormia delicta, concor. cap. quod in dubijs. suprà de pe. Ex quo Paul. arguit pro opi. quæ habet quod sola enormia inducant irregularitatem, & sunt ista: homicidium, sacrilegium, falsum testimonium. & similia, 50. distinct. cap. si Episcopus, 81. di. c. Apostolus, vbi dicitur, quod crimen est graue, cum est accusatione & damnatione dignissimum. quid autem sit delictum, quid peccatum. & crimen. no. de peni. di. 1. c. si peccatum
x. & in regula iuris Peccati venia. de regul. iura. 15. lib. 6.

Et aduerte quod Guiller. hic dicit, quod si clericus non propulsando, sed iniuriam inferendo enormia, seu sæua frequenter committere consueuit, seditiones & guerram pluries committendo, perdit priuilegium cap. si quis suadente. de senten. excom. cap. perpendimus. fa. cap. cum non ab homine. eod. titul. secus tamen, si vt iudex, executor, seu aliter iuste interfuit suspendio, vel morti aliquorum

quorum, quia hoc iure cautum non inuenitur, ſic regulæ ſtandum eſt dicti cap. ſi quis ſuadente pro hoc, quod ſtatim dicetur in prima quæſtione poſt eundem Guiller. & quod late ponit Franciſ. in alle. cap. perpendimus, in eius repetitione, & Sicul. poſt eum.

NOTAB. VII.

Nota ſeptimo prouidendum, ne diffametur Eccleſia, & expone verbum, diffametur: vt hic in gloſſa ſuper eodem verſic. & idem Franciſc. & Paulus & ad hoc inducunt 12. quæſtion. 1. cap. nolo. de vſu palle. cap. niſi, & idem Zenze. quia crudelis eſt, qui famam ſuam negligit. & quod dicitur hic Eccleſia, intelligit Guiller. collectionem fidelium, de conſecra. diſtinct. 1. cap. Eccleſia. ſed Bonifacius exponit, id eſt, clericalis ordo, vt ſic non comprehendantur Laici, & iſtud videtur magis conuenire textui: aliàs ſi Eccleſia ſumeretur pro collectione fidelium, comprehenderentur Laici, quod non videtur fuiſſe de mente, quibus autem modis ſumatur Eccleſia de hoc 48. diſtinct. cap. quorum vices. & 7. quæſtion. 1. ca. ſcire debes. & ne prælati vi. ſu. c. vlt. de verb. ſignifi. cap. cauſa. & c. cum clerici. in gloſſis. 16 xj

NOTAB. VIII.

Nota octauo, ſcandalis obuiandum, vt in gloſſ. propter quod ſecundum Paul. aliquando iure ſuo quis priuatur ſine culpa, de cleric. ægrot. 17 xij.

grot. cap. tua. Est autem scandalum secundum Guiller. Immol. Laur. & Francis. dictum vel factum minus rectum alteri præbens occasionem ruinæ. & dicitur à scandalon Græce ; quod latine dicitur ruina vel offensio vel impactio pedis & elicitur à Hier. super illud Mathesel. 15. Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt. Vnde sicut quando aliquid ponitur in via corporali, per quod impingens disponitur ad ruinam, sic in via spirituali, quicunque per factum suum vel dictum minus rectum, id est vel malum secundum se: vel habens speciem mali disponit aliquem ad casum in aliquod peccatum propriæ scandalum ei facit.

ADDE

Propter scandalum multa permittuntur, contra regulas Iuris, quæ alioquin non admitterentur, eleganter Corsetus in singul. in verbo Matrimonium numer. 2. Vbi tenet, si consuetudo in aliquo loco sit, quod matrimonium non contrahatur in quinto gradu, tunc ex præteritione eius consuetudinis, quæ scandalum generaret, non valeret matrimonium. Sic quoque Papa propter scandalum deponi posset, gloss. in cap. Si Papa 40. distinct. quam commendat Abbas in cap. Significasti de elect. Hippol sing. 683.

Propter scandalū Clericus non administrat quamuis Idoneus, puta Leprosus, propter scandalum spoliatus non restituitur ante omnia.

Propter scandalum imminens relaxatur iuramenti

menti vinculum plura talia congeßit Crauetta conſ. 264.num.17. & alijs pluribus conſilijs. Menochius in remed.1.recuperandæ, num.390. Afflictus in conſtitut: Siciliæ tit. 24. de violentijs. num.34. quibus omnib. adde 33 caſus quibus ratione ſcãdali aliquid contra regulas Iuris cõmunes conceditur, quos cumulatè refert. Felinus in ca. Nihil de præſcriptionibus. Matthæus Boyß. Doct.

Hoſti. in ſumma. de renũ. dicit graue ſcandalum dicitur, quando ex dicto vel facto alij trahuntur in conſenſum mortalis peccati: & propterea gloſſ. in cap. niſi cum pridem. §. pro graui. de renun. dicit quod non eſt curandum de ſcandalo niſi ſit graue, de no. ope. nunci. cap. 2. de voto. cap. magnæ. & in cap. qui ſcandalizauerit. de regul. iuramen.

Idem Guilher. hic, dicens quod agitur à Clericis, ab alijs facilè trahitur in exemplum. vt in. d. cap. magnæ, corda enim infirmorum ex mala fama Clericorum percutiuntur & miniſterium Eccleſiæ vituperatur. 2. quæſtion. 5. cap. Presbyter. ſi à plebe. de ſcandalo autem vide tu aliquid per Sicul. in dicto. cap. 2. de no. ope. nuncia. & in præalle. cap. niſi cum pridem. & in. cap. 1. de offic. le. li. 6. per Ioan. An. in nouella & per Dominicum, per Franciſ. in cle. 1. de immu. Eccleſ. per beatũ Tho. 2. 2. quæſtion. 43. per Alexan. 2. tit. de ſcandalo. & Ricar. in. 4. diſ. 38.

NOTAB. IX.

Nota. nono, quod de iure communi ad Epiſcopum pertinet correctio Clericorum ſue xiij.

 diœce-

diœcesis. Idem Francisc. & Ioan. de Immo. ad quod cap. cum contingat. de fo. compe. & 11. quæstion. 1. cap. de persona : de quo dic vt hic in gloss. Episcopis. quod dicit verum Guilher. cum Clerici delinquunt in territorio ipsius Episcopi , quia talibus debet suam purgare prouinciam, nec lex distinguit vndecunque sint. ff. de offic. præsi. l. præses. & l. congruit. & supra eod. cap. 1. de quo per Cy. Bartol. Bald. & Salicæ. in authen. qua in prouincia. vbi de crimine agi. oport.

NOTAB. X.

xiiij Nota decimo , ibi constrictè iniungimus, quod hæc cle. continet præceptum : hinc dicit Guilher. negligentem in præmissis peccare mortaliter, ad hoc. 4. distin. c. denique. in fine. de offic. custo. cap. primo per hoc suprà. de ætat. & quali. Clem. 1. & ibidem Paulus Guilher. Zenz. Francisc. & Immola, Idem Francisc. in Cle. 1. de vita & honestat. cleric. in princ. & ibidem Guilher. per Hostien. in summa de accusat. §. final. vers. est ergo. per Sicul. in cap. Clerici. de vita & honesta. cleri. in princi.

15 Tu verò resolutiuè dicas , quod vbi lex, vel præceptum iuris positiui per longa tempora non fuit receptum , Papa sciente, & transgressores non puniente, tunc negligentia non est peccatum mortale , vel etiam inobedientia, Immo excusantur. facit quod no. Sicul. in cap. cum olim. de Cle. coniuga. vbi declarat Græcos non peccare, licet accipiant vxores Clerici eorum.

de Im- de so, na: de d dicit unt in us de- ex di- rzl, ,de au- gi,

Ex quo no. quod quando lex generalis recipitur in vsum à certo genere personarum, & ab alio non, quod non obseruantes non peccant, saltem post longa tempora. c. leges. 4. distinct. & quod no. idem Sicul. post alios in cap. 1. de treu. & pa.

Nec obstat, quod ibi dicit Hosti. quia loquitur, quando talis preuaricatio est peccatum de sua natura, quia tunc non excusat non receptio. Secus si essent eiusdem generis, & maior pars acceptasset, quia licet superior non puniret, tamen minor pars non excusaretur, sed haberet locum, Multa per patientiam tolerantur. & con. c. [cum iamdudum. de præben. Idem dicendum, si talis lex fuit recepta, sed per consuetudinem abrogata, quod non peccant eam non obseruantes. de quo in præalle. cap. 1. de treu. & pa.

Aut talis lex non est abrogata, neq; per contrariam consuetudinem, neq; per non acceptationem, & tunc sunt opiniones: quidam vt Collect. in c. 1. de constitu. & multi alij dicunt, quod talis non obseruantia, negligentia, vel inobedientia non est peccatum mortale, nisi fiat ex contemptu: & huiusmodi opinionis videtur fuisse beatus Bernardus lib. 11. de præcepto & dispen. Vbi dicit: Non qualiscunque mandati præteritio criminalem inobedientiam facit, sed repugnare, & nolle obedire. Idem in li. 8. dicit: si verbum loco, vel tempore silentij per obliuionem surreptum fuerit contra præceptum, veniam facillimè impetrabit, quia etiam vix peccatum reputabitur. Alij dicunt prædi-

ctam opi. esse veram nisi fiat ex consuetudine contra legem. quia sic esset mortale: & huiusmodi opi. videtur Richar. de media vi. quoli. 1. quæst. 19.

Ceteri autem dicunt verba legis consideranda esse, quia si præcipit per verba communia, puta statuimus, ordinamus, & similia, sic verum est quod non est mortalis inobedientia nisi sit ex contemptu. Si vero lex loquatur per verba præceptiua seu æquipollentia: sic est mortalis inobedientia. quamuis non fiat ex contemptu: dum modo scienter & sine causa rationabili & pro hoc fac. cap. 2. de maio. & obedien. & c. quod præcipitur. 14. quæstion. 1. & huius videtur opi. Sicut in rubrica de obserua. ieiunio. vide latius per beatum Tho. in 4. distinct. 15. ar. 3 quæst. 1. per Archi. 76. di. cap. vtinam domi. in. cap. generali de elect. lib. 6. & licu. in præalle. clreric. 1. de æta. & quali.

Dicere tamen tu posses, quod si quis omittit ex negligentia facere illa ad quę tenetur de pręcepto vel ex officio in his, vbi versatur notabile damnum sibi commissorum, sic est peccatum mortale de sui natura; & hoc sine dubio verum est, in his quæ sunt præcepta de iure diuino; vel officio commissa, in his autem quæ sunt de iure positiuo solum, non crederem prima facie, negligentiam semper esse peccatum mortale nisi includeret in se dolum vel contemptum: & sic potest intelligi gloss. super verbo reat. cap. ea quæ, de offi. Arch quæ dicit negligentiam prælati esse peccatum mortale: & gloss. in cap. clericus. super ver. dissimulatione. de immu. Eccles. lib. 6. quæ dicit dissi-

dissimulationem in prælato peccatū esse mortale.& 81.dist. dictum.& 11.q.3.c. placuit. 12.q. 2.indigne.de quo no. Siculus in cap.nihil. de e-elec.a.col.in alijs autem quæ non sunt de præcepto, negligentia communiter est veniale peccatum.vt in §.alias ea demum.25.di. & hoc verum, nisi faciat totaliter recedere à caritate Dei.quia etiam sic esset mortale secundum beatum Tho.2.2.q.54.

ADDE.

Hunc locum citat Rebuffus in Concordatis Gallia tit.de publicis concubinarijs. in glossa, & affirmat prælatos mortaliter peccare, imò magis adhuc peccare quam ipsi concubinarij, si eos non puniant nec coerceant, cum ipsis auctoritatem & defensionem per conniuentiam præstent. Et forte (inquit) pluribus dici posset. Clodius nō accusat mœchos. Nec quicquam Cathilina Cethego. Nil Iudæus Iudæo. Nil dolosus doloso. l. Si duo dolo. De dolo malo. l. penult. C. de hæreticis. Addit amplius illud ex Iohan. Andrea.

Prælati muti, de iure suo malè tuti,
Cùm sint cornuti, non audent cornibus vti.

Quod Ioannes Andreas de improbis prælatis tradit in cap. final. de rebus Eccles. non alienandis. Matthias Boyß.

NOTAB. XI.

Nota 11.quod vigilantes debent esse Prælati 21.
vigilantibus enim iura subueniūt.l.pupillus. X.
ff.de priuileg.credit.in fin.cap.pe.de consue.&

cap. vigilanti. de præscrip. & merito secundum Paulum, vt dicit B. Ber. relatus à Io. An. in ca. irrefragabili. de offi. ordi. non dormit qui impugnat Israel, nec cessat circuire quærens quem deuoret. 2. q. 1. c. nulli. Igitur Prælati diligentes ac vigiles esse debent, in præalle. c. 1. de offi. custo. secundum Franc.

NOTAB. XII.

22. xvj. Nota 12. ibi officium debitum. Quod Episcoporum officium est, vt per eos subditi corrigâtur, nunc secundum Paul. inquirendo, si præcedit infamia, nũc visitando sine infamia. vt not. Spec. tit. de inqui. §. quando autẽ. & ibi in prin. not. 14. casus in quibus secundum leges inquiritur. de quo vide late per Angel. Ar. in suo tractatu malefic. & August. in addi. in quarta col. & seq.

23. Et dicit hic Zenz. relatus à Franc. quod malorum coercio est legum ministerium, 23. qu. 5. c. homicidas, quia nec maius sacrificium Deo potest offerri, quam si mali compescantur. 23. q. 5. c. quali.

ADDE

Sic Seneca in Tragœdijs. Sanctissimum est officium, si fiat Iustitia de criminosis, nec pinguior potest victima Deo offerri vel mactari, quàm hominis scelerati punitio. refert Castrensis in l. 3. C. de Episco. num. 4. Matthens Boyß D.

Gladius enim est institutus ad malefactorum vin-

vindictam, laudem verò bonorum.1.Pe.2 c.11. qu.1.cap.magnum.& qu.3.cap.imperatores.in verbo iuſſit.23.qu.4.in ca.quæſitum.2.qu.7.§.item cũ Balaan.ante ſi. de maio.& obedi.c.ſoliţę.de homic.cap. poſtulaſti. 25. qu.1.cap. ſatagendum. & ad Rom.13. per hoc ad l.Iul.de adulte.C.l.cum vir.& l. quamuis. Si enim foret illicitum, Deus non permiſiſſet, ſed prohibuiſſet.28.q.1.cap.ſic enim.vltra medium, & nihilominus huiuſmodi correctio fieri debet per Epiſcopum: inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. 23. q.5.ca.principes.96.di.c.cum ad verum & ſupra.e.ti.c.1.

NOTAB. XIII.

Nota 13 punienda delicta vt ceteri metu pœnæ abſtineant. Vnde ſecundum Guilher.ad hoc impouitur pena publice vt alij terreantur. 15. q.1.ca.mulier, de peni.ca.1.& cap. quæſitum.in fin. 45. diſtin. cap.diſciplina. ad quod inducit Zenz.C.ad leg.Iul.reper.l.1.ff de pœnis l.capitalium.§.famoſos.ff.de iuſtitia.& iur.l.1. vnde verſus: 24. xvij.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

De quo in præalleg.cap. irrefragabili.in gloſſ. vltim.& in ca.eum qui, de præben.lib.6.

Et exinde ſæpenumero ad maiorem exaggerationem fit executio delinquentis in loco delicti commiſſi, hinc eſt quod ante domum in qua fuit factum delictum aliquando xviij.

furcæ

furcæ eriguntur: vel in loco, vbi commissum fuit homicidium decapitatur, vel ei manus amputatur. Ad hoc nota per Bar. in præal. §. famosos. & illa est ratio, vt ibi puniatur, vbi deliquit, & ceteris sit terror: transeatq; in exemplũ, vt in dicta l. 1. C. ad l. iul. repe. & l. si quis. §. fin. ff. de pe. l. autem facta. §. fin. Ita dicit Salice. in auth. si vero, C. de adulte. & est casus & hoc ibi not. Bart. in leg. ista, C. de Nil. agge. non rumpend.

NOTAB. XIV.

25. xix. Nota 14. Clericos arcendos ab eorum insolentijs, id est secundum Bonifa. ab excessibus & actibus reprobis: quod tamen exponi potest. vt hic in glo. pen. Idem Guilher. Paul. Franc. & Imol. ad hoc cap. quanquam. de censib. libr. 6. & infra. de statu regul. cle. attendentes.

xx. Nota vltimo quod vnius pœna delinquentis est alijs exemplum vt abstineant, sicut præmissum est secundum Paul. & Franc. de coha. Cler. c. Clericos. de exces. præla. c. 1. de statu regular. c. ea quæ. 2. q. 7. ca. quapropter de maledic. ca. 1. de iude. ad liberandum. præalle. cap. irrefragabili.

Causa siue ratio impulsiua huius cle. secundum Bonifac. fuit Clericorum audacia in delinquendo: & Diœcesanorum negligentia in ipsos puniendo. Ratio verò dubitandi. Quia superfluè videbatur hæc facta constitutio: ex quo per eam nihil noui statuitur: nec respectu delinquentium: nec respectu Episcoporum: nec respectu delictorum, cum nec minor neque ma-

ior

ior imponatur pœna criminoſo.contra.§.quibus.C. de no.cod. comp.& c.ſi Roman.14.diſt.
Decidendi ratio ſecundum Bonifac.fuit,vt amputaretur arrogans audacia clericorum delinquentium,& ſimilium,qui delinquere conabantur: & vt diocęſani circa punitionem ipſorum eſſent magis intenti,excitat eorum officiũ vt non ſint negligentes ſed vigiles. hec tamen cle.ſecundum Io. An. & Fran. modicum proficere videtur, quia ius continet innouatum ſine pęnarum adiectione,quod ſentit hic glo.prima.ad quod glo.ſupra eo.compi. in cle.i.de æta. & quali. Non obſtat dubitandi ratio: quia per hoc ſecundum Bonifa. Epiſcopi magis ęrubeſcunt non puniendo delinquentes,quando vident eorũ officium circa punitionem per ſedem apoſtolicam ſpecialiter excitari. ad quod idem Bonifa. dicit ſupra eo.compila. cle. cum eccleſię de ęta.& quali.nec ignorantia eos põt. excuſare.82. diſt.propoſuiſti. 43. dic. c.ſi.ff.de iur. & fac.igno. l. regula.C. de ingen.& manu. leg.3.& ff.ſi quis ordi.in bon. poſ.ſerue.l.2.§.in bonorum.

OPPOSITIONES.

Opponitur primo, quod non tantum ad epiſcopos ſed etiam ad inferiores pertineat correctio clericorum.vt in. c. irrefragabili in.§.exceſſus ſupra eo. ti.et. c. cum ad Eccleſiarum eo.titu. et.in. c. cum contingat.de fo. compe. Solutio. glo ſuper verbo epiſcopis ſoluit dicens quod hic textus procedit de iure communi,contraria vero de iure ſpeciali.

Dicie

Dicit tamen Imol. post Paulum quod solus Episcopus est ordinarius in omnibus & super omnes post Papam in sua diocesi, cùm alij sumant ordinariam sub Episcopo, & si habeant correctionem, hoc est iure singulari. Et secundum eundem Paul. & Franc. isti inferiores non possunt nisi ex priuilegio exercere depositionem ab ordine, vel suspensionem perpetuam. per id quod nota. 15. q. 7. cap. 1. & sic videtur velle, quod quo ad alias pœnas sit secus.

ij. De hoc videlicet, an isti inferiores possint ex præscripta consuetudine sibi acquirere iurisdictionem, merum & mixtum imperium, & potestatem excommunicandi, & generaliter de potestate & iurisdictione istorum inferiorum prælatorum, vide latissimè per Sicul. in cap. præalleg. cùm contingat. & aliquid in cap. cum Ecclesiarum allegato. & in cap. quanto supra. eod. titul. per Dominicum post Ioannem Andream, in cap. cum Episcopus. eod. tit. in 6.

iij. Secundo opponitur quod hic præcisè non debuerit iniungi Episcopis, vt corrigant clericos. Nam quandoque corrigere non possunt cum effectu propter resistentiam corrigendo-

iiij. rum. Solutio secundum Paulum & Franc. quod tenentur, quatenus in eis est, quod si faciunt, mundæ sunt manus eorum à sanguine subditorum 40. di. Ephesijs. de regulis iuris. c. pen. & Actuum 20. c. Solius est enim Dei viam hominis dirigere. 47. di. §. necesse. Hinc dicit not. Ab. Sicul. in ca. vt clericorum supra de vita & honestate cler. quod si clericus concubinarius efficeretur deterior, eò quod Prælatus non vult eũ

susti-

ſuſtinere habere concubinam, quod tunc Prælatus tolerando eum ad tempus, peccatum non incurrit: nam quandoque minus malum ſuſtinetur, vt maius euitetur. 13.di.ca.duo mala. 33.q.2.ſiue de coniugij, ad quod bene fa.c.prodeſt. 23.q.5.vbi dicitur, ſiue plectendo, ſiue ignoſcendo, id ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, & ſecundum illum finem debet Prælatus correctionem facere vel omittere. fa.c.ipſa pietas.e.cau.q.4.& in c.commeſſationes 44.di.& in c.vt conſtitueretur.50.di.

Tertio opponitur de l.1.& per totum titul. de ſen.paſ.& re.C.vbi priuilegium tribuit immunitatem à pœna. Solutio ſecundum Bonifac. ibi de priuilegio ſpeciali & indulto poſt delictum commiſſum circa remiſſionem pœnæ: hic de priuilegio generali & ante delictum indulto. 18. v.

Quarto opponitur de l.2.C.qui res iudi.non no.iuncta.l.ſanximus. de pa. de his quæ fiunt à maio.par.ca.c.quæ ſiuit.l.ſi quis ſuo.ver.ſi.C.de inoffi.teſta.24.qu.3.cap.ſi habes.cum ſimilibus. Solutio ſecundum Bonifac.crimen vnius regulariter non præiudicat alteri ad punitionem, vt in contrarijs. Ad diffamationem verò ſic quando ſunt aliqui eiuſdem profeſſionis, videmus enim quod ex aliquorum inhoneſtate tota diffamatur vniuerſitas: ſicut ex delicto ſacerdotũ diffamatur Epiſcopus, 2.q.5.ca.ſi mala fama.ibi non vituperetur miniſterium noſtrum.fa.c.Iohannes.in fi.de Cle.coniugat.& quod ibi notat Io.An.Sicul.& Imol. vj.

Quinto opponitur de l.qui ædem.ff. ad leg. Corne- vij.

Corneliam. de ficca. vbi delicta in totum puniuntur. Solutio secundum eundem Bonifa. ibi de strage multorum tractatur: quo casu seueritati detrahendum est: maxime vbi scandalum timeretur si rigor obseruaretur. c. vt constitueretur cum sua gl. 50. di. & ca. latores. de cle. excom. ministran. Et vbi multitudo est in causa delicti: ita quod propter scandalum vel aliam causam parcendum sit multitudini, principaliores in delicto pœna debent ordinaria puniri, & in alijs mitigatur pœna. & hoc sæpe fit secundum Sicul. in præalle. c. latores: quando fit aliqua coniuratio seu proditio in ciuitate: in qua est multitudo vt principaliores puniantur pœna condigna: & in alijs pœna mitigatur. Alias autem vbi multitudo non est in causa delicti secus: ita eo. in l. aut facta. §. fin. & ibi late per Bar. ff. de pe. per glo. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersitatis no. per Inno. in ca. grauem. de sen. excom. glo. & doc. in cap. sane. de tempori. ordi.

30. viij. Sexto opponitur de l. absentem. ff. de pœnis. vbi delictum remanet impunitum. lege permittente. Solutio secundum Bonifac. in casu dubij melius est nocentem absoluere & impunitum relinquere quam innocentem condemnare. vt ibi fac. regula iuris. Cum partium. de regulis iuris. libro sexto. In casu vero certo punitio non differtur, nec remittitur: nisi ex certa scientia principis & ipsius indulgentia vt supra dixi.

31. Septimo opponitur quia legibus & non exemplis est iudicandum. l. nemo. C. de senten. in tit. generali. Soluit idem Bonifac. dicens quod

pœna quæ imponitur secundum leges,est exemplum iuridicum & authenticum ad terrendum cæteros,ne ad similia prorumpant: quia simili pœna punirentur, vt hic:ea verò quæ imponitur iniustè;cæteros terrere non debet:quia in casu simili non venit imponenda, vt in contrario.

Octauo opponitur ad finem litteræ de.l.1.& per totum titulũ.ff.etiam C.de pe.vbi pœnæ imponuntur,ad punitionem delinquentium.Soluit idem Bonifac. dicens, quòd pœnæ imponuntur, & ad istum finem vt puniantur delinquentes, & ad istum, vt metu pœnæ cæteri terreantur.fa.l.1.C.ad l.Iuliam repertum;cum alijs superius allegatis.

Nonò opponitur de l. vt virtutum præmia C.de statu. & imagi. vbi quis efficitur bonus spe præmiorum. Solutio secundum eundem Bonifac. quòd & illa spe subditus efficitur bonus:vt ibi.& metu pœnæ.vt hic iuxta ver.allea oderunt.&:de quo in l.1.ff.de iustitia, & Iu. & ibi.Bar.

His expeditis. Quia Guilh. & communiter Doctores post eum, hic quærunt, quis exemerit Clericos à Iurisdictione Imperatoris, tum etiam quia in tertio nota. dixi quòd ista Clemen.intelligitur tam de priuilegio fori, quam immunitatis personæ Clericorum:hinc occasione sumpta,aliqua de tangentibus potestatem, quam de iure laici in Clericos habeant,& è diuerso de tangentibus potestatem,quam de iure Clerici in laicos habeant,in medium adducere decreui,pro quarum euidentia prius elucidandum videtur.

TRIA QVESITA.

32 *An dignitas Pontificalis & Imperialis, siue Regalis sint similes, vel, an sint potestates ad inuicem distincta. nu 39.*

Vtrum Romanus Pontifex plenam habeat iurisdictionem, tam in spiritualibus quam in temporalibus nu. 40.

Tertio an Papa sit maior Imperatore nu. 47.

PRIMVM QVESITVM.

QVod huiusmodi potestates sint distinctæ, probatur 20. rationibus. Primo dicit Philosophus 2. de anima, quod potentiæ distinguuntur per actus: sequitur ergo, quod vbi separatæ & distinctæ sunt actiones, etiam separatæ sunt potestates. Sed regimen temporalium & spiritualium sunt actiones separatæ, ergo simul esse non possunt, quia separatorum separata est ratio, & de separatis non infertur. C. de donat. inter virum & vxorem. l. si maritus. ff. de calum. l. fin. ff. de mino. l. Papinianus exuli. supra eodem titu. dilectus. fa. c. vnicum. de conse. Eccle. vel. alt. lib. 6. & C. de condic. indebi. l. 2. ergo potestas temporalis & spiritualis sunt inuicem distinctæ.

Secundo sic secundum eundem Philosophũ potentiæ distinguũtur per obiecta: sonus enim qui est obiectum auditus, differt & distinguitur à colore, qui est obiectum visus: ideo auditiua & visiua sunt duæ potestates distinctæ. Sed spiritualia & temporalia sunt omnino distincta, nec sub eodem genere continentur

tur,& communicant in materia: ergo potestas spiritualis & temporalis sunt inuicem distinctæ,& non dependentes.

Tertio secundum eundem philosophum, actiones & potentiæ distinguuntur penes finem: quia ad alium finem ordinatur sensus & intellectus. Ideo sunt potentiæ in anima. Sed ad alium finem ordinatur potestas spiritualis, ad alium temporalis, sicut de se patet; & infra dicetur, ergo &c.

Quarto sic. In principio creauit Deus cælum & terram. Genesis primo c.24.q.5.ca.quid ergo in principio.de consecra.dist.2.c.quia corpus; vel si cui ad nutum.& c.panis est in altari post principium.de pœnit.di.2.§ quod verò repro, in fine.ver.vnde bene per Moysem di.75.c.quod in die in fine.35.dis.c.6.in princ.in 2.glo.96.di, c.si imperator.32.q.7.c.flagitia.in fi.de summa trinitate.c.1.ver.simul.per quod intelligit beatus Augustinus, spiritualem & corporalem creaturam: & hæc est prima & maxima differentia, quæ possit esse inter creaturas, hec communicant in materia,& diuersa requirunt regimina: quia aliam & aliam habent ordinationem, ergo potestates necessariò sunt distinctæ.

Quinto quia primo die creationis mundi, creauit Deus lucem,& diuisit lucem à tenebris. Sed sicut exponunt idem Augustinus & alij sancti, per lucem spiritualia significantur, & per tenebras temporalia: ergo sic distinguntur & differunt spiritualia à temporalibus, sicut lumē à tenebris, ergo & potestates vtriusque regimi nis sunt omninò distinctæ: nam ait Apostolus, ꝙ participatio lucis à tenebris est quasi nulla.

Sexto.4.die Deus fecit duo luminaria magna

ſcilicet ſolem & lunā: per quæ poteſt dici præfigurata poteſtas: vt per luminare minus quod præeſt noctibus, id eſt in temporalibus intelligatur poteſtas temporalis. Sed per luminare maius quod præeſt diebus, id eſt, in ſpiritualibus intelligatur ſpiritualis poteſtas. De quo in c.ſolite. de maiorit. & obed. patet igitur quod huiuſmodi poteſtates diuiſæ ſunt & diſtinctę.

Septimo conſtat in lege veteri iſtas duas poteſtates fuiſſe diſtinctas. Vnde & in ea duplex fuit vnctio Pontificalis & regia, c.cùm veniſſet de ſacra vnctione, & habebant officia diſtincta ita quod vnus non debebat, nec impunè poterat alterius officium vſurpare: ergo multo magis in l. noua diſtinctè debent eſſe huiuſmodi poteſtates, ita quod vna non ſubſit alteri.

33. Octauo lex gratiæ maiorem requirit ſpiritualitatem in dignitate Pontificali, quam lex vetus: ſed ne miniſtri legis impedirentur in cultu diuino, voluit Deus, vt haberent dominium terrenorum: vt patet in tribu leui, quæ non habuit partem vel hęreditatem inter alias tribus: immò tribus Iudaica, de qua fiebant reges, & & tribus leuitica, de qua fiebant ſacerdotes, diſtinctæ erant: cùm ergo Chriſtus ortus ſit de tribu Iuda, in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt, vt dicit Apoſtolus ad Hebræos 7. ca. ergo videtur, quod in Chriſto non fuerit poteſtas ſacerdotalis, & per conſequens, quod ſint inuicem huiuſmodi poteſtates diſtinctæ.

Nono ſicut ait Saluator, non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. 6. q. 1. ca. ſacerdotes. & c. oues. 96. di. c. quis dubitet, nec ſeruus maior domino ſuo, nec vicarius maiorem habet poteſtatem, quam ille

ille cuius vices gerit, vel sibi duxerit committendum.l.2.C.de offi.e.qui.vi.alte.ge.ar. 97.di. c.fi.Sed Christus cessit dominio regni. legitur enim Io.6.c.quod cùm cognouisset Iesus, quia venturi erant illi homines, quos pauerat, vt reciperent eum, & facerent regem, fugit in montem: ergo non videtur quod in Papa gerente vicem Dei, sit potestas regalis.ad quod bene facit quod dicitur. Luc. 7. cum quidam Christo dixisset: Domine, dic fratri meo, vt mecum diuidat hæreditatem. Respondit Christus: homo quid me constituis iudicem, & diuisorem inter vos? ecce hîc Christus super diuisione temporalium recusauit iudiciũ. Facit etiam illud Actuum 6. ca. non est æquum derelinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis 94.di. c.legimus.in fine.

Decimo Papa gerit vicem Christi, vt conuersatus est in hoc mundo: sed Christus dicit Pilato. Regnum meum non est de hoc mundo. Ioan. 18.23.q.3.§.1.2.q.7.§.ecce post. c.testes.in glo.& sequitur. Si enim ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent vtique, vt non traderer Iudæis: ergo videtur, quod in Papa nõ sit potestas regalis in hoc mundo. 34.

Vndecimo successor Petri non habet maiorem potestatem, quam habuerit ipse Petrus: successor enim debet vti eodem iure cum prædecessore. c.Eleutherius. 43.q.2. ca.significauit de rescrip.l.cum hæres. ff.de diuer.& temp.præscrip. Regula iuris, his qui in ius. de regu.iuris. libr. 6.& l.qui in ius. ff.eod.titu. Sed nec Petro, neque cæteris alijs Christus permisit habere dominium terrenorum: immo eisdem humilita- iij.

 tem

tem extremam tenere præcepit. Matthæi 11.& 2.q.6.qui se scit.discite à me,quia mitis sum & humilis corde,ergo in Papa nõ t. est regalis po-

Duodecimo legitur Matthæi 22.& 88.dist.c. eijciens in fi.quod Christus à Iudæis interrogatus,an liceret censum dare Cæsari, visa imagine numismatis,respondit,reddite quæ sunt Cæsaris,Cæsari; & quæ sunt Dei,Deo.23.q.8.§.ecce fi.& c.facer.& c.ex parte.de cle.coniug.per hoc duas iurisdictiones distinguens, diuinã scilicet & humanam,de conse.dis.3.c.celeb.in fi.ergo quę sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei, sunt di stincta.

Tertiodecimo non legimus in commissione facta Petro potestatem temporalem,sed solum spiritualem fuisse commissam,cùm dicit Mat. 16.tibi dabo claues regni cælorum,non dicit & dominium terrenorum.Vnde statim subiungit quasi se ipsum exponens: quodcunq; ligaueris super terram,&c.24.q.1.ca.quodcunque 19.q.3. c.aliorum.22.di.c.1.in c.solite.all.c.per venerabilem.qui fi.sint legitimi.c.à nobis.2.de senten. excom.c.ad Apost.de re iudi.li.6.& eo.tit.cle, 2.in fi.Et post resurrectionem dixit Apostolis: accipite Spiritum S.quorum remiseritis pecca ta,&c.Ioan.20.1.q.1.c.remissionem,ergo &c.

14.legitur in ca.quomodo.10.di.& in c. cùm ad verum.96. dist. quod idem mediator Dei & hominum Iesus Christus actibus proprijs officia vtriusq; potestatis discreuit, vt Christiani imperatores pro æterna vita Pontificibus egerent: & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur.Vnde dicit gl.in prœal.c.quoniã.quod Chri

stus

stus exercuit officia vtriusq; potestatis vt ostéderet, q vtraq; potestas ab eodē ꝓcessit: nō autem quod vna eadem persona illa duo officia exerceat, vel gerere debeat: vnde dicit lex, quod maxima sunt dona hominibus à superna collata clementia sacerdotium scilicet & imperium: sacerdotium diuinis ministrans, imperium humanis præsidens, vnoque eodem principio vtrumque procedens in aut. quomodo op. Epi. in princip. col. 1.

Quindecimo duo sunt genera hominum, vnum, quod diuino mancipatur officio & contemplationi, vt clericorum: alterum, quod terrenis rebus, & mundanis occupationibus deseruire committitur, vt est genus laicorum, vt de hoc est tex. in c. duo sunt genera 12. q. 1. Et in eadem ciuitate sunt duo populi, & duæ vitæ, carnalis & spiritualis. de renun. c. nisi cum pridē. §. pe. duo principatus, duo genera militum: scilicet Ecclesiæ & seculi. l. dist. cap. clericum. qui paganum Pontificalis & regalis potestas. 96. d. ca. duo sunt, quorum officia, vt præmissum est sunt distincta. Vnde legitur in alle. c. cum ad verum, nec Imperator iura Pōtificis arripiat, nec Pontifex Imperatoris nomē vsurpet. ergo &c. 35.

16. duo sunt gladij, spiritualis & materialis 15. q. 6. c. auctoritatem: & non dixit Saluator alterum esse superfluum, sed satis esse. Luc. 22. c. nouit. de iudi. per hoc ostendens duas iurisdictiones esse necessarias. & ne vni præsidens alteram vsurparet, Petrum vti volentem gladio, reprehendit dicens. Conuerte gladium tuum in vaginam. Matth. 26. & Ioan. 18. 24. qu. 1. §. 1. & q. fi. §. 1.

Decimoseptimo ad præmissa facit illud Ber. ad Eugenium. Aggredere subditos verbo & nõ ferro. quid vsurpare gladium tentas, quem semel in vaginam mittere iussus es? & 1. ad Thim. 3. Oportet Episcopum non esse percussorem. 45 di. quasi per totam, vnde vsurpanti iurisdictionem alienam Saluator ipse pœnam comminatur, Dicens: omnis qui gladium acceperit, scilicet alterius iurisdictionis, gladio peribit. Matthei 26. 23. q. 4. §. ecce quam mali. vnde dicit Pe. Io. de ferra. in forma. respon. rei conuenti in gl. præscriptionis 15. col. malè inquit & pessime faciunt Imperatores sustinere, quod habeant merum & mixtum imperium: quia Deus dixit Petro, conuerte gladium in locum suum, &c. prohibens expressè, q̃ de his se non intromitteret.

NOTA.

Nimis Venenatam & asperam linguam vbiq; exercuit contra pontificem, hic Ferrarius in sua praxi. Vide quid notauerim infra nu. 59. Matthæus Boyßo D.

36. 18. minister noui testamenti, est minister man suetudinis & sacramenti vnitatis: sacramenti verò altaris repræsentat vnionem Christi & Ecclesiæ, qua significatur vnio animæ ad corpus: quia sicut anima viuificat corpus, sic Christus per huiusmodi sacramentum viuificat animã. & ideo gladius materialis, qui diuidit animam à corpore, penes ministrum sacramẽti vnitatis esse non debet. ergo & c.

37. 19. Papa temporale patrimoniũ habet cum exercitio iurisdictionis, vt in c. Constantin. 96. di. & in c. fundamen. de elec. li. 6. In quo ipse solus iuris-

iurifdictionem exercet,& recipit iuramētum ab imperatore,quod ibi non exercebit in cle. romani. de iureiuran. infrà ergo refiduum eft imperatoris.cap.qualis.25.di.c.nonne de præfump.& l.cum prætor.ff.de iudi.

20. fruftrà videtur effe potentia in aliquo quæ nō reducitur ad actum: fed non videmus quod Papa vtatur regali poteftate. ergo videtur q in eo ptās regalis non fit fimul cum fpirituali : fed fint inuicem diftinctæ.

ADDE

Vide pulcherrimam gloſſam in cap. Quoniam diſtinctio 10. tenentem quod diſtincta ſint poteſtates Pontificis & Imperatoris. Matth. Boyß Doct.

In contrariū videretur dicendum,quia Papa cōfecratur vt Sacerdos,&coronatur vt rex, & feftum coronationis nunciat omnibus regibus:ergo vtraque poteftas refidet in eo. 38 v.

Eft igitur ad primum quæfitum dicendum, quod Papa gerit vicem Chrifti, faltem quo ad poteftatē & iurifditionem officij. certum eft autem in Chrifto fuiffe poteftatem regalem& facerdotalem: quod primo in eius incarnatione oftenfum eft.Secundo in eius conuerfatione. Tertio in eius paffione & refurrectione. Quia in eius incarnatione poteftas regalis oftenfa eft, cum ex tribu regali fecundum carnem traxerit originem:poteftas vero facerdotalis, quia fuum aduentum per beatum Ioannem Baptiftam, qui fuit filius facerdotis, voluit nunciare. vj

Vnde dicit Auguftinus in libro de confenfu Euangeliftarum : quod quia Chriftus futurus

erat rex propheta & sacerdos. ideo diuina prouidentia factum est: vt tres Euangelistæ, qui Christum quantum ad humanam naturam assumptam notificare scripserunt: hoc ordine eorum Euangelia inceperunt: quia Matthæus incepit à semine regali. dicens. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid regis. Matthæi. 1. cap. & 56. di. cap. Dominus. Marcus verò à vaticinio Prophetali: dicens. Initium Euangelij Iesu Christi. sicut scriptum est in Esaia Propheta. Marci. 1. cap. Sed Lucas à sacerdotali sacrificio dicens. fuit in diebus Herodis, Sacerdos quidam, nomine Zacharias. Luce. 1. & 1. quæstion. 1. nonne.

Deinde ostensum est in eius conuersatione. nam Matthei. 17. cum illi qui accipiebant didragmam dicerent Petro: quare Magister vester non soluit didragma: Christus præueniens eum interrogare volentem, dixit quid tibi videtur Petre? reges terræ à quibus accipiunt tributum? à filijs suis, an ab alienis? quo respondente ab alienis, conclusit, ergo liberi sunt filij regum. super quo dicunt. Hieronim. & Lyra quod Dominus noster & secundũ carnẽ, & secundũ spiritũ, filius rẽgis erat, quia secundum humanitatem de stirpe Dauid erat generatus: secundum vero diuinitatem omnipotentis patris erat verbum: & ideo tanquam regum filius tributum soluere non tenebatur, soluit tamen tributum dum dixit. vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore inuenies staterẽ illum sumens, da pro me & pro te. 10. 1. quæst. 1. c.

r.c.magnum.& q.3.c.inter verba.cum glo. 23. q.1.c.quid culpatur.& q.fi.c.tributum.28. qu. 1.ca. iam nunc. vel ſoluit inquantum homo vt exemplum cæteris ſoluendum tribueret.dict. cap.magnum.& c.ſi tributum.e.cau. & quæſt. ſicut & legem ſpiritualiter in omnibus obſeruauit:licet ſibi non incumberet.

Deinde oſtenſa fuit ipſius regalis poteſtas in eius paſſione quando videlicet trans Hieruſalem cum diabolo pugnaturus reuerentiam regalem ſuſcepit à ſternentibus ſua veſtimenta & ramos in via.Vnde & teſtimoniũ Zachariæ prophetæ inductũ per Euangeliſtã Mathæũ dicentẽ Zachar.9.Ecce rex tuus venit manſuetus ſedẽs ſuper aſinã & pullũ eius.Matth.21.de cõſe.diſtin.4.c.multi.in gl.23.q.§.1. de ſumma trin.in rubrica. & Mar.11.Luc.14.& Ioan.12.c.

Præterea ſacerdotalem poteſtatem oſtẽdit tunc quando ſeipſum obtulit in ara Crucis: & fuit idẽ ſacerdos offerẽs & oblatus Vnde dicit Auguſt.4.de ciui. Dei. In omni ſacrificio ſunt quatuor conſideranda ſcilicet cui offertur, à quo offertur, & pro quibus offertur. Idem ipſe vnus veruſq; mediator Chriſtus in prę all. c.quoniã.10.di.& c.cum ad verũ.96. per ſacrificiũ pacis nos Deo reconciliauit.vnũ cum illo manſit cui offerebat. vnum in ſe fecit pro quibus offerebat ipſe, vnũ eſſet qui offerebat & ꝗ offerebatur.fa.de conſe. diſtin.2.c. ſemel.in.2.

Inſuper oſtenſa fuit eius poteſtas regalis in eius reſurrectione. videlicet in diaboli expoliatione quando multa corpora ſanctorũ ſurrexerunt cum eo:& introierunt in ſanctam ciuitatẽ in ſignũ victoriæ obtẽtæ. Matth.27.13.q. 2.c.

2.c.vna quæque ver. Item Ioseph. in gloss. Sacerdotalem vero ostendit in spiritus sancti da tione, quando dicit Accipite Spiritũsanctum quorum remiseritis peccata.&c. Matth.16.& 17.& Ioan.20.cap.1.quæst.1.c.remissionem. & 11.quæst.3.c.nihil. Vnde Matth.vlt. dicitur: data est mihi omnis potestas, scilicet regalis & sacerdotalis in cælo & in terra.

Item ipse Christus in hoc sæculo vtramque potestatē exercuit.vnde flagello facto de funiculo ementes & vendentes eiecit de templo & nummularios sedētes.Ioan.2.Matthe.21.Mar. 11.&Luc.1 .45.di.§.Salomon.88.di.c.eijciēs.1. quæst.1.iudices & c.qui studet& c.quibusdam quæst.3.c.ex multis.& c.Saluator ante.fin.2.q. 7.c.accusatio quoque.16.quæst.7. & hęc diximus ante fi.23.quæst.4.c.nimium.&.c.qui peccat.& quæstio.5.ca.si audieritis in fi. de symo. c.sicut gloss.in.c.quomodo.10.di. vnde. Psal. Deus iudicium tuum regi,&c.Psalm.71.Sacer dotalem potestatem etiam exercuit,cum seipsum obtulit hostiam discipulis suis dicēs:hoc est corpus meum Matthe.26.Mar.13. Luce.22. Ioan.6.de conse.di.2.c.liquido.ca. cum omne in prin.c.timorem.c.scripturæ.c. quia corpus. c.panis est in altari.c.re vera.in fi.c.accipite.c. accesserunt de celebra.missa.cap.cum marthe. cum multis similibus.

Dum etiam in Cruce patrem exorauit dicens,Pater ignosce.&c.Luce 23.25.quæst.1.§.1. in ver.zelum.23.quæst.1.c.paratus de pe.di.1.§ potest etiam in gloss quæ omnia sunt Sacerdo tis secundum.Hug. & Archi. in præallega.ca. cum ad verum 96. distinct. ergo apud Papam simul

simul sunt regalis & sacerdotalis potestas.

Item legitur in c: omnes. 22. distinct. romanam Ecclesiam solus ille Saluator sub petra fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero, terreni simul & cælestis imperij iura commisit, illius certe priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur.

CONCLVSIO.

Visis præmissis concludi potest quod iurisditio tẽporalis & spiritualis sunt inuicem distinctæ sicut probare videntur argumenta in prima parte facta: & ꝙ vtraq; potestas simul sunt in Papa. & cum his maior pars argumentorum est soluta. 39 vij

Ad decimum tamen vltra præmissa dici potest quod secundum Augustinum. Regnum Christi super quo regnauit, fideles eius sunt credentes in eũ: quibus dicit vos de hoc mundo non estis: quia si de hoc mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: Christus ergo non dixit. Regnum meũ non est in hoc mundo: quia in hoc mundo & in futuro regnat super fideles suos: hic per gratiam: & in futuro per gloriam: sed dicit non est de hoc mundo: quia de hoc mundo est quicquid hominum est à Deo creatum: & ex viciata stirpe Adæ generatum. Sed iam factum est regnum: non de hoc mundo: quicquid de ipsis hominibus per ipsum Christum regeneratum est. dicente Apostolo. eripuit nos de potestate tenebrarum & transtulit nos in regnum filij charitatis suæ. vel potest dici secundũ Chrisostomum. quod regnum Christi non fuit de hoc mundo. quia

non fuit modo mundano, quomodo sunt alij reges qui ex fortitudine ministrorum accipiunt potestatem regnandi : ipse autem regnando super suos sibijpsi sufficiens est : nullo alio adminiculo indigens.

Nec obstat quod dictum fuit in. 8. argumento. quia dicendum est quod sacerdotium & regale Dominium Christi non est propriè figuratum per sacerdotium & dominium leuiticum, in quo erant distinctę tribus sacerdotalis & regalis sed magis per sacerdotium & dominium Melchisedech : qui fuit simul Rex & Sacerdos. vnde dicit Apostolus ad Hebræ. 7. Hic est enim rex salem & sacerdos Dei summi. Genes. 14. & 21. di. cap. denique.

Nec etiam obstat quod dictum fuit in. 9. argum. quia dicendum quod Christus cessit Dominio regali oblato sibi per homines: quia noluit rex per homines fieri : qui regnum dabat hominibus vt ait August. vel propter exemplum nostræ humilitatis quia homines perniciose honoribus & imperijs inhiabant, rex fieri noluit. quia vero diuitias perniciose appetebant, pauper esse voluit, & quia mortem & contumelias homines superbissime horrebant, crucem & omne genus contumeliarum sustinuit : & vt sicque vnum dicere liceat, quicquid Dei filius in terris per hominem quem suscipit, dignatus est operari, disciplina morum fuit. sicut dicit Augustinus de vera religione.

Resolutiuè igitur dicendum est quod regularis potestas est in Papa : & in alijs regibus &

prin-

principibus mundi, nobiliori tamen modo & excellentiori est in Papa quam in eis: quia in papa est per cõfirmationem & dispositionem atque correctionem ipsorum, in eis autem per executionem & administrationem.

SECVNDVM QVAESITVM.

Ad secundum quæsitum videlicet, vtrum Romanus Põtifex habeat plenam iurisditionem tã in spiritualibus quam in temporalibus.

ET primò videtur quod non, per id quod iam dictum est in ar. 12. parte prima quæstione præcedenti. 40

Secundò, ad Papam pertinet suos subditos in vita spirituali viuificare: & ad diuinum cultum ordinare sicut scribitur. Ioan. 7. Spiritus est qui viuificat, caro autem nõ prodest quicquam, ergo videtur quod solum potestas spiritualis sit in eo. Ad quod gloss. in alle. c. quomodo. 10. di. quæ sic dicit: cum ergo iste duæ potestates sint distinctæ, est hic argumentum quod imperium non habetur à Papa, & quod Papa non habeat vtrumque gladium. 23. quæstio. 4. in. c. quæsitum.

Tertiò, Deus & natura nihil faciunt frustra, & frustra videtur Imperator, si Papa iurisdictionem in temporalibus obtineret. ergo, &c.

Quartò, ad quem non pertinet vt materiali gladio vtatur, non videtur habere iurisditionẽ 41

tempo-

temporalem ad quod gloss. in. l. filiusfamil. §. veterani. ff. de procu. & Cy. qui alle. l. fi. C. locati. alias frustratoriè videretur esse apud eũ: cum tunc esset sine executiône. l. 2. §. post originem. ff. de origi. iura. Sed potestati spirituali nõ competit vti materiali gladio secundum quod dicit gloss. ad Rom. 13. super illis verbis: non sine causa gladium portat: quia hoc intelligendum est de temporali potestate, quæ habet gladium ad puniendum corporaliter: ergo, &c.

Quinto spiritualis potestas non ideo præsidet vt temporali ac suo iure præiudicet. sicut temporalis iurisdictio nunquam vsurpat sine culpa, quod spirituali debetur. c. nouit. de iudi. Thobiæ. 4. Matth. 7. Luc. 6. Ad Gala. 5. Lucæ 13. & 1. distinct. humanum genus videlicet ne quis alij faciat. &c. præiudicium fieret iurisdi. temporali. si Papa. illam obtineret. & de illa se intromitteret ergo, &c.

Rationes 17. pro affirmatiua.

ij In contrarium adducitur quod dicit gloss. in Cle. ad nostrum infrà de hære. videlicet quod secundum beatum Dionysium Ecclesia militans diuinitus est ordinata & exemplata, ad similitudinem Ecclesiæ triumphantis. Ioan. testante in Apo. Et vidi Hierusalem nouam descendentem de cælo, &c. & Exo. 25. fac secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte. Sed in Ecclesia triumphante non est nisi vnus solus & summus Hierarch. cui omnes Angeli & homines in omnibus obediunt & intendunt: ergo & in Ecclesia militante vnus est solus

ſolus hierarcha, cui omnes tam Laici quam Clerici, tam reges quam cęteri tenentur in ſpiritualibus & temporalibus obedire: ſed ille nō poteſt eſſe imperator: ergo eſt Papa qui & temporalibus præeſſe poteſt.

Secundo ſicut vnus ſolus creator eſt cauſa ſpiritualiū & temporalium, & à quo omnia producūtur in eſſe: & vnus finis ad quē ſicut ad finalem terminum ordinantur omnia, ſicut ipſe teſtatur Apo.1.31.& 22.cap. & de conſecratione diſtinct.4.c.propriè.in fi. ego ſum α & ω principium & finis. Sic vnus eſt omnium Gubernator, & Rector tam ſpiritualium quam temporalium: ergo vnus ſolus ſub Deo vicarius eius erit habens totius regimen vniuerſi quantum ad temporalia & ſpiritualia.

Tertio ſicut duo ponere principia, eſt hæreticum. vt de ſumma trini.c.1.& 2. ſic & ponere 42
duos vicarios æquales in terris, eſt hęreticum. ſa.glo.in.c.non autem 7.quæſt.1.

Quarto in vno corpore materiali vnum eſt tantum caput in quo vigent omnes ſenſus, & quod omnia membra regit: ergo in corpore miſtico quod eſt Eccleſia, vnum erit capūt: cū vnum corpus ſimus in Chriſto: alioquin monſtruoſum eſſet Eccleſiam habere duo capita, ſicut monſtruoſum eſſet in capite materiali.ca. quoniam de offi. ordi. quod etiā innuitur.96. diſt.c.Conſtantinus.

Quinto ab exordio mundi non niſi vnum rectorem genus humanum legitur habuiſſe: ſicut patet in diuerſis ſtatibus mundi: ergo & modo debet eſſe vnus rector & princeps. Aſſumptum probatur in ſtatu innocentię. Adā præfuit om-

bus & spiritualibus. in.cap. per venerabilem. qui fil. sint le:

Duodecimo, Papa cognoscit de omni delicto.cap:nouit de. iudi.constat autem quod delictum bene committi potest in temporalibus vt cum quis indebitè sibi vendicat alienum.

Decimotertiò, cum Princeps vnus alteri iniuriatur, puta de feudo, potest iniuriam passus, hoc denunciare summo pontifici, in quo casu potest cognoscere de temporalibus iuxta illud Euangelicum Matthæi.18. Luc.17. Gal.6: Eccle.19.1.Corint.8:Deut.17.Io.8.2.Corint.13: Hebræ.10.& in.cap.si peccauerit.2.quæst.1. & in prealle.cap. nouit: si peccauerit in te frater tuus:vnde dicit Bald.in.§. præterea. de prohi. feu.ali.per Fede.quod Papa est iudex inter regem Franciæ & eius vasallos quando deficit iustitia, vel pares curiæ nimis fauent Regi.

Decimoquartò, si qui fuerint Imperatores in imperio ius habentes; illud tamen propter eorum peccata quę cõmiserũt in sanctos ipsos occidendo, & præcipuè summos Pontifices, priuati fuerũt iure imperij, quia priuilegium meretur amittere, &c.11.quæstion. 3. cap. priuilegium.

Decimoquintò, ab eodem Deo producta sunt temporalia & spiritualia. omnia enim per ipsum facta sunt. Ioan: 22: di: cap. 1. & 26. quæstion: 5: cap. episc. in fin. Papa igitur qui gerit vicem Dei in terris similem potestatem habere debet in spiritualibus & temporalibus.

Decimosextò, bona temporalia ordinantur ad spiritualia, tanquã organa, & tanquã instru 41

menta. Vnde philosophi posuerũt ꝙ sine exterioribus bonis: quorũ fortuna Domina est, non contingit esse felicem: & virtuose operari. fa. 1.q.3.ca. Saluator. vbi dicitur quod spiritualia sine tẽporalibus diu esse non possunt. Componitur similiter homo ex anima & corpore: vnde sicut ipsum corpus ordinatur ad animã: & est instrumentũ eius mediãte quo exercet operationes suas: sic ipsa bona temporalia & bona spiritualia ordinantur mediante Papa. Cum igitur Papa habeat prouidere de spiritualibus suis fidelibus, habere debet eodẽ modo facultatem prouidendi de temporalibus, sine quibus spiritualia in ista vita politica exerceri nõ possunt. vnde Apostolis dicentibus. dimitte turbas vt emant sibi escas, dictum est non habent necesse ire, date vos illis manducare.

46 Decimoseptimo videmus quod temporalia & corporalia mouentur per intelligentias & per ipsas in eorum operationibus regulantur. in tantum vt philosophi secundum numerum mobilium corporum posuerunt numerum motorum: sicut patet. 12. metaphisicæ. Istos etiam motores posuerunt regulari & moueri ab vno motore primo, qui est Deus. Augustinus etiam dicit omnem substantiam temporalem & corporalẽ administrari per Angelos. Papa igitur, in quo est spiritualis potestas, habebit per ipsam potestatem spiritualem similiter disponere & ordinare de temporalibus.

SOLVTIONES.

Nunc non obstant rationes in contrarium superius allegatę, & maximè ad secundum argumen-

gumentum dicendum est quod temporalia bona per se sumpta, non prosunt quicquam ad vitam spiritualem: sed vt ordinentur ad ipsa spiritualia tanquam organa & instrumenta prosunt. & ad ipsorum spiritualium consecutionem & ipsorum peccatorum remissionem & ad virtutum operationem. vnde Thobiæ.4. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat. de pœnitentia distinct.1.ca. miror. & cap. medicina. Et Thob. 12. dicitur quod eleemosyna, quæ de bonis temporalib. fit, à morte liberat, peccata purgat, & ipsa facit inuenire vitam æternam. & ad hunc finem Papa habet potestatem ordinandi de ipsis temporalibus bonis. Et resolutiuè dici potest, quod Papa potest habere potestatem temporalium ad duplicem actum.

Primo, quantum ad sui & aliorum ministrorum Ecclesiæ ordinationem & hoc in primitijs & oblationibus & alijs red litibus Ecclesiæ debent esse contenti. Secundum quantum ad ipsorum temporalium ordinationem, dispositionem & diuini cultus ampliationem, & sic etiam super omnia temporalia bona omnium fidelium Ecclesia potestatem habet.

TERTIVM QVAESITVM.

Ad tertium quæsitum videtur breuiter quod potestas Papę non sit maior omni alia.

Qvicunque soluit alicui tributum nó videtur eo maior esse: sed magis subesse ei cui soluit tributū, sicut dás decimas, 47

minor est recipiente, vt dicit Apostolus. Ad hebræos.8. fa.cap.fin.de cau. pos. & propriæ. & in c.2.de censi.& l.1.cum l.sequen.C. de censi. libro 11. per Sicul. consilio suo. 58. Sed Papa soluit tributum Imperatori.vt.11.quæstion.1. c.si tributum.vbi dicit Papa, quod si tributum petit Imperator, non negamus: ergo Papa maior non est imperatore.

ij Secundò Moyses fuit maior Aaron in potestate, eo quod potestate ipsius Moysi Aaron in sacerdotem electus est, iuxta illud. Exodi 28. applica quoq; tibi Aaron fratrem tuũ, cũ filijs suis, vt sacerdotio fungantur mihi.21.distinct. §.1:in principio. 75. di.cap.1.in vers. & Moysi Sed Moyses qui fuit ductor populi Israelitici videtur Imperatorem repræsentare, vt dicit beatus Augustinus. Aaron verò qui fuit summus Pontifex repræsentauit Papam, videtur ergo quod potestas imperatoris sit maior potestate Papæ.

48 iij Tertiò qui confirmat electionem alicuius, ille est maior eo qui confirmatur, cum confirmatio ad superiorem tantum pertineat.ca nihil.de elect.& c.cum inferior de maio. & obe Sed legimus regem Franciæ potestatem habere confirmandi Papam, & ordinandi sedem Apostolicam . ergo rex Franciæ eo maior esse videtur.minor probatur.63 di. cap. Adrianus fa.c.venerabilem.de elect.& glo.super. vers. Caroli.

Quartò, illa potestas non est vniuersaliter maior omni alia, ad cuius iudicium non defertur omnis appellatio. Sed à sententia lata ab Imperatore vel Iudice sæculari non debet

ad Papam appellari.in.c.si duobus.de appella. ergo.&c.

Quintò, quorum est idem immediatum Principium, neutrum ab altero dependet, sed Imperator & Papa sunt huiusmodi, ergo &c. maior est de se nota. minor probatur: quia Imperator assimilatur Deo in terris. pro quo in authen. quomodo oportet epis. col. 1. 23.quæstion. 4. cap. quæsitum. 10. dinstinct. quoniam. 96. di. cum ad verum. & cap. duo sunt.& cap.si Imperator.ex quibus colligitur potestatem Papæ & Imperatoris fore distinctas & neutrum ab alia descendere, tanquam ab eodem principio ortum habentia. & hoc expressum est. 93. distinct. legimus circa medium, vbi hoc clare tenet gloss. 58.distinct. cap. quanto. & probatur in prælle. cap. quoniam.& cap.nouit.de iudi.& ibi gloss.compo.& Innoc.1.cap. causam. in 2. qui fi.sint legitimi.ergo & cætera. 49

AFFIRMATIVA.

In contrarium est,quia potestas illius est maior omni alia:qui potest omnia iudicare,& ipse à nemine iudicatur.cap.inferior.21. disti. ca.cum inferior de maio.& obe.& cle. ne Romani de elect. in cle. Sed Papa potest omnia iudicare,vt supradictum est,& ipse à nemine iudicatur. iuxta illud. 1.ad corint.2.ca.vbi spiritualis homo omnia iudicat & ipse à nemine iudicatur,fa.c.innocens.22.quæst.4.in gloss.& text.in.c.nemo iudicabit.9.quæst.3. cum similibus ergo Papæ potestas maior est omni alia. 50 iiij.

Secundò dicit beatus Ambrosi. & scribitur. in. c. duo sunt. 96. di. aurum non tam preciosius plumbo, quantum regia prãte altior est ordo sacerdotalis. videmus enim colla regum & principum submitti genibus sacerdotum & ab eis benedici & inungi. cap. cum venisset de sacra vnc. 1. & secundum Apostolum ad Hebræos 7. absque nulla contradictione verum est, quod qui minor est à maiori benedicitur. patet hoc etiam per Hugonem de sancto victo. 2. libr. de Sacramentis, secunda parte: vbi distinguit duplicem vitam spiritualem & corporalem: duplicem populum Laicorum & Clericorum duo bona spiritualia & temporalia: duplicem potestatem spiritualem & secularem. Et postea subdit quod quantum vita spiritualis dignior est quam terrena, & spiritus, quam corpus: tantum spiritualis potestas terrenam potestatem & sæcularem & honore & dignitate præcellit.

51 Tertiò est maior omni alio maioritate causalitatis: quia eius potestas causat omnem aliam potestatem examinando, confirmando, & iudicando. vnde dicitur 22. di. quod cuiuslibet ordinis dignitatem & potestatem Romanus Pontifex habet instituere & confirmare: eius vero potestatem plus Christus fundauit & confirmauit. nullius namque potestatis electio temporalis vel spiritualis est ipsa confirmatio: nisi solum electio Papæ, vel ipsius auctoritate.

Quartò

Quarto ratione auctoritatis, Papa maior est omni alio: quia nullius Imperatoris, Regis, vel alterius leges, seu statuta alicuius roboris vel firmitatis esse censentur, nisi quatenus sunt per autoritatem Papæ confirmatæ & probatæ, vt dicit August. & ponitur in c. 1. 9. dist. quod quicunque legibus imperatorum, qui contra Dei voluntatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. Est namque tanta auctoritas Ecclesiæ & Romani Pontificis, vt dicit Augustinus contra epistolam fundamenti, ego non crederem Euangelio, si non crederem Ecclesiam. Sicque visis præmissis, concluditur, Papam esse maiorem imperatore, & ita concludit Bal. in l. rescripta. C. de praeci. impe. offe. & ibi vide latè de potestate Papæ. 52. vj.

ADDE.

Præmissa argumēta tradit quoq; maiori ex parte Anchoranus in cap. Canonum statuta. extra de Constitutionibus in 1. oppositione. Et tandem hanc conclusionem infert. Quod Papa sit maior Imperatore, & quod penes Ecclesiam sit vterque gladius, quorum alterum suscipit Imperator scilicet gladium materialem à Papa in approbatione, vnctione & coronatione, & antequam approbationem à Papa accipiat, non videtur, quod Imperator possit ministrare, & refert ibi Anchoranus sese ad Oldra. cons. 25. Mattheus Boyß D.

SOLVTIO ARGVM.

Nec obstant rationes in contrarium adductæ. 53. vij.
Et primo ad primam dicendum est, quod Papa non soluit tributum Imperatori in recognitio-

nem Domini:sed solum pro pace & quiete Ecclesiæ seruanda, quam ipse imperator tenetur tueri & conseruare, sicut habetur 23.q.8.c. si tributum in ore piscis. nec de omnibus soluitur tributũ Imperatori, quia non de oblationibus & primitijs, sed solum de exterioribus bonis per principes sæculares Ecclesiæ concessis.

viij. Ad secundum dicendum, quod Moyses repræsentabat Christum, cuius vicem Papa gerit in terris: vnde dictum est Moysi Deutero.18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorũ similem, cui similiter Aaron Christum repræsentabat, quia vt allegatum est Exod.8. applica tibi Aaron cum filijs suis, vt sacerdotio fungantur mihi. super quo verbo dicit glo. quod sicut tabernaculum cum ornatibus & vasis suis significabat Ecclesiam pulcram, virtutum & varietate personarum distinctam: ita summus sacerdos Aaroni tabernaculi, Christum verum Pontificem significabat, qui semetipsum pro nobis obtulit in cruce: aliter tamen Moyses, & aliter Aaron Christum significabant, quia Moyses significabat Christum vt legislator, Aaron vt summus sacerdos, & Christus, cuius vicem Papa gerit, fuit legislator: iuxta illud Esaiæ, Dominus legifer noster, Dominus iustus noster, & fuit sacerdos iuxta illud Psal. tu es sacerdos in æternum, secundum ordinẽ Melchisedech. Per hoc ergo, quod Aarõ & filij eius applicati sunt Moysi, vt sacerdotio Dei fungerentur, significatum est quod omnes præsules & doctores, qui ad pastorale & sacerdotale officium assumuntur, tanto studio & amore debent legi Dei adhærere, vt germana cognatione videantur coniungi,

iungi: sicut glosa ibid. dicit. Dato ergo quod potestas Moysi fuerit maior potestate Aaron: quia potestas Moysi fuit imperialis in legis datione, & fuit sacerdotalis in votorum populi oblatione: quia sicut dicit glo. super illo versu Psalm, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, Moyses sacerdos fuit, non hostias, sed vota populi offerens Deo: per hoc non excluditur, quin potestas Papæ sit maior omni alia, cum ipse gerat vicem Christi, cuius potestas figurata est per Moysem & Aaron, vt prædictum est.

Ad tertium patet solutio: quare illud quod dicitur in ca. Adrianus, hodie est correctum, vt in c. cum Adrianus. ea. dist. ix.

Ad quartum dicendum est, quod appellatio interposita pro causis minimis & leuibus quæstionibus, ad Papam non est deferenda, vt in contrario. Sed pro causis grauibus & arduis quæstionibus: omnis appellatio potest deferri ad Papam. 11. qu. 1. ca. quicunque litem habens. 54. x.

Ad quintum dicendum est, quod illud soluitur per illud, quod habetur in c. solite. de maio. & obedi. vbi Papa dicit, nosse debueras, quod Deus fecit duo magna luminaria in firmamento cæli: luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti, vtrumque magnum, sed alterum maius, ad firmamentum. ergo cæli, hoc est vniuersalis Ecclesiæ fecit Deus duo luminaria: quia duas instituit dignitates: quæ sunt, Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas. Sed illa quæ præest diebus, puta spiritualibus, maior est: quæ verò temporalibus minor xj.

est,quanta est inter Lunam & Solem, tanta inter Pontifices & Reges differētia cognoscatur: planum est autem quod luna deriuatur à sole, quantum ad eius formationem, quia ex illa luce, quæ facta describitur in Genesi prima die, quarta die postmodum formatus est sol, primo vt Dionysius dicit: Deinde luna & aliæ stellæ. Et quantum ad lucis receptionem, quia luna à sole suā lucem recipit, vnde pater omnium planetarum per astrologos, ipse sol reputatur: sic dominium Imperiale vel Regale deriuatur à dominio Papali vel sacerdotali, quantum ad eius formationem, vel quantum ad eius dignitatis vel auctoritatis receptionem. Et huiusmodi duæ potestates licet, sicut supra dictum est, sint inuicem distinctæ: non tamen talis distinctio sic præcisè est accipienda, quin potestas spiritualis respiciat temporalia secundū directionem & imperium. Potestas igitur temporalis, quæ est in Ecclesia ministrat temporalia, & ordinat in finem vitæ spiritualis, sicut dictum est supra.

xij. Sic quia duæ illæ potestates sunt in Ecclesia, quæ per duos gladios, de quibus scribitur Luc. 22. & in c. nouit. de iudi. & Matthæi 26. 23. q. 1. §. 1. vt per gladium extractum intelligatur potestas spiritualis, quam summus Pontifex debet habere ad vsum: sed per gladium, qui in vagina remāsit, intelligatur potestas in temporalibus, quam habet spiritualis potestas ad nutum: nec per hoc minus dicitur habere perfectè gladiū materialem, quia nobilius est aliquid ad nutum habere quam ad vsum: sicut nobilius est aliquid habere virtualiter, quam formaliter solum.

ſum. Ad inuocationem enim quam facit poteſtas ſpiritualis, voluntatem ſuam monſtrando: quia in vnicum actum voluntatis dicit, & ſuadendo armorum aſſumptionem contra malefactores Principi ſeculari, cuius gladius materialis eſt commiſſus, exponendo etiam legem diuinam, qua præcipitur: Non patieris malefactores viuere, dicitur princeps arma ſumere, & vti gladio materiali.

Vnde Ber. Gladium materialem habet Papa nutu, Imperator iuſſu, miles vſu vel manu. ad quod c. miles. 23. q. 5. & idem Ber. ad Eugenium ſuper illo verbo. ecce duo gladij quid denuò vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es reponere in vaginam? & loquitur de gladio témporali, & ſubdit, qui tamen gladium tuum eſſe negauerit, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini ſic dicentis: Conuerte gladium tuum in vaginam, tuus eſt ergo gladius euaginandus ad tuum Imperium, alioquin nullo modo dicentibus Apoſtolis, ecce duo gladij, reſpódiſſet Chriſtus, ſatis eſt, ſed nimis eſt. Poteſtas igitur iuriſdictionis ſpiritualium & temporalium immediata eſt in ſolo Papa: deriuata verò in omnibus Epiſcopis & Prælatis: ſed in omnibus Principibus ſæcularibus, & in miniſterium data, quod etiam ſatis innuit hodie Bonifa. 8. in extrauagan. vnam ſanctam.

Adde.

Nota, quod ad hanc extrauagantem attinet, grauiſsima fuit diſputatio inter DD. An à ſede Apoſtolica dependeat imperium, eaq; etiam magnam contentionem excitauit, inter Pontificem Iohannem 23 & Be-

& Benedictum 12. eius successorem, contra Imperatorem Ludouicum Bauarum. Itaq; Bonifacius 8. egregiam constitutionem promulgauit, qua declarauit omnem potestatem sæcularem Pontifici esse suppositam. Hæc extrauagans constitutio legitur in extrauagantibus cap. Vnam sanctam de maioritate & obedientia. *Vice versa, Imperator Ludouicus alteram constitutionem publicauit, qua declarauit Imperium esse à Deo, & non esse suppositum Pontifici, declarando omnes esse reos læsæ maiestatis, qui dixerint Imperium à Papa esse, quam constitutionem de verbo ad verbum retulit Albericus in l. Bene à Zenone fa. C. de quadrien. præscrip. meminit* Io. Cirier *de primogenitura. qu. 12. libr. 2. Vide Fuluium Paccianum tractatu, Quis probare debeat. lib. 2. cap. 35. nu. 34. Matthæus Boyss D.*

55. Ad quod etiam facit gl. superius alle. in clē. ad nostrum, super verbo Ecclesiæ. infra de hær. quæ clarè probat, quod Papa est summus, & omnes sunt ei subiecti. fac. gl. in c. causam. qui fi. sint leg. no. per Inno. facit. c. licet ex suscepto. de foro comp. per Hosti. in c. per venerabilem, qui fi. sint legi. & in summa eiusdem ti. §. qualit. & à quo. Pe. de ancha. in repe. c. Canonum statuta. de constit. per Ioa. fa. in l. 1. C. de sum. trini. per Io. de lig. & Franc. in clem. Romani vers. irritū in 5. q. supra. de elec.

Et licet Papa non habeat exercitiū gladij temporalis, tamen Imperator recipit gladium materialem à Papa in approbatione, vnctione, & coronatione ar. ff. de testa. mili. l. ex eo, & l. Titius, & in aut. de defen. ciui. §. interim col. 3. vnde videtur aliquibus, quod Imperator nō possit

sit administrare ante approbationē, alij tamen contra, vt in Clem.1.de iu.iur. inf. & per Oldr. qu.23.

Et valet huiusmodi maioritas secundum Sicul.qui de huiusmodi materia perpulchrè tractauit in sæpius alle.c.nouit.de iudi. ad multa & primo, vt ipsum Imperatorem tanquā inferiorem destituat exigentibus causis, sicut vt supradictum est, legitur sæpenumerò factum fuisse. xiij.

Item in omnibus arduis negocijs & maximis difficultatibus generantibus scandalū,in Christianitate, Papa potest huiusmodi maioritatis ratione se intromitttere etiam inter Laicos & exercere istam potestatem sibi à Deo attributam,& patet optimè in c.pro humani.de homi ci.lib.6.& in alle.cle.pastoralis. infra de re iudi.in c.alius.15.q.6.& in prælle.c.licet ex suscepto. & ca. per venerabilem. & ca. venerabilem. 14.

ADDE DE PONTIFICIS IVRIS-
dict.& potesta.

An Pontifex vtramq; habeat Iurisdictionem,tam temporalem quam spiritualem,latè deducit Panormitanus in cap. Nouit.nu.11.de iudi. ijs. Et hæc est ardua quæstio, vt dicit Vasquius in illustribus controuersijs,cap.21.nu 1.& 11.vbi plures citauit. Vide supra num. 40. De Pontificis potestate & excellentia latißimè Cassaneus in Catalogo gloria mundi,parte 4.consideratione 7.

De

De Imperatoris auctoritate & praeminentia ibidem par. 5. consid. 27.

Pontifex iure diuino non habet directè temporalem potestatem, sed tamen indirectè ratione suæ spiritualis Monarchiæ summam habet potestatem disponendi de temporalibus rebus, de quo vide latissimè D. Bellarminum Controuersia 3 lib. 5. ca. 1. 4. & 6. Matthew Boyss D.

Sicut enim Christus, qui non erat solitus hãc potestatem exercere, Ipsam tamen exercuit in arduo facto, & concernente decorem cultus diuini, vt quando flagello facto, &c. Ita & ipse Papa licet regulariter non debeat exercere secundum Innoc. in c. per venerabilem. qui fil. sint legitimi, & Bald. in l. fi. C. de quadrien. præscrip. Attamen instantibus arduis negocijs hoc potest. ar. op. In simili. in l. si hominem. ff. man. & eorum quæ notan. per Inno. in c. quod super his. de vo. Et vbi ista negociorum arduitas vel necessitas non immineret, locum tunc haberẽt iura generaliter loquentia, quod Papa præesse debet spiritualibus, & Imperator temporalibus: & hoc modo inter eos potestas & iurisdictio sunt distinctæ & separatæ.

xiiij. Ita videtur tenere Bart. in l. 1. ff. de requiren. re. & Siculus post eum in præalle. c. nouit. & in cap. 2. de cler. non resi. vbi dicit: Dantem fuisse post mortem damnatum de hæresi. pro eo quia in quadam disputatione posita, in quodam libro, quem fecerat intitulatum Monarchia, tenuit Imperium ab Ecclesia non descendere: nã vt dicit ibidem Bart. & in auth. quo oportet Episc. alle. in princ. multis rationibus tenuit contra-

trarium. idem Sicul. consil. suo. 82. & inter alia alle. glo. in cle. sæpius alle. de hær. & dicit quod hodie est de necessitate salutis ita credere, vt patet in alle. extraua. Vnam sanctam, & per hęc intelligi debet & limitari. Bar. in l. hostes. ff. de capti. idem tenet Franc. in consi. suo. 57. dicens, istam esse communem sententiam. Dd. in locis alle. & in auth. ad reprimendam. coll. 11. super verbo, totius orbis, de quo aliquid per Paulum consilio suo. 222. ante finem. per Angelum consilio suo. 275.

Aduerte tamen tu Francigena, quia per dicta extrauagan. Regi Franciæ, neque regno præiudicatur, nec per illam regnum & regnicolæ amplius sunt Ecclesiæ Romanæ subiecti, quam antea existebant. Sed hodie intelliguntur esse omnia in eodem statu, quæ erant ante definitioné præfatam, tam quo ad Ecclesiam, quam etiam Regnum, Regem, & Regnicolas superius nominatos: vt hæc omnia claré patent in extrauagan. Clemen. quinti, quæ incipit. Meruit Carissimi. 57. XV.

A d d e.

Hac extrauagans est in extrauagantibus communibus, sub tit. de pœnis, qua Clemens V. Regem Francia & Regnicolas ab Ecclesia Romana liberat, vel saltem non amplius subijcit, quam prius erant, eam libuit hic ascribere.

E CAP.

CAP. II. MERVIT IN EXtrauagantibus tit. de pœnis.

CLEMENS QVINTVS.

M*Eruit chariſsimi filij noſtri Philippi Regis, Francorum illuſtris ſyncera affectionis ad nos & Eccleſiam Romanam integritas, &progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: Meruit inſuper Regnicolarum puritas, vt tam Regem quam Regnum fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt quod nos Regi & Regno per diffinitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit,* Vnam ſanctam, nullum volumus vel intendimus præiudicium generari, nec quod per illã Rex, Regnũ, & Regnicolæ prælibati amplius *Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ, quam antea exiſtebant: ſed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante diffinitionem præfatam, tam quantum ad Eccleſiam, quam etiam Regem, Regnum & Regnicolas ſuperius nominatos. Hactenus Clemens V.*

De hac conſtitutione Clementis Quinti, ſic Petrus Coſtalius in l. 32. de quibus cauſis, de legibus. Nec verò quiſquã (inquit) iuſtè dixerit, Gallos peccare, quod Pontificum decreta & Edicta non obſeruent: nam Bonifacianas conſtitutiones, & id genus alias, quæ Regis Regni & Gallici libertatem & priuilegia minuerent, iam pridẽ vna clauſula Clemens V. antiquauit d. c. Meritò ſupra. Matthæus Boyſs D.

Iſte

Iste enim Bonifa.8.licet in his, quæ ad curiã pertinent, fuerit expertissimus, in tantam tamẽ arrogantiam seipsum erexit, vt totius se mundi dominum diceret, tam in temporalibus quã in spiritualibus. vnde inimicitias contraxit cum Philippo Rege Franciæ vulgariter dicto libel. propter quos Regnum Franciæ subiecit Alberto Imperatori, sicut & alia Regna. sed nihil profuit. quia de antiquissima cõsuetudine nullum in temporalibus Rex Franciȩ recognoscit superiorem, quæ consuetudo iam est approbata, & hactenus pacificè obseruata, nec ab alio Papa præter Bonifa. vel aliquo Imperatore impugnata. ad hoc l.1.§. vlti. ff. de aqua plu. arc.l.fi.C.non vectig.impo.non pos.cap. super quibusdam. de ver.sig. tenent Laurent. & Arch. in c.cum deuotissimam 12.q.2.Guiller. & Fran. in cle.Romani infra de iureiur.Ioan.fa.insti.in proęmio super verbo Francus. Bald.in ti.de inuesti.in mari.fact.col.10.sentit glo.insti.de patri.potesta.§.ius autem. ad quod glo. in rubrica.C.de stu.li.vr.ro.lib.11.

ADDE.

Rex Franciæ superiorem nõ recognoscit, textus in c.per venerabilẽ, extra qui filij sunt legitimi. Sic Speculator in tit de appell.§.nunc tractemus nu.1. Benedictus sit (inquit) Imperator noster qui licet mũdi sit Dominus l. de precatio ad l.Rodiam de iactur. Et oẽs prouinciæ sub eo sint distinct.63. c. Adrianus. & oẽs principes 7.qu.1.c.in apibus, dempto Rege Franciæ per d.cap. venerabilem. Non

 tamen

tamen patitur in damnum & inæstimabilem laborem litigantium, & inferiorum ordinariorum præiudicium ad se omissis medijs appellari. *Refert etiam Fulgosius, se præsente, ad concilium Constantiense Legatos Fräciæ venisse, & testatò proposuisse, se non venisse cuiusquã vocatione, vel quod Rex Franciæ cuiquã sit subditus, sed pro communi Christianorum salute, Fulgosius in l. Ex hoc iure, de iustitia & iure.*

Quod Rex Franciæ non subsit Imperatori, concludit Panor. in di. cap per venerabilem. Iason in l. Cunctos populos nu. 10. C. de summa trinitate, & fide Catholica. glossa in Pragmatica *sanctione ab initio. Philippus Francus de appellat. mox ab initio in Decretal. Oldradus consil 69. latè disputat. Vasquius in illust. contro. in proemio in fine, dicit ingentem esse quæstionem. Vide Cassaneum in Catalogo gloriæ mundi. par. 5. consi. 28. De Regum creatione, an Rex Francorum in Imperatorem eligi poßit, vide latius cap. 35. apud Fuluium Pacianum, tractatu quis probare debeat, lib. 2 Item an Rex Franciæ Imperatorem nondum coronatum præcedat. Vide Cassaneum dic loco. consideratione 29. ad longum. Matthews Boyß D.*

Et quod Rex Franciæ contra Imperium potuerit præscribere tenet Henri. in c. si diligenti. de præscript. Sicul. in ca. tua. 2. de deci. & latius in c. per venerabilem, qui fi. sint legit. & idem ibi Fran. & in cle. Romani. alle. vbi etiam Guill. Io. Fa. in l. 1. C. de sum. trinit. Spec. in ti. de ap. §. videndum. de quo per Spec. in ti. de præiudi. actio. in rem. per Oldra. consi. 69. Bar. in l. si duas

§. gram-

§. grammatici.ff.de excusa.tu. ibi tenet contrarium per glo.in l.hac editali de pace iura.fir.vbi tenet idem Bal.vide Ang.& Imol.in l.Imperatores.ff.de appel.& Ange.Areti.in l.1.ff.à qui.ap.non li.& in di. §.ius autem.instit.de pa. po. & glo.in c.Adrianus.63.distin.& in alle.ca.per venerabilem.

Et in summa Egid.de Ro. in sua disputatione de potestate ec.quæ incipit, vtrum dignitas Pōtif.tenet,quod Reges Franciæ iusto titulo & sine recognitione alicuius superioris in temporalibus possederunt,& possident Regnum Franciæ,& domino concedente possidebunt,& præterea dicit Fran.in cle.vnica de immuni.Eccle. quod idem Bonifacius fecerat decret. Clericis. eod.tit.in 6. propter ipsum Regem Franciæ,& idem Paulus,dicens quod idem fuit de extrau. eiusdem Bonifa.quæ incipiebat Rem nō nouā. Edita in odium præfati Regis,& ad eius instantiam.postea moderata de iudi.cle.dudum . idē fuit de superius alle. extrauagan. Bonifa. eiusdem quæ incipit Vnā sanctam: vbi sicut præmissum est declarauit esse de necessitate salutis omni humanæ creaturæ subesse Romano Pontifici,quam postea,sicut dictum est.Clem.5.declarauit,vnde quia Bonifac.prædictus sciebat Regem Philippum antedictum hæc omnia paruifacere,sibi quandam Bullam transmisit, huiusmodi sub tenore.

BVLLA BONIFACII VIII. AD *Philippum pulchrum, Regem Franciæ.*

xiiij. Bonifacius Episc. seruus seruorum Dei, Philippo Francorum Regi, eum time, & mandata eius obserua, Scire te volumus, quod in spiritualibus & temporalibus nobis subes, beneficiorũ & præbendarum ad te collatio nulla spectat: & si aliquorum vocantium custodiam habeas, fructus eorum successoribus reserues, & si quæ cõtulisti, collationes tales irritas decernimus: & quantum de facto processerunt reuocamus. Aliud credentes hæreticos reputamus. Datum Lateranen. Non. Decembr. Pontificatus nostri anno primo.

Rex autem Philippus vt sequitur respondit.

Responsum Regis Franciæ.

xv. Philippus Dei gratia Francorum Rex. Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice salutẽ modicam siue nullam. Sciat tua maxima fatuitas in temporalibus nos alicui non subesse, aliquarum Ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos iure Regio pertinere, & fructus eorum vacatione durante nostros facere: collationes hactenus à nobis factas, & imposterum faciendas fore validas, & illarum vigore possessores contra omnes viriliter nos tueri, secus autẽ credentes fatuos, & dementes reputamus, datum &c.

Occasione huiusmodi literarum maxima tũc fuit habita Parisijs disputatio, de potestate Papæ ac

pæ ac Regali auctoritate. de quo per Petrum de Palude in suo tractatu de potestate Ecclesiastica. Multa autem alia fecit idem Bonifacius 8. qui in fine miserabiliter defecerunt, deditque exemplum cunctis Prælatis, ne alta saperent, sed forma facti gregis magis studerent amari à subditis, quam timeri: hic est de quo dicitur:

Intrauit vt vulpes, regnauit vt leo, exiuit vt canis.

Ita dicit Baldus in tit. de natura feudi. Allegat Ioan. And. de quo vide in cap. 1. de renunci. lib. 6. Diffidium tamen ortum inter eundem Bonifacium, & dictum Regem Philipp. sedauit Benedictus 2. qui priuilegia restituit, & libertates, quibus Rex ipse per Bonifacium fuerat priuatus.

Adde De Bonifacio.

Quam elegantem extrauagantem Clemens V. *Pontifex in fauorem huius Philippi Regis Francorum ediderit supra notaui, nu. 5. Quod ad Bonifacium Pontificem attinet, ei meritò tribuitur hic titulus.* Bonifacius VIII. Pontifex summus, lux mundi, regula morum, Ecclesię Doctor, patrius honor, & Iuris illuminator. *Ista epitheta tribuit ei Dinus ab initio regularum Iuris, in sexto decretalium, quem librum ipse Bonifacius summus Pontifex suo iussu à tribus doctissimis viris, Ricardo de Petronibus Cardinali & Vicecancellario, Berengario Episcopo*

Bliterensi,& Guilhelmo Archiepiscopo Ebredunensi compositum & compilatum Anno 1298. publicauit:& Dinus quoq; eodem tempore Bononiæ multos annos Iura professus à Bonifacio Romam vocatus, præcipuam operam in ea compositione impendit:teste Cotta in Memorab. in verbo Iuris Ciuilis. Mattheus Boyß D.

CONCLVSIO I. ET II.

58. Sed vt redeam vnde digressus sum. Ex tribus quæsitis, & alijs supradictis duas infero conclusiones.

Prima. Licet Iurisdictiones Ecclesiasticæ & seculares sint distinctæ, veruntamen à Papa Imperatoris Iurisdictio censetur emanare.

Altera Conclusio.

Licet etiam Papa gladij temporalis exercitium non habeat, apud eum tamen suprema censetur esse potestas.

Longiorem prosecutionem huiusmodi materia exigeret, quia tamen alia etiam difficilia sum tractaturus, videat curiosus Augustinum de Ancho. latè in libello, de potestate Ecclesiastica, à quo plura, aliquibus tamen additis, extraxi. Videat etiam dictum Petrum de Pallude, & doctores in locis superius allegatis, quorum rationes ad longum describere nolui, ne lectoribus esset tædio. Itaque hæc pauca non ægrè feratis. Nunc ad alia transeundum.

QVAESTIONES XI. ex ordine vſque ad finem Repetitionis.

1. Quis exemerit Clericos à Iuriſdictione Imperatoris, num. 59.
2 An abſque metu excommunicationis liceat Clericum in crimine repertum capere, num. 63.
3 An Laico domino liceat Clericum vaſallum de feudo propria autoritate expellere, quādo feudum eſt apertum domino, nu. 77.
4 Quæritur nunquid ſaltem ex Eccleſiæ delegatione iudici laico licitum ſit de cauſis etiā criminalib. Clericorū cognoſcere, nu. 93.
5 An Epiſcopus vel alius Iudex Eccleſiaſticus laicum purum capere poſsit, & carcerare pro crimine eccleſiaſtico, num. 102.
6 An Epiſcopus pœnam pecuniariam laico ſibi temporaliter non ſubiecto poſſit imponere, nu. 108
7 Quæritur, quia textus hic dicit, Clericos eſſe cōpeſcendos in ſuis criminibus, qua pœna hoc fieri debet, num. 110.

8 An Clericus pro quolibet graui crimine veniat deponendus, numer.113.

9 Qualiter Clerici de inconstantia sunt puniendi, num.116.

10 Quoniam Clericorum correctio ad Episcopum pertinet, nunquid etiam delinquentium exemptorum in suo territorio ad eum spectet, num.121.

11 Vtrum Princeps saecularis possit Clericum à crimine absoluere, vel eidem indulgentiam, aut abolitionem, seu remissiionem, aut gratiam cōcedere, ita quod non possit vlterius de eodem crimine per Ecclesiasticum iudicē puniri, num.128.

SEQVVNTVR SVMMARIA CIRCA praemissas quaestiones.

59 *Clericos à Iurisdictione Impe. quis exemerit, & an eorum exemptio sit de iure positiuo, vel de iure diuino.*

60 *Priuilegium immunitatis quoad personas Clericorum est de iure positiuo, quo ad vero verā exēptionē, vt Clerici sint de foro iudicis Ecclesiastici, est de iure diuino, & à Deo emanauit.*

61 *Causa ab initio coram sacerdotibus tractabantur.*

62 *Laicus si vult fieri Clericus ab Imp. non potest prohiberi.*

63 *Clericum in crimine repertum, An absque excommunicatione sit licitum occidere.*

64 *Papa solus potest priuilegia Clericorum interpretari, declarare, & ex causa restringere.*

65 Priuilegium *Clericale secundum Canones est iudicandum, nec standum est statutis, vel consuetudinibus Clericorum.*

66 *Creditor an possit capere Clericum, de cuius fuga timetur, absque metu excommunicationis.*

67 *Maritus potest adulterum cum vxore inuentum retinere, vt fiat crimen notorium. Idem in fratre, filio, & patre.*

68 *Reum offendere posse, vel delinquentem si statuto cautum sit, multo fortius capi poterit in flagranti crimine.*

69 *Fugientem sequentes eum capiendi causa si resistentē vulnerauerint, ex hoc puniri non debēt.*

70 *Pater si filiū incarcerit causa correctionis, nō dicitur committere priuatum carcerem, nec etiam si ipse filius esset clericus.*

71 *Peccare non censetur, qui iuris autoritate aliquid facit.*

72 *Legem pro publica vtilitate conscriptam omnes iuuare tenentur.*

73 *Clericum de nocte incedentem illicitè potest familia potestatis impunè capere & præsentare suo Prælato.*

74 Con-

74 Consuetudo optima legum Interpres.

75 Remissio Clerici petentis se remitti, cuius expensis fieri debet.

76 Et quid de expensis victualium factis in Carceribus iudicis sæcularis.

77 Clericum nunquid Laicus possit expellere propria autoritate, si sit dominus eius, & vasallũ eius à feudo, absque metu excommunicationis, num. 80.

78 Possessio Clerici si cadat in commissum, non debet Princeps sæcularis extendere manum, nisi prius declaretur per iudicem Ecclesiasticum.

79 Ecclesia non est feudo priuanda propter delictum personæ, limita vt ibidem.

81 Iudex Laicus nunquid possit Clericum coram ipso falsum deponentem punire.

82 Clericus nõ debet in causa ciuili testari coram Laico, sed coram Episcopo, vel corã quo Episcopus committit.

83 Crimen in iudicio deductum non per modum Exceptionis sed accusationis, inquisitionis & denunciationis est puniendum.

84 Reconuentio super crimine Clerici non habet locum coram iudice sæculari siue sit imponenda pœna pecuniaria, siue infamiæ, siue agatur criminaliter siue ciuiliter.

85 Speciali nota, quæ sunt digna nisi specialiter exprimantur, videntur esse neglecta, & non comprehensa sub dispositione generali, licet ex proprio significato verborum cõprahẽdantur.

86 Cle-

86 *Clericus non declinans forum iudicis sæcularis venit arbitrio iudicis puniendus tanquã transgressor canonis.*

87 *Clericus in actione reali, nunquid poßit in iudicio sæculari conueniri.*

88 *Possessorium causæ spiritualis non est spirituale quia non tangit medullam veritatis.*

89 *Præcepta negatiua obligant semper & ad semper: affirmatiua verò semper, sed non ad semper.*

90 *Consuetudo contra ius diuinum non valet, & contra institutum Ecclesiæ.*

91 *Tempus nõ est modus tollendæ obligationis. Laici spiritualia præscribere non possunt, sicut nec consuetudinem inducere.*

92 *Vxor Clerici num gaudeat foro ipsius Clerici? & quid de eius familia.*

93 *Iudici Laico nunquid sit licitum de causis Clericorum etiam criminalibus cognoscere ex Ecclesiæ delegatione.*

94 *Clericus de licentia Episcopi an poßit consentire in Iudicem Laicum.*

95 *Papa an poßit tollere ius positiuum, quoad Reum vel plures Clericos in particulari.*

96 *Papa non potest statuere id, ex quo præsumitur statum Ecclesiæ perturbare.*

97 *Statutum si transeat in contractum est irreuocabile.*

98 *Priuilegium concessum subdito ex dispositione legis vel statuti, potest tolli sicut ipsa lex statutum.*

99 *Papa quo casu possit mutare statum Ecclesiæ.*

100 *Papa priuilegium fori, an possit reuocare.*

101 *Priuilegium alicui concessum quo casu possit tolli & remoueri.*

102 *Episcopus vel alius Iudex Ecclesiasticus numquid Laicum capere possit, vel carcerare pro crimine Ecclesiastico, num. 105. 106.*

103 *Et an possit dare possessionem rerum sæcularium, num. 103.*

104 *Laicus licet ratione causæ sortiatur forũ Episcopi, non tamen per hoc potest dici subditus.*

107 *Clerici non puniuntur pœnis legalibus.*

108 *Episcopus vtrum pecuniariam pœnam Laico, sibi temporaliter non subdito, possit imponere.*

109 *Laicus in spiritualibus, vel quasi, debet Papæ respondere.*

110 *Laicus quo casu possit conueniri coram iudice Ecclesiastico.*

111 *Delinquens nullam culpam timet, quam sperat nummis redimere.*

112 *Pœna pecuniaria per Episcop. exacta cui sit applicanda, & vbi in iure pœna non est expressa, consuetudinaria non debet imponi, quia pœna apponi consueta, dicitur ordinaria.*

113 *Clericus an pro quolibet graui crimine veniat deponendus.*

114 *Delicta quæ dicuntur leuia, quæ grauia, quæ grauissima.*

115 *Pœnæ ex grauitate deprehenditur qualitas, & quantitatis delicti.*

116 *Crimen omne dicitur publicum secundum ius Canonicum.*

117 *Clerici qualiter de incontinentia sunt puniendi.*

118 *A Deo melius est argui de misericordia, quam seueritate.*

119 *Clericus est dignus depositione, si fornicatio eius est notoria, vel scandalosa.*

120 *Continentia in sacro Ordine non est voti taciti vel expressi.*

121 *Castitas quare Clericis fuerit interdicta.*

122 *Clerici qui scandalizant Ecclesiam qui sint.*

123 *Fieri an aliquid iure debeat, vbicunque contenditur, potest Administrator iurium hoc declarare.*

124 *Præses Prouinciæ non debet permittere delegatos à Principe, aliter vti sua potestate quam in suis literis contineatur, & si formam earum excedat potest in eos animaduertere.*

125 *Iudici volenti mandare executioni sententiã nullam, potest impunè resisti.*

126 *Exempti nunquid possint absolui ab Episcopo à sententia Canonis.*

127 *Delegatus delinquens in delegatione sua nunquid possit coram Ordinario conueniri.*

128 *Princeps sæcularis vtrum possit Clericum*

cum à crimine absoluere vel eidem Indulgentiam aut absolutionem, aut remissionē vel gratiam concedere, ita quod non possit de eodem crimine per Ecclesiasticū iudicem. puniri.

129 *Citationem arctari quando constat. sicut citatus tenetur comparere ita quando dubitatur.*

130 *Iudex si probabiliter errat in facto, credens se Iudicem cum non sit & procedit, an teneat processus, & quid si erraret in Iure.*

131 *Opinio praiudicat veritati in his quae sunt Iurisdictionis.*

132 *Gratia vnde dicatur.*

133 *Iudex competens emancipationis est Iudex patris & non filij.*

134 *Statutum generale laicorum, & fauorabile includit Clericos.*

135 *Deus in correctione malorum placatur.*

136 *Princeps in dubio non praesumitur velle praeiudicare Iuri tertij.*

137 *Cognitio cui denegatur, multò fortius dispensatio.*

138 *Clericus expressè confitens coram Iudice saeculari se non esse Clericum, sibi non praeiudicabit.*

139 *Temporis diuturnitas sine veritate est erroris vetustas.*

QVAESTIO PRIMA.

AD quæstionē videlicet Quis exemerit Clericos à Iurisdictione Imperatoris, & videtur quod Imperator in authen. vt cle. conue. apud proprios Episc. & de sancti. epis. per totum

totum.col. 9. & in authen. statuimus. C. de E-pisc.& Cle.& hoc approbauit Papa, qui etiam sine consensu Imperatoris per suas constitutiones hoc facere potuit, cum Clerici sint res spirituales & ex toto corpus & animam dederunt in seruitium & in sortem Christi. 11. q. 1. cap. 10. di. c. imperium.& cap. suscepit. Sic videtur ex præmissis Clericorum exemptionem esse de iure positiuo, Canonico videlicet & ciuili, vnde in peralleg. auten. statuimus, prohibetur Clericum à laico iudice contra constitutiones canonicas & ciuiles iudicari.

Aduerte tamē quia Ioan. Pe. de Ferra. in forma respon. rei conuenti. 15 colum. loquens de materia præscriptionis dicit, Seruetur ergo ius Canonicū inter Clericos, qui portant conscientiam in caputio, quo abiecto eorum conscientia abijcitur.

ADDE

Tradit hoc Ferrarius In dicto loco. §. Præscriptionis, sub nu. 28. Eodem modo ibidem nu. 24. inuehitur in Pontificem. quod ciuitates et castra in Italia possideat exoptatq́, vt aliquis Imperator bonus exurgat, qui Constantini Imperatoris donationem reuocet. Sed hæc ex indignatione & odio eius in Pontificem scripsisse, tradit Petrus Rebuffus in concordatis Galliæ titul. vltimo. Vbi ad longum tradit hæc eadem nostri auctoris argumenta quod Clerici sint iure diuino exempti, quod contra naturalem sit rationem, vt Clericus à laico Iudicetur, quod Clerici nullo tempore fuerint sub imperio Laicorum, quod nulla consuetudine introduci pos-

fit vt coram laicis Clerici conueniantur, quod Autor noster infrà numero 90. tradit. Vide quæ de Ferrario notaui infrà numer. 60. Quibus adde plurima loca, quæ Sylua Nuptialis lib. 1 numer. 131. refert ex Ferrario, quibus quasi artem facit obloquendi Clericis. Vide infr. num. 109. de Petro Ferrario Matthæus Boyss Doct.

ij. In contrarium videretur quod immo sint exempti de iure diuino, ad quod facit, 96. di. c. duo sunt. cap. cum ad verum. & cap. si Imperator, vbi dicitur quod Deus voluit ad sacerdotem pertinere, quæ de Ecclesia disponenda sunt nō ad sæculi potestates. & Imperator volens iudicare de Clericis vendicat sibi ius alienum contra Deum. & subdit ibi, quod à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ fidei religionis Clericos & Sacerdotes voluit ordinari, discuti & iudicari.

Ex quo infert ibidem gloss. quod antequam emanassent aliquæ constitutiones, Clerici non erant de iurisditione sæcularium: & constitutiones disponentes, quod Clerici non iudicentur nisi ab Episcopis, non sunt nisi iuris declaratoriæ, quam gloss. Franc. dicit esse singularem in repetitione. ca. perpendimus cuius hæc verba sunt. & illud idem tenere videtur tan. innoc. Goff. Hosti. Ioan. An. & Sicu. in cap. 2. de ma. & obe. alle. ad hoc bonam glos. in c. quanquam de censi. li. 6. super verbo diuino. idem Bald. in tit. de pace tenen. §. si Clericus. col. 10.

60
iij. Quia tamen supradictum est quod appellatione priuilegij Clericalis venit duplex priuile-

uilegium, scilicet Fori & Personae: Idcirco dicendum videtur quod priuilegium immunitatis, quo ad personam Clericorum, est de iure positiuo quo ad. c. si quis suadente. 17. quæst. 4. Sed priuilegium immunitatis, quo ad rerum exemptionem, vt Clerici sint de foro iudicis Ecclesiastici, est de iure diuino & à Deo emanauit, & id benè videtur probari ex his quę legũtur. gene. 47. & Esdræ. 8. idq; ratio naturalis suadet vt in prealle. c. cum ad verum. cap. duo sunt. & ca. si Imperator. quod hic expresse tenet Guil. dicens insuper quod etiam homini exemptionem fori fecit Imperator approbante Papa. quod idem de Clericali priuilegio secundum canones sit iudicandum. idem Zenz. Bertram. Bonifa. Imo. & Bernardus. de roset. istius domini mei Archiepiscopi prædecessor immediatus & comit. omnes.

Sed adhuc præsupposito citra præiudicium veritatis quod de iura. diuino Clerici non essent exempti, in hoc tamen bene videntur omnes conuenire, quod Clerici per Papam potuerunt eximi etiam sine cõsensu Imperatoris, vt tenent Inno. Goff. Hosti. & Sicul. in præalleg. c. 2. de maio. & obe. per rationes superius alle. & maximè quia vt præmissum est, sunt res spirituales, &c.

Et istud sine dubio procedit præsupponendo maioritatem pontificatus & subordinationem dignitatis Imperialis ad Pontificatum, vt scilicet apud Papam sit vterq; gladius. vt suprà deductum est.

Ab initio enim omnes causæ tractabantur

tur coram sacerdotibus Deut. 17. cap. per venerabilem. qui fi. sint legi. 11. quæstion. 3. cap. absit vnde nulla videtur iniuria fieri ipsi Imperatori, si res reuertatur ad naturam suam. arg. ff. de pac. l. si vnus. §. quod in spem. 35. cap. ab exordio.

ADDE

Nota. Petrus Ferrarius in forma Confessoria actionis in §. plenam, acerbè admodum contra Pontificem scribit, quod nitatur armata manu iurisdictionem detinere in ijs locis, quæ sunt à mundi Creatione Imperij Romani. Addit quod naturaliter à principio mundi omnes Clerici, nedum laici sub potestate & iurisdictione imperij fuerint, & quod Imperatorum benignitate sint Clerici sub potestatem Pontificis dimissi, & plura alia scribit. Sed hunc Ferrarium egregiè refutat & reprehendit Petrus Rebuffus in concordatis Galliæ. titul. de protectione concordatorum Franciæ Regibus concessa. vbi præmissa auctoris nostri argumenta, cum sequentibus refert & nostrum auctorem in hoc citat, tenetque quód Clericorum causa olim semper ad Ecclesiam spectauerint, & Ferrarium adulatorem Imperatoris vocat, eumq; priuilegijs Clericorum priuatum, indignatum ex odio talia scipsisse ait, Matthews Boyß. Doct.

vj Præterea potest etiam Papa ex causa omnẽ auferre iurisditionem Imperatori. vt latius supra deductũ est, videlicet eum deponẽdo: ergo fortius iurisditionis partẽ, videlicet eximẽdo, ab eo Clericos: per simile argumentum Inn. in c. cum deputati, de iud. probat, quod si Princi-

palis

palis administrator & inferior, ambo tãquam superiores seu principales inuicem concurrũt agendo pro administratione, præferendus est superior. Et est ratio: quia qui potest radicitus eneruare, fortius qualitatem restrictiuam seu taxatiuam adijcere potest. ff. de iureiur. l. videamus. §. qui iurauit. sic qui potest adulterum interficere, multo fortius potest eum contumelijs afficere ff. de adult. l. nec in ea. §. ius occidendi ad quod ff. de regul. iur. l. plus liceat, & reg. cui plus licet de regul. iur. lib. 6. Sic in proposito, si enim tota potestas est in Papa & ab eo potestas Imperatoris est dependens, sequitur quod pars quantitatiua potestatis Imperatoris est sub illa tanquã species sub genere generalissimo.

Nec ob. dicere quod iurisdictiones Papæ & Imperatoris sint distinctę: quia duplex est lex: Priuata & Publica spiritualis priuata quam vnusquisque scriptam habet in corde. ad Roma. 2. cap. & 19. q. 2. ęst. 2. cap. duę sunt. quamque quisquis sequi tenetur & præferre publicæ quando non est publica, vt dicitur in d. ca. duæ quando dicitur spiritus Dei non astringitur lege publica, quo minus etiam inuito suo superiore, cui de lege publica tenetur obedire, ad religionem transire potest de regularibus. cap. licet & ibi Sicul. & in. cap. inquisitionem de senten. exco. si ergo Laicus vult fieri Clericus & ducatur spiritu Dei, non est sub Imperatore nec ab eo potest prohiberi, quin ad legem Dei transeat, vt postquam transiuerit, nõ possit Imperator talem regulare; sed solus Deus vel eius Vicarius per suas constitutiones quæ vij

sunt diuinæ tanquam dependentes à nouo & veteri testamento de iureiur.cap.nimis. de accusa.cap.qualiter & quando.2. in prin. secundum Fran.in loco prælle.ex quibus talem infero conclusionem iudicio meo satis probabilem.

TERTIA CONCLVSIO.

Licet priuilegiũ immunitatis personæ Clericorum sit de iure Positiuo,fori tamen priuilegium à iure descendit diuino,

ADDE

Clericorum exemptio à quo Instituta, an sit à Iure diuino an humano, latè disputat Caunarrupias cap.31.practicarum quæstionum.Vbi an Pontifex hoc priuilegium exemptionis tollere vel restringere poßit. Mattheus Boyß Doct.

SECVNDA QVAESTIO.

Secũdo principaliter quęritur, An absq; metu excommunicationis licitum sit,Clericum in Crimine repertum capere.

ET vers.primo quod nõ.regula est enim generalis,quod inijciens manus violentas in Cleric, ipso facto est excomunicatus,vt in illo vulgarissimo.c.si quis suadente,cui.c.standum videtur, nisi per alium canonem similis auctoritatis sit reuocatus ar.18.distinct.§.1. ad quod fa.illud,nolite tangere Christos meos. 1. paralipo.17.c.& psalm.104.& in authen.de nõ alie.

alie.§.1.co.2. Et hanc partem tenēt hic expresse Guilher.& Zenz.quos se qui videntur Bonifacius.& de Rosegio. Idem videtur dicere Hosti.in summa.in.ti.de sen.& re iud. §. quis debēt.ver.fallit.vbi dicit sequentia.fallit illud q quis in causa sua ius non sibi dicat vbi quis nō habet copiam magistratus.C.de iude.l. nullus ar.ff.de origi.iur.l.2.§.post originem,quod intelligas quo ad hoc:vt si forte aduersarius meus fugiat,licet ipsum mihi detinere, & etiam manus inijcere.ad hoc vt ipsum ducam coram iudice compe.ff.quæ in Fran.cre.l.ait prætor.§ si debitorem.C.de decu.l.generali.10.

Et est argumentū quod si clericus delinquat & fugiat,possit sine metu canonis coram Epis. duci & quousque sibi redditus fuerit,detineri sicut & vtitur Ecclesia Gallicana, non tamen diffinio vtrum excomunicatio euitetur, quia non inuenio hoc expressum in iure canonico nisi in casibus de sen. excom.c.3 §.nec ille &.c. perpendimus. ij.

Et semper qualitercunque delinquat quousq; fit incorrigibilis,priuilegium retinet.inf. de sen.excom.§.quis possit sub.§.super illo autem.& ista dicta Hosti.simpliciter recitat Archi.in.cap.Presbyter.81.di.vnde videtur idem sentire quod Hosti. dicit insuper idem Hosti. in.c.nuper.de sen.excom. Se non fateri, quod vbi leges capturam permittunt, possit illo casu Clericus capi, nisi detur ius canonicum expressum. Idem de Rosegio.subiungens non obstare cōtrarias opiniones,quæ ideò sunt reprobandæ, quia in legibus ciuilibus sunt fundatæ iij iiij

contra

cõtra Priuilegium Clericale nihil possunt vel debent operari.

v Solus enim Papa generalia Cleri & clericorum priuilegia potest interpretari, ampliare,
64.
64. vel declarare, & ex causa restringere, vt patet in c. altercationis de biga. lib. 6. Ad quod facit dictum Guilher. in præcedenti quæstione positum videlicet, quod in priuilegio Clericali secundum canones est iudicandum, & quod non sit standum super his legibus statutis vel consuetudinibus laicorum, bene fa. ca. Ecclesia sanctæ Mariæ de consti. & cap. quod Clericis de foro compe. cum suis concor. & vtrobique notatis eleganter per Ab. Sicul. hãc etiam opi. Hosti. & Guilher. tenet Collect. in cap. ve fame. de sen. excom. & etiam in. cap. cum non ab homine. de iudi. vbi pluribus recitatis opinionibus concludit, tutius esse dicendum tales esse excommunicatos, subiungit tamen.

vj Nisi taliter capientes statuto vel consuetudine excusentur. dicit tamen se scire quod in prouincia Officiales sæculares Prouinciæ super præmissis excusantur.

Bertrandus de clusello Doctor etiam Tholosanus, qui fuit collegiatus venerabilis collegij Petragoricen. & demum canonicus sancti Stephani. idem videtur tenere quod Hosti. in ca. primo de consuet. dicens, consuetudinem in contrarium non valere per illum tex. quia consuetudo est onerosa in rebus, multo fortius in personis. in cap. præcipimus, 12. quæstion. 9. ad hoc allegat. sæpius alle. cap. cum ad verum. & 11. quæstion. 1. cap. sacerdotibus.

tibus.c.ac si Clerici.de iudi.dictum.c.vt famę. & alle.c.Ecclesia sanctæ Mariæ.c.fi.de re. Eccl. non alie.c.causam quæ de præscrip: talia namque secundũ eum non potest Laicus possidere, vt ibi.sed nec præscribere.vt in re.iur.sine possessione:& hoc satis videtur verum secundum eum. Idem tenere videtur Galuanus de Bononia in præalle.c.vt fame.dum ibi dicit,quod licet Innoc. & Abb. dicat, quod Iudex minor & Laicus socius vel vicinus possunt capere Clericum fugientem:tamen secundum Hosti. qui dicit sibi licere,ostendat ius:alias ei non creditur de transl.c.2.vers.sed neque, & talia per Canones & non per leges sunt discenda. per not. de solu.c.fi.

Vnde illi soli prælati capi facere possunt,qui possunt absoluere ab illo.c.si quis suadente, vt Episcopi vel alij qui habẽt ordinariam,& possunt corrigere de iure, priuilegio vel consuetudine secundum Inno.Hosti.& Io.An.in c.si Clericus.de sen. excom. li.6. Idem & tenere videtur Anto.in præalleg.cap cum non ab homine, dum dicit,quod si vis esse cautus, & absq; scrupulo facere tales capturas,facias quod Officiales Laici in hoc deputentur captores & executores à Prælatis suis:& ita refert se consuluisse Episcopo Castellano. Idem etiam quod Hosti. tenet Henri.in c.ac si Clerici.de iudi.Et per cõsequens omnium prædictorum doctorum iudicio, videtur quod non possit Clericus sine metu excommunicationis capi,etiã in crimine repertus.

ADDE.

Dictum est notabile Andreæ Barbatiæ, relatum in additionibus Panor. in ca. Cum non ab homine de Iudicijs. Quod Clericus indistinctè capi possit per Laicum, quando agitur de delicto per eum committendo vel commisso, si sit in fuga, vel fugam adornet, vel alias ab iniuria compesci non potest, nisi capiatur. Vnde Abbas ibidem dicit, quod licita & meritoria sit captura Clerici in tali casu. Quamuis autem prohibeat, Canon, manus in Clericum inijci sub pœna excommunicationis, id tamen cessat, si capiatur, vt ad iudicem pro punitione ducatur, quia hoc non fit ex Diabolica persuasione, quam ca non requirit in cap. Si quis suadente 17. quæst. 4. Sed magis ex diuina fortitudine & iustitia, vt delicta non maneant impunita, in quo versatur publica vtilitas, & includitur etiam priuata cap. vt famæ de sententia excommunicat: Vbi Panor. & in c. 3. eod. tit. Adde Clarum in criminalis. qu. 77. Mattheus Boyss D.

vij. In contrariam sententiam adducitur, primò vulgata illa glosa, ordinaria in prealle. c. cum non ab homine, qui dicit quod per viginti horas potest Clericus inuentus in facinore detineri ad conueniendum testes, ne sit locus inficiationi, per. l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult. de cuius glosæ sententia in iudicando, quis securè non recedit, vt testatur Angel. consilio suo. 178. in fi. 1. co. & in consil. 297. in fi. fa. in aut. vt liceat ma. & auiæ. §. his quoque coll. 8. bene facit etiam. no. vulgari. Inno in prealleg. ca. vt fame.

me.vbi tenet,quod Creditor poteſt capere Clericum, de cuius fuga timetur abſque metu excommunicationis.per hoc.ff.quæ in frau.cre.l. ait prætor.§.ſi debitorem alle.ſa.etiam no. per eundem Inno.in ca.verum. de foro compe. vbi dicit domini feudi Laicũ poſſe Clericum propter crimen expellere de feudo ſecundũ Guil. Verba tamen Inno.iſta mihi videntur in.d.c.verũ fuiſſe,quod ſi vilis Ruſticus habet per l. Frederici iuriſdictionem ordinariam ſuper rebus feudalibus.vt in c.cæterum.de iudi.& in ca.ex tranſmiſſa. de foro compe. & condemnauerit Clericum ſuum feudatarium in commiſſione feudi,poterit ipſum,ſi rebellis fuerit,in exeundo expellere ſine pęna excommunicationis.ar. c.olim.Io.1.de reſti.ſpoli. 66. viij.

Abbas antiquus in c.prçalle.cum non ab homine diſtinguit, quod aut Clericus de fuga ſuſpectus eſt,& capi poterit, per dictum §.ſi debitorem,vbi dicitur,quod ſi quis inueniat proprium debitorem fugientem poteſt capere: ſic & Clericum talem ſine pœna. Aut eſt talis,de cuius fuga non timetur, & tunc capi vel detineri non poteſt ſine pęna excommunicationis: quæ diſtinctio ſecundũ eum videtur probabilis:ſibi tamẽ videtur,quod prodeſſe non poſſit: quia licet Clericus non fugiat, poterit tamen crimen ſuper quo impetitur,negare commiſiſſe:& ſic non eſt prouiſũ propter defectũ probationis circa hoc illi qui in crimine deprehẽdit, ix.

Vnde quidam tenent primum dictum illius gloſæ c. cum non ab homine, quod Clericus in adulterio deprahenſus detineri poſſit per viginti horas,vt ſic notorium fiat crimen eius per dictam

67. dictam.l.capite quinto.vbi dicitur, quod maritus potest per illud spacium adulterum cum vxore inuentum retinere, vt fiat notorium crimen: & hoc intelligit in marito, fratre, filio & patre, vt adulterũ repertum cum vxore, matre, sorore & filia valeant retinere, vt dictum est, cum illæ personæ percutere valeant sine pœna de sent.ca.si verò.i.Idem videlicet, quod Clericus in ipso facinore deprehensus per Laicum capi possit & detineri, vt eius crimen notum fiat: tenent etiã Vincen.& Lauren.vt refert Collec.in præalle.c.cum non ab homine. Idem Inno. Ab.in præalle.c.vt fame.

ADDE.

Clericus in flagranti crimine capi, imò occidi potest absq; excommunicationis incursione, si cum filia vel vxore depræhensus fuerit. Vide plura iura allegata per Neuisa.num.& sylua nupt.lib.1.num. 100. Adde Paridem de puteo de Sindicatu. in verbo Clericus, cap.1.& 2.Item verbo captura, cap.1.& 8.Matthæus Boyss D.

Galua.de bon.in sępius alleg.ca.cum non ab homine.refert Guilher.naso.tenuisse, quod vbicunque licitum est alicui Clericum percutere, licitum est capere.sine superioris auctoritate. & idem si Clericus de fuga suspectus sit. Idẽ tenet ibidem Io.An.ad cuius opinionis confirmationem inducit Sicul. bonum tex. nec in ea. ff. ad l.Iuliam. de adulte. vbi dicitur, quod potest occidere adulterum: multo magis potest eum contumelijs afficere, &c.

Immò plus dicit Ioa.An.quod si Prȩlati licentia non potest haberi: quia Clericus est in fuga,

poteſt eo caſu ſine metu excõmunicationis licitè detineri, & ſic intelligitur decretalis, vt famæ & dictu §.ſi debitorem. haberi tamen debet diſcretio, vt curialius detineatur, quam laicus ar. in dicto c. vt fame. Et omnes dicti doct. in hoc videntur conuenire, dictam l. allegando in dicto §.ſi debitorem. Quod etiam Clericum fugiẽtem debitorem liceat capere etiam laico, vt not. etiam per Bart. in dicto §. ſi debitorẽ ad quod fa. glo. inſti. de actio. in prin. & ibi Angel. de Are. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis in auth. de man. princ. §. neceſſitatis. col. 3. & in ti. de pace. iur. fir. & in §. ſi verò quis. & ibi Bal. & Angel. conſi. ſuo. 122.

Abbas, Sicul. vltra omnes alios in prælle. c. cum non ab homine, copioſius proſequitur huiuſmodi materiam inter alia opin. Anton. de qua ſupra reprehendens in hæc verba. Quid enim Officiales habentes licentiam Clericos capiendi, non ſunt præſentes in iniuria acerrima, quæ mihi vel filio meo illata eſt per Clericum quem ſi demiſero fugam arripiet, antequam exponam Prælato quærelam? xj.

Item, quid ſi fugit cum re mea, vel eſt debitor meus in magna ſumma, vel exire non vult de feudo, quod apertum eſt domino? Et ita per ſententiam declaratum, & certè ſic reſtringere iſtam materiam eſſet generare ſcandalum, in mentibus Laicorum: & quædam potius Tyranniæ quam Iuſtitiæ executio. vnde Io. de lign. collec. & Fran. in dicto ca. cum non ab homine, tenent huiuſmodi capturam fieri non poſſe: niſi capiẽtis interſit ratione priuati intereſſe. Bernardus tamen ibidem ſentit, quod poſſit capi

etiam

etiam si capientis specialiter non intersit. ad hoc dictum.c.si verò.1.de senten.excom.

Inno.vt dictum est in præalle. [illegible] fame. Primo videtur velle, quod Iudices Ecclesiæ, etiam non habentes iurisdictionem in Clericos, & etiam socij Clerici possunt capere, vt ducant ad iudicem: sed Laicis non licet hoc. Sed potest intelligi illud dictum, quando non timetur de fu
xij. ga. Vnde ipse idem Inno.in c.si verò.alleg. dicit quod si Clericus ab iniuria etiam tertij non potest aliter compesci, potest capi & ligari sine metu excommunicationis, & etiam sine peccato: immotalis meretur.ar.23.qu.3.c.fortitudo. & idem pro defensione rerum, vel recuperatione illico facienda.ar.optimo.de resti.spo.c.olim.1.alleg. Nam ille Episcopus non fuit solus, cùm accessit ad recuperandum possessionem, & manus iniecit cum alijs in illos hospitariolos, nec notantur excommunicatione, nisi modum excesserint. quod est no.dictam opi.Inno. notant Florianus in l.4.ff.ad le.aquil.Bar.in l.si quis in seruitutem.ff.de fur. Not. non tãtùm licitum esse Officiali capere Clericũ delinquentem, immò etiam Laico priuatæ personæ, vt ad suum iudicẽ ducat.fa.l.1.C.de rap.vir. Et hoc etiam voluit Bal.in l.si qua per calum. C.de Epis.& Cler.

68. Item quod licitum est cuilibet capere Clericum malefactorem, quando aufugeret.ar.in dicto §. si debitorem. Et si ex forma statuti esset casus, in quo esset licitum ipsum reùm offendere: ergo fortius capi poterit, & etiam omni casu per quemcunque, quando repertus est in flagran-

flagranti crimine, tunc quilibet habet mandatum à lege, de capiendo quemlibet malefactorem. vt in l. raptores. C. de Epi. & Cle. & di ctam l. capite quinto, ita dicere videtur Bal. in l. fi. C. de requiren. reis.

Aduertendum tamen est, quod sicut præmittitur, captum non poterit quis retinere, nisi per viginti horas, & vt ad iudicem ducatur. vt not. glo. in præalle. c. cum non ab homine. & alle. l. capite quinto. & ibi. Bart. tamen durante dicto tempore non poterit torqueri. nec iusticiari per taliter capientes, tenet Bald. in l. 1. C. de priua. car. Super quo vide Ang. & Imol. in l. in suis in prin. ff. de libe. & posth.

Plus dicit Bald. in dicta l. fi. quod si sequentes fugientem causa eum capiendi reum, quia resistebat vulnerauerint, non debebunt ex hoc puniri. per l. si seruus. C. de his qui ad Eccl. confugi. Et idem voluit Bald. in repe. l. 1. C. vnde 6. quod tamen intellige secundum Imol. in l. cum consensu. §. fin. circa penul. col. ff. de appel. si factum hoc fuerit cum moderamine inculpatæ tutelæ. Bald. etiam in c. 1. de pace. iura. fir. dicit quod Clerici possunt capi, vt Episcopo præsententur, vt voluit Io. An. in dict. c. vt famæ. Sed ex interuallo non potest quis Clericum capere. De quo per Dominicum post Archi. in cap. de his Clericis. 2. l. dist. & in ca. ante omnia. 35. di. idem videtur tenere Lucas de penna. in l. generali. C. de decum. libr. 10. & bene facit, quod ibi notatur per Bartolum & Alexandrum de Imol. 64. xiij.

Dicit plus idem Baldus in alle. cap. cum non ab xiv.

ab homine: quod si Clericus fugiat cum pecunia mea possum illum capere cum pecunia, & detinere, non tamen vltra viginti horas. Sed de beo iudici præsentare si possum, vt in alle.§.si debitorem. & hoc ideo, quia periculum est in mora, vt not.ff.quid me.cau.l.fin. & quod non possit vltra viginti horas detineri, etiam tradit Salice.in prçalle.l.fi. C.de requiren. re. & hoc est licitum propter proprium interesse.

xv. Et ideo si mihi restituit pecuniam, non possum eum ad iudicem ducere, quia statim ipso facto essem excommunicatus.ar.ff.de fur.l.qui vas.in prin.Istud in effectu voluit Bald.in præalle.c.cum non ab homine.

Petrus de Ancha.in repet.c.eam, quæ de reg. iur.li.6.tenet idem cum Inno.alle. simile in defensore ciuitatis.in auth.de defenso.ciui.§.nos igitur.& §.interim.col.3.& in auth. vt iudices, sine quoquo suffra.§.necessitatem.col.2. Nam c.si quis suadente, loquitur de dolosa vel temeraria manuum iniectione, dum dicit suadente diabolo: hoc autem non contingit in hoc casu, in quo ne propter fugam delictum remaneat impunitum, capitur à iudice vel eius familia.

xvj. Et in hoc traditur doctrina generalis, quod in omnibus casibus, in quibus Clericus impunè potest offendi, de quibus in allegat. c.3. de sent. excom.in his poterit impune capi.fa. quod no. in præalle.c.cum non ab homine, per Ioan.An. in nouella. & prædictam opi.refert idem Pet. Bart.sequi in dicta l.si quis in seruitute. & in præalle.l.si qua per calumniã, ad quod fa. quod dicit Cy.in l.1.C.de priua.carce.relatus à Bar-

tolo in tractatu de carceribus.3.col.per ver.restat. vbi dicit, quod si pater filium incarceret causa correctionis,non dicitur committere priuatum carcerem,immò plus dicit ipse Bar.ibidē,quod etsi ipse filius esset Clericus potest,& non incidet iñ c.si quis suadente.all.Raymund. istud tenuisse in ti.de senten.excom.§.sequitur versic.circa.Franc.in præsenti cle.refert Bertr. contra Hosti.tenuisse ex co, quia excommunicatio non fertur,nisi pro mortali.11.q.3. ca. nemo.sed nō peccat,qui iuris auctoritate aliquid facit.23.quæst.4. ca. qui peccat.l.Gracchus.C. ad l.Iuliam de adult.l.iustè.ff.de acquir.pos.alias daretur materia auferendi iura aliena, & violentiam inferendi contra mentem huius Clementinę. 70. 71.

A D D I.

Quod pater filium etiam cleric. verberans non incidat in cap. si quis suadente, & quod ipsum in carceres sine crimine priuati carceris iniiciens excusetur,ob id quod correctionis ergo fecisse præsumatur, latè deducit Menoch præsumpt.14.libr.5. Ascan.de patria potest.cap. 6.effectu 1. Matthæus Boyss D.

Ad contrarium respondet,quod hoc satis est expressum ex mente iurium,pro hoc cap.si clericos.de senten.excom.li.6.& quod not. de senten.excom.c.nuper.Petit tamen ipse Bertrand. super hoc declarationem per Pontificem fieri, & idem Franc.in præsenti Clem.inhæret opin. glo.& Inno.& idem Ioan.de Imo.referens hoc tenere Petrum, & Bald. hoc idem dixisse in

G auth.

auth statuimus.C.de Epi. & cle. sed ibi non inueni, ideo credo, quod hic fuerit error scribentium, vel ipse putabat allegare dictam l. si quis in seruitute.

Et idem tenere videtur Ioan. de Imol. in ista Cle. dicens hoc æquius esse saltem post factum Sicul. autem in præalle. c. cum non ab homine. dicit quod licet illa media via Ioa. de Ligna. & sequacium sit æqua, tamen in veritate dicit se putare, quod licita sit captura, & meritoria; si timetur verisimiliter de fuga, vel aliter ab iniuria compesci non potest, nisi capiatur, siue hoc fiat pro publico interesse, siue pro priuato. Nam considerat & facit argumentum ex cap. si quis suadente. vbi patet euidenter, quod ad incurrendum hanc excommunicationem requiritur dolus siue temeritas, vt patet dum dicit: si quis suadente diabolo manus iniecerit violentas. Si enim capio, vt ducatur ad Iudicem, & puniatur, quo de fuga timetur, vel aliter compesci non potest, in quo notari non potest diabolica suasio, immò diuina fortitudo, vt delicta non remaneant impunita, in quo versatur vtilitas publica, & etiam includitur priuata, vt in c. vt fame. de senten. excom. vnde canō dicit.

xviij. Rex debet furta cohibere, adulteros punire, ipsos de terra perdere. 23. q. 5. c. Rex debet & ca. præter.

72. Et omnes iuuare debent legem pro publica
xix. vtilitate conscriptam. art. 23. qu. 3. cap. non inferenda, & maximè cùm lex hoc permittat, & canon non contradicat. l. si quis in seruitutem, alleg.

alleg. & quod notat Bartolus in præallegat. authent. de requirend. reis. & gloss. in leg. nullus. C. de Iudæ. quæ est no. & maximè, quando vult defendere socium ab iniuria inferenda. ad quod fac. allegat. cap. fortitudo, cum tribus cap. sequen. cap. dilecto. de senten. excommun. lib. 6.

Non enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, vt in præallegat. cap. dilecto. & cap. qui potest 23. quæstion. 3. nec canon aliquo modo resistit, nec quo ad verba nec quo ad mentem, cum canon intendat solum illaqueare iniuriam inferentem Clerico diabolica per suasione, vt supra dixi, maximè cum ius ciuile sit in hoc fundatum in optima ratione & naturali, & vtilitate publica in tali captura, & sic cesset omnis dolus, & per consequens cessat omnis dispositio. cp. *si quis suadente.

Et hac ratione dicit idem Sicul. se putare, 73.
quod familia potestatis potest impunè capere Clericum de nocte illicitè incedentem, & præsentare suo prælato, quia hoc faciunt ad impedienda delicta, quæ fortè per eum committi possent, quia qui malè agit, odit lucem. cap. consuluit. de offic. dele. quod etiam tenet Baldus in præalleg. l. si qua per calumniam. de presbytero inuento in rixa, vt capi possit, & duci ad Episcopum.

Adde.

De armis Clericorum, & quibus casibus ijs vti possint, eleganter Vuius in decis. 26. vbi etiam hunc locum citat, Mattheus Boyss D.

Et plus dicit idem Sicul.in loco præalleg. idem in iudice sæculari, vt etiam de die possit capere clericum,& præsentare suo iudici, si verisimiliter timetur de fuga ipsius Clerici, dum adiretur prælatus suus.ar.in auth.all.de defen. ciui. vbi iudex capit, qui alias iurisdictionem non habet in capientem. in l. desertorem. ff. de re mili. secus si non timetur de fuga,& sic intelligit Inno.in præalleg. ca. vt famę.ad prædicta bona fa.sæpius alle.c.olim.1.de resti.spoli.si enim inijcere possum manus, vt socius recuperet rem suam incontinenti,fortius pro vtilitate publica, vt ipse efficiatur timidior ad iniuriam committendum,& cæteri metum habeãt. idem sentit ipse Sicul. de creditore, videlicet, quod possit capere Clericum in fuga constitutum, vel si recedat cum re mea,per dictum §.si debitorem. quod etiam tenent in præsenti cle. Bertran.& Franc.& idem Sicul.in ca.2. de pigno.Idem Angelus in summa.§. excommunicato.5.ver.12.& ver.13.Et satis hoc sentit Inno. in præall.c.si verò.& idem Sicul.in alleg.ca.vt famæ.quia hic cessat dolus.

Ego aũt Doctor inter huius vniuersitatis Dd. minimus 28.vix natus annum,quid in hoc dixerim dubio,non abs re mihi timendum est, cum tantos patres inuicem aduersari conspiciam, inter quos in primis duæ stellæ sunt lucidissimæ Innoc.iuris pater, & Hostien. iuris lumen, quorũ sicut perpulchrè refert Specu.in proem. vers.nouissimè memoria veneranda fulget, vt splendor firmamenti, perpetuo velut stella in æternitates perpetuas permansura. Daniel. 12. c.& cap.super Specula. de magistr. quorum etiam

iam dignitate nihil est altius.l.1. C. de consul. lib.12.cum cunctos incomparabiliter transcenderunt cuiusque magnitudinem maiori excellentia obumbrâtes,de pœniten.distin.2.c.principium.prope fi.sicut eorum opera indicant euidenter.ca.quod Dei timore.de statu regular. de regulis iuris.c.estote. 86.disti.c.tanta,quicquid denique alibi circa iuris theoricam quæritur in eorum scriptis perfectissimè reperitur 37.distinc.§.hinc etiam,versus finem.

A D D E.

Hic notandam & admirandam putaui auctoris nostri maturam eruditionem et ætatem, qua hæc commentaria tam egregia scripsit annos vix 28. natus.

1. Sic Neruæ filius Anno ætatis 17.publicè de iure respondit.

2.Bartolus noster LL. Coriphæus Anno ætatis 13. humanioribus studijs absolutis, iuri operam nauare capit, Anno 20. Bononiæ de iure disputauit & respondit:deinde Anno 21.doctor promotus est, vt de se ipso scribit,in l 132. Quidam cum filium.de verb. oblig.nu.8.Ratio tam maturè promouendi ea fuit, quod ad pondus comederet, vt intellectum semper æquè dispositū haberet,vt refert Romanus sing.712

3. Et Baldus anno ætatis 15.repetitionem fecit ad l.Centum Capuæ,de eo quod certo loco.

4.Papinianus eminentißimus Iurisconsultus mortuus est Anno ætatis 36. Et ante eam ætatem scripsit libros 37.quæstionum, decem & nouem libros responsionum,duos definitionum,vnum de adulterijs.

Vnde matura eius ætas, ingenium & promotio in iure cognoscitur.

5. Angelus 20. annorum cœpit aduocare, & Anno 24. ætatis Doctor promotus est.

6. Fulgosius fecit repetitionem in l. Manifestè de Iureiurando anno 15. deinde anno 23. doctor factus.

7. Speculator Anno ætatis suæ 34. composuit opus suum excellentißimum, vnde colligitur etiam eum maturè doctoratus lauream accepisse.

8. Decius anno 4. sui studij doctor promotus est, vt de ipso testatur Franciscus Beza in eius vita.

9. Accursius noster tardius quidem puta quadragenarius ad iuris studium venit, sed in eo tantum profecit, quod tandem vberrimus fons iuris appellari meruit, & contra Iustiniani edictum pandectas & constitutiones Imperatorum interpretari veritus non est. Hæc partim Cotta in memorabilibus, partim Fuluius Patianus, tractatu, Quis probare debeat.

10 Ioannis Corrasij Tholosani indolis celeritatem hinc æstimare licet, quod is decimumtertium vix ingressus annum de iure dicere cœpit, & anno 21. ætatis centum Theses contra communes sententias publicè proposuit & defendit. Ita scriptis declarauit Antonius Vsillus in illius vita.

His addo ex memorabilibus venerandi Collegij facultatum V. I. Coloniæ nostræ Agrippinensis Nobiles fratres Grapperos, Ioannem, Godefridum, Patroclum, & Casparum, quorum duorum posterio-

ſteriorum prior ætatis anno 19. Secundus 20. Sed & primus atque alter in ordine non multo maiore ætate, (vt quia ſenior anno ſalutis humanæ reparatæ 1502. natus) doctoratus inſignia ad lauream in Academia noſtra cum laude conſecuti ſunt, eoq́; merito ſuo euecti, vt primo Cardinalitia dignitas ſcriptis clariſſimo deferretur. Secundo ordinaria profeſſio Iuris in eadem Academia, idemq́; & tertius conſilijs dandis à diuerſis maximis principibus poſtulatus. Poſtremus etiā Rotæ Romanæ auditor & Legatus Pontificis ſub Nuncij Apoſtolici titulo factus ſit. Sed horum diues hæc Academia. Mattheus Boyß Doctor.

Si igitur tantus pater ſicut Hoſtien. diffinire quæſtionem dubitauerit: nunquid meritò mihi timor adeſt. ſalua tamen tantorum patrum auctoritate crederem opi. Inno. quæ communior eſt, & ſuorum ſequacium magis æquitati conſonam. Ex qua talem infero concluſionem.

QVARTA CONCLVSIO.

Licitum eſt Laico Clericum in crimine flagranti repertum capere, ſi de fuga ſuſpectus ſit, vel aliter ab eius iniuria compeſci non poteſt, & hoc circa pœnam excommunicationis, vt quam citius ſuo iudici remittatur pro iuſtitia miniſtranda.

ADDE.

Clericus in flagranti crimine deprehenſus à pub-

licis apparitoribus, & etiam à priuatis reip. fauore capi potest, Iulius Clarus in praxi criminali, quæst. 77. tum etiam fugitiuus Clericus à creditore impunè capi potest. Alciatus in cap. Cum non ab homine, nu. 74. de Iudic. Adde Hardmannum in practi. obser. in miscellanijs obser. 5. egregiè & latè deducit Paris de Puteo, in Syndicatu, verbo Clericus. Et Dias in praxi criminali tit. 123. vbi Ignatius, Lopes in litera D. Francis. Viuius in commun opinio. in verbo Iudex Laicus, opinione 162. Matthæus Boyss D.

Ex præmissis etiam infertur alia conclusio sub hac verborum serie.

Quinta Conclusio.

Licitum est Laico Clericum debitorem suũ fugientem, aut rem suam asportantem capere. Infertur & alia conclusio generalis in hæc verba.

Sexta Conclusio.

Licitum videtur illis Clericum capere quibus licitum est percutere. In quibus casibus crederem excommunicationis pœnam euitari, & istud esse tenendum saltem post factum, vt hic voluit Ioa. de Imol. vnde dicit Sicul. post Ioa. Andr: in simili sæpe vnum consulimus ante factum, cuius contrarium consulimus post factum: in ca. nihil. de elec. 6. colum. ad quod fac. quod no. in ca. verum. de iureiurando, quod dicit idem Sicul. esse notandum maximè, quia negari non potest, quin isti casus reddantur valdè dubitabiles ex tantorum doctorum contra-

rijs

tijs opinionibus ar. eorum quæ. no. in. ca. 1. de postu. lib. 6. & in. l. regula. ff. de iuris & fact. ignorantia.

Sicque crederem consuetudinem in præsenti regno excusare quæ est optima legum interpres. cap. cum dilectus de consue. l. si de interpratatione. ff. de legi. & de huiusmodi consuetudine loquitur Hostien. in sum. tit. de re iudi. §. quis debet. vers. fallit. Et cum Papa sciat huiusmodi consuetudinem, & eam toleret, non videtur velle vinculum inijcere, facit gloss. in cap. 1. de treu. & pace & quod ibi no. doct. Et per hoc crederem Officiarios Regios capientes Clericos delinquentes de fuga suspectos excusari, maxime vbi Episcopus non habet de facto potestatem capiendi. Sicut Archiepiscopus Tholosanus qui non habet captionem nisi infra septa quædam. Debent tamen ijdem officiarij si Clericus captus accusetur de crimine capitali & petat se remitti ad Episcopum, eundem Clericum remittere sub fida custodia ita tenet Bald. post Iacob. Bu. in l. eos. §. super his C. de ap.

74 xxj.

xxij.

xxiij.

ADDE

Hunc locũ de remissione Clerici notat Ignatius Lopes, ad Bernardum Diam. c. 123. in litera E. vbi notatur esse remittendum Clericum cum ignominia. citat etiam ibi nostrum auctorem. Matthæus Boyss Doct.

Sed nunquid informationes & acta debet etiam remittere, videtur quod sic per dictum §. econtra videretur, quia illis stari non debet cum non valeant facta à iudice sæculari. c. at si xxiiij.

clerici de iudi. in dicta authen. §. super his loquitur text. de his actis quæ valent. Concludit Baldus. in loco præalle. quod debeant acta remitti & ita seruatur, quia licet eis non stetur, proderunt tamen ad aliqualem probationem & informationem. secundum Iac. But. intellige de actis factis antequam iudex sæcularis sciret eum esse Clericum. nam postea acta essent illicita, ex quibus Iudex puniri deberet.

75 xxv Sed cuius expensis fiet huiusmodi remissio. breuiter crederem dicendum, quod expensis ipsius Clerici se remitti petentis ad iudicem eius, ad quod. l. quoniam liberi. C. de testi. & l. cum sæpe. C. de ero. mili. anno. li. 12. vnde dicit Bal. in. l. generaliter. §. his de præsentibus. C. de re. cre. cum quidam ad Regem appellasset & petebat se remitti ad curiam regis, & oportebat, quod remitteretur cum custodibus, quod ipse facere debet expensas custodibus.

ADDE.

Idem tradit Menochius casu arbitra. 228 num. 8. & 9 Si pauper sit, remittitur expensis Episcopi. Vide Ignatum Lopes in loco proximè dicto. Viuium in communi. opinionibus opini. 162. Iudex Laicus. Matth. Boyß Doct.

Sed quid si forsan Clericus non habeat vnde. dict. quod remissio fiet expensis Episcopi remissionem fieri petentis, per iura prædicta, maximè cum ad eum emolumentum iurisditionis pertineat regula iuris. qui sentit.

& ita

& ita seruatur in præsenti ciuitate. ad hoc bene fa. quod dicit. Bald. in titul. de pace tenen. §. si iudex videlicet quod si iudex petat remissionem ex officio fieri debet expensis illius terræ ad quam fit remissio. ar. l. mulier in opus. ff. de capti. Ioan. Fa. videtur tenere contrarium in. l. 1. C. de officio proconsu.

Sed quid de expensis victualiũ factis in carceribus iudicis sæcularis? similiter dicerem ipsum Cle. teneri vsque ad tempus requisitionis, seu quo peruenit ad iudicis cognitionem, quod talis esset Clericus. Barto. in. l. sanctum ff. de rerũ diuisi. dicit quod carcerato ministrari debent expensæ per eum qui procurauit captionem, non autem per iudicem. vnde Bart. idem voluit in suo tractatu. de carceribus in fine, vbi dicit. quod si aliquis debitor fuerit instante suo creditore captus, & debitor non sit soluendo, ita quod non habeat vnde se possit sustentate, creditor tenebitur ipsum alere in carcerib. Idem tenet Angelus. insti. de actio. §. fi. in fine. Ioan. Fa. insti. de actio. §. sed & si quis, dicit si quod ille qui fecit eum capi, nolit victum ministrare, si captus nõ habet vnde se alat, bene faciet iudex, si permittat ipsum abire, & videtur notari. C. de ero. mili. anno. l. fi. li. 11. & fa. ff. ad exhi. l. sed si hæreditas, nisi posset adinueniri de alimonijs. C. Epis. audien. l. iudices. tamen crederem quod à tempore moræ, Clericus nõ teneatur quicquã soluere, quia mora debet esse nociua detinent ex regula iuris, mora, nec ex culpa vel dolo suis quis debet cõmodũ reportare. & ita seruatur nec ꝓpter dicta ad expẽ 76

sas

ſas detineri deberet,cum videtur eſſe ciuile debitũ pro quo Clericus non eſt detinendus. Io. An.& ibi Dominicus in.c.ſi clericos de ſen.excom.lib.6.& Antho.in cap.Odoardus.de ſolu. de quo in.cap.1.de depo.& hoc etiam ſi ſit coniugatus vt tenet Lapus de caſtel.alle.ſua.118.& Dominicus in.c.vnico de Cler.coniu.li.6.

TERTIA QVAESTIO.

77 Tertio principaliter quæritur nunquid laico domino Clericũ eius vaſallum à feudo propria auctoritate licitum ſit expellere, cum feudum eſt apertum ipſi domino

I. ET videretur,quod ſic, per dictum Inno. in proxima quæſtione allegatum de quo in. cap.verum de ſo. compe. vbi dicit ſecundum Sicu.quod cum dominus feudi habeat iuriſdictionem ordinariam in vaſallos in concernẽtibus ipsũ feudũ qualiſcunq; ſit dominus quantumcunque vilis ſit vel ruſticus per leg. Frederici,qui incipit, Imperialem.de prohi. feu.alie & hoc ſiue principatus ſiue comitatus ſiue caſtellania vel alia huiuſmodi concedantur in feudum & hoc procedit ſiue vaſalli ſiue laici ſiue clerici ſiue Eccleſi.vnde in caſibus in quibus vaſalli laici litigarent coram domino feudi id faciant Clerici vel Eccleſiæ, quia fauore dominorum hæc iuriſdictio eſt eis ſeruata, vnde poſſunt domini huiuſmodi cauſas ad ſe reuocare etiam inuitis litigantibus, vt no.in præalle.c. imperialem.& in c.cæterum.de iudi.

Et

Et procedunt respectu clericorum, quando agitur causa feudalis mere ciuilis, vt no. Inno. in prealle. cap. verum. & Bald. in Marga. vers. 22. & post Guil. in authen. Clericus. C. de Epis. & cle. & Ludo. in singula. vers. feudum. vers. licet Clericus. Sed si agatur contra Clericum vasallum ad amissionem feudi criminaliter vel ciuiliter de crimine, tunc secundum Inno. non poterit de hoc cognoscere dominus feudi sed est remittenda cognitio ad suum prelatum etiam si feudum sit paternum. ij.

Quinimo dicit Sicul. in. cap. qualiter de iudi. in fi. quod si possessio Clerici caderet in commissum non debet Princeps saecularis extendere manum nisi prius declaretur per iudicem Ecclesiasticum alle. text. no. in. ca. cum secundum. l. l. de haer. li. 6. fa. l. eius qui delatorē ff. de iure fisci. & quod ibi no. Bart. Et si per praelatum suum fuerit de crimine condemnatus de proditione vel alio crimine propter quod debet perdere feudum tunc dominus suus poterit pro velle suo sibi feudū auferre. & si à prelato suo fuerit absolutus, tunc vlterius sibi feudum auferre non poterit dominus propter crimen. Et ratio praedictorū est secundum Inno. Quia de crimine Clericorum nec directe nec indirecte potest iudex laicus cognoscere, sicut nec de legitimatione. ar. de ordi. cog. ca. tuam qui fi. sint legiti. cap. lator. & de iudi. cap. at si Clerici. 78 iij iiij

Nec obstat si dicatur quod immo potest incidenter cognoscere, quia si contra clericum in testem productum coram laico objicitur crimen laicus de hoc cognoscit, quia secundū

Inno.

Inno.tunc non propriè obijcitur crimen Clerico.sed cõtra laicum qui eum produxit, quoniam ipse ex eius repulsione patitur pœnam, & non Clericus, quia eius testimonio non creditur.

Et hæc procedunt videlicet, vt Clericus priuetur feudo propter crimen, quando est feudum paternum. Si vero est Ecclesiæ: secus est secundum eum. Quia propter delictum personæ non est Ecclesia feudo priuanda.16.quæst 6.c.si Episcopum.hoc tamen vltimum dictum vt non priuetur Ecclesia feudo propter delictum personæ vel prælati limitant Hosti. & a. l.j. doct. vt non priuetur Ecclesia perpetuo, sed in vita Prælati auferetur feudum ab Ecclesia, & eo mortuo reuertetur ad eam, vt in lib. feu.c.si Clericus vel Episcopus. & ibi Bald.de Cap.cora.col.10.Et istud dictum Hosti.putat verum Anth.si feudum spectat ad mẽsem prælati, secus si ad capitulum, nisi totum capitulum delinqueret, ad hoc quod no. de dolo & contu.cap.1.l.iubemus.2.C.de sacrosan.Eccle. idem credit Sicul, quando pariter spectaret ad mensem Episcopi vel capituli, vel quando feudum esset Ecclesiæ simpliciter concessum, & non mense prælati tantum, quia tunc cum præiudicium Episcopi non sit separabile à præiudicio Ecclesiæ, eius delictum non nocebit Ecclesiæ. ad hoc quod no. in cap.cum venisset. de insti.

Et sic procedit Inno.dict.iuxt.Sicul.in d.ca. verum. Et limitat. Hosti. procedit. quando feudum mense prælati concessum est, quia post mortem redibit ad Eccles.argumen. cap. cum

Cùm venisset, Sed in puncto principali dicit Innocent. quod dominus feudi sit iudex ord. & exequitur sententiam suam, idem etiam laicus contra vasal. clericos sine sententia excommuni. argumento. cap. Olim de restitut. spoliatorum.

Contrar. tenet Ioan, Andre. d. cap. verum, quod id communiter non probetur, quod rusticus sine pœna excommuni. manus injiciat. Anthon. saluat dict. Innocent. scili. quod posset repellere non tangendo personam, sed armorum terrore, vel colonos pro eis tenentes expellendo, quia per hoc non venit contra cap. Si quis suadente.

Siculus putat, id non esse de mente Innoc. Fran. dicit quod mittet manum in cleri. non vt Iudex, sed vt pars, defendendo iurisdictionem suam.

Idem Fran. Zabarel. dicit dictum Inno. verũ esse quod Cle. vasallus damnatus à iudice Ecclesiast. potest à laico priuari feudo pro velle suo, videndus Fran. Zabarel. in hac clem. & in clem. Pastoral. de re iudi. iiij.

Zenzel. & Bonif. dicunt dict. Inno. non procedere, videndus ergo. Sicul. in d. c. verum. vbi reprobat opi. Fran. nec putat eam esse veram, quia ex quo Clericus post priuationem incumbit possessioni de facto, non diceretur laicus, eum repellendo suam defendere iurisdictionem, sed potius acquirere possessionem quam prius non habebat, secus si prius habuisset possessionem & Clericus illũ de nouo turbaret, quia tunc propriè diceretur defendere iurisdictionem & possessionem suam.

Fa. quod

Fa.quod no.Inno. in ca.cum nostris.de conces.præben.in quæstione. An quis possit propria auctoritate exequi sententiam per se latam & Bart.in.l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam. infect.& per Inno.in.cap.super hoc.de renun. vnde resolutiue tenet idem Abb.Sicul. in loco præalle.opi.Ioan.An.tanquam tutiorem vide licet vt laicus non possit exequi violentando personam. Sed sicut cognitio de crimine sit per iudicem Ecclesiasticum,ita & compulsio, & sic crederem opi. Guilhe.hic intelligendam idem videtur voluisse Bert.de Clusel.in. d.ca. verum.dum dicit quod si dominus feudi repellit iniuriã non incurrit excõmunicationem vt in præalle.cap.olim.alle.cap.si vero.de senten. excom. Si vero capit Clericum,distringit,vel alias eidem violentiam infert personalem remota defensione,tunc esset excomunicatus,cũ in feudum iurisditionem habeat non in personam, & sic posset secundum eum intelligi dictum Guilher.fa.cap.significasti.2.de homicidi.& istam partem tanquam tutiorem crederem esse sequendam.ar.in cap.iuuenis.de spõ. & in.c.si quem.de sent. excõmuni.pro quo fa. quod no.idem Sicul.in præalle.cap. verum.in solutione primi contrarij.in ver.Et potest esse spiritualitatis ratio.& cę.Ex quibus omnibus ad solutionem quæstionis talis inferri potest conclusio.

SEPTIMA CONCLVSIO.

Laico domino Clericum eius vasallum à feudo violenter non licet expellere,verum quia supradictum fuit Innocentium in sæpius alle. cap.

cap. verum tenuisse. Cum agitur ad priuationem feudi Clerici propter crimen, huiusmodi causam, siue criminaliter agatur de crimine non posse tractari coram domino feudi laico; licet iudex laicus possit de crimine opposito aduersus Clericum iudicio sæculari in testem productum cognoscere.

Quæstio, an Clericus de falso testimonio, coram laico puniatur, in vtramque partem disputata.

Queritur, vtrum Iudex Laicus Clericum coram ipso falsum deponentem punire possit. pro cuius euidentia est primo videndum si de tali exceptione criminosa Iudex laicus possit cognoscere Inno. sicut dictum est tenet, quod sic; quia probatis huiusmodi exceptionibus criminosis non patitur pœnam. cap. cum dilectus de ordi. cogni. in. fi. Repulsio enim à testimonio vel fides ex hoc sibi non adhibita non cedit ad ipsius Clerici incommodum siue pœnam, sed producentis secundum Inno. Hosti. vero. in alle. ca. verum, dicit quod immo hæc cognitio sit Diocesano remittenda, ar. ca. nullus. de foro compe. & de ordi. cogni. c. tuam. & istam partem credit Pe. de Anchar. veriorem, vt ipse tenet in tepe. c. ea quę. de reg. iura. lib. 6. quæstion. 22. mouetur; quia negari non potest quin ista criminis exceptio probata; grauet opinionem & famam Clerici apud iudicem laicum & apud bonos & graues, vt no. præalle. cap. cum dilectus. cap. super eo. de elect. hac ergo ratione videtur remittenda cog 81 vij

H nitio

nitio ad Episc. postquam Cleri. ex probatione tali siue cognitione dicitur grauari.

Et idem vbicunque de crimine agitur ciuiliter contra clericum puta ad amissionem feudi propter proditionem, vel aliud crimen cōmissum contra dominum feudi, remittēda est enim de hoc cognitio ad Episcopum postquam potest Cle. ex probatione tali sine cognitione grauari, etiam si feudum sit paternum ad quod de cle. coniuga. ca. vnico. lib. 6. Et tradit Io. An. regulam in. c. at si Cleri. de iudi. & in c. 1. de mutu. pe. quod de crimine Clericorum, nec directè nec indirecte potest laicus cognoscere, sicut nec de legitimate vt dicto. c. at si cle. & de ord. cog. c. tuam. lata autem sententia super crimine proditionis vel alio ꝓpter ꝙ priuari debeat feudo tunc secundū. Vincen. dominus aufert feudum pro velle suo. Et si fuerit absolutus non poterit dominus eum amplius super illo crimine inquietare. Istā etiam opi. Hosti. & Pet. tenet Sicul. in præalle. c. verum.

Veruntamen in practica seruatur opi. contraria Inno. verum quod de tali exceptione criminosa contra Cle. in testem productum opposito cognoscit iudex sæcularis.

Nec obstat secundum eundem Sicul. l. nul-
ix lum. C. de testi. quæ fuit. l. zenonis. qui cæpit imperare anno domini quadringentesimo. 73. vbi dicitur quod si testes in ferendo testimonio iudicis aures offenderint potest per eū puniri fori præscriptione non obstante, quia secundū Host. illa. l. nō astringit Clericos testificātes corā laico. Accur. tamen & Cy. tenent. l. illam etiam in Clericis locum habere. idē sentit.

tit Bald.dicens esse speciale, quia delinquendo in iudicio se astrinxit foro.idem sentire videtur Angel.in l.si vacantia. C.de bo.vac.li.10 Lanfr.in.c.quoniam cõtra. de proba.Guilher. de Parodiso,magist.Io.An.in.c.præsbyter.el. 2.5.quæst.6.

ADDE

Lanfrancus scribit hoc in praxi in c.quoniã ti.de confessionib.,nu.11.in contrariũ tenet Felinus post alios,in.c.verum de foro cõpetenti,quod nimirum à laico iudice puniri non possit Cle.Quam etiam tenet Afflictus decis.230.recitatis trib.opinionib.Tiraq.etiã hanc videtur sequi sentẽtiam tit.de retractu conuentionali.§.4.num.10.Vide ad lõgũ Iasonẽ in.l.1.§.Qui mãdatã.n.7.Et Viuiũ in cõ.opin. In verbo Cle.vbi acerbè repræhẽdit Bart.eiusq; rationes falsas esse dicit,& cõcludit Clericũ à laico puniri nõ posse.Aduerte quod in sequenti Author noster Romanum in sing.alleget eum post multam inquisitionem inuenire non potui ob numeri defectum,Matth.Boyß Doct.

In contrarium tenent Ludo.in singula. verbo testis vers.potest iudex per rationem.Io.in c.ac si Clerici.de iudi.& in ca.1.de mutu.petitionibus.Idem videtur tenere Bald.in ti.de pace tenen,§.si clericus.col.10.de quo per Specu. in ti. de test.§.1.vers.sed qualiter. & idem Hosti.in alle.c.verum.qualitercunq; enim delinquit Clericus iudex sæcularis non habet correctionem in personam,sed ad Episcopum spectat punitio & cognitio, etiam de iure ciuili, vt in authen. statuimus.C.de Epis.& cle. Et licet delinquẽdo vel contrahẽdo in aliena dioecesi sortiatur ibi forũ.vt in.c.dilecti de fo. cõpe.illud tamẽ debet intelligi de fo.Eccles.Non est ergo bona ratio quod delinquẽdo astringat se foro sæculari.c. postulasti de foro compe-

ADDE.

Clericus falsus testis non punitur per sacularem iudicem. Clarus in criminalibus quæst.38.num.13. & 14. Didacus Couuarruuias in practicis obs.cap. 18.nu.8. Afflictus decis. 230. Egregiè Ignatius Lopes in praxi Canonica ad Bernardi Dias.c.93.nu. 2.in litera C. Qui rursus notat quid iuris. Si Laicus coram Ecclesiastico iudice falsum deponat. & ab vtroq; eum puniri ait. Vide infr. reg.1.limitat.2. Matthaus Boyß Doct.

Frede.de se,consilio suo 88.tangit huiusmodi quæstionem in hæc verba. Item ad id quod obijcitur quod iudex laicus non potest punire clericũ de crimine, siue principaliter, siue incidenter. Respondeo quòd coram eo non potest accusari de crimine, sed dico quod iudex sæcularis Clericum agentem vel accusantem calumniosè vel falsa seu varia testificantem, potest ex officio extraordinariè punire, ita tamen quod si excutio talis penæ sit facienda in personam, Episcopo reseruetur. Si vero realis sit executio facienda in bonis, potest facere iudex temporalis vel sæcularis, vel distringendo eius fideiussores, quos Clericus dederit. C. qui accu.non pos.l.3. Et eodem modo potest punire Clericum in ciuilibus deficien. in expensis.

Sali. autem in præalle. l. nullum. dicit ego habeo pro expedito quando coram Ecclesiast. iudice testificatur, etiam si clericus foret exẽptus, quia tunc priuilegiũ exemptionis perdit, vt hic fa.l.1.ff.si quis in ius vo.non te.cũ ibi no. Sed vbi coram iudice ciuili & sæculari, dubito propter.c.si diligenti.de fo.cõpe.& aut.Clericus

cus supr.de epi.& cle.potest dici speciale quãdo delinquunt in iudicio, pœna tamen non poterit imponi corporalis à iudice laico, vel dic q; in Cle, delinquente in iudicio sæculari hęc, l. est correcta quantum ad pœnam imponendã p illũ iudicẽ, sed remittetur ad ecclesiasticũ.

Io.& Arch.sentire videntur, quod iudex laicus & sæcularis possit officio punire Cle.delinquentẽ coram eo, puta falso testimonio, vt no. 5.q.6.in alle.c.presbyteri.& fa.quod no.in ca. at si clerici alle.& videtur in hoc residere, vbi Lapus in apostilla subiungit. In contrariũ facit quod no.Io, An.post Inn. & Hosti.in alle.c. verum.de fo.cõpe.in prima glos.vt refert Pet. de archa.in præalle.c.ea quæ.de reg.li.6.vbi dicit:post prę missa, quod sequitur, videtur æqua cõsideratio Frede.& quod licet secundũ Host. non possit iudex laicus incidenter cognoscere. vt di.c.verum, tamen quandoque quando crimen incidit in causa facto ipsius Cle. accusantis calumniosè laicum, non occurrit ratio quare super calumnia tali non possit ferri sententia, postquã sibi cõstat de ipso iudici vt iudici.

Nam si potest laicum condemnare de crimine, quare non Cle.pecuniariter vel super eius calumnia ferre sententiam reseruata pœna iuris auctoritate, non habet rationem in se, sed bene legem in contrariũ.ff.ad Turpil.l in prin. Nec debet processus calumniæ accusatoris separari vel diuidi à processu principali vt sic qui est competens in principali, sit & competens in dependentibus & connexis.l.2.ff.de iuri.om.iudicium.c.præterea.de offi.dele.

Aequa igitur videtur cõsideratio dicti Fred.

vt sic de qua recognoscit iudex de ep & pronũciet. vt in c.cum super.de causa pos.& proprię l.de qua re.ff.de iudi.executione tamen suo iudici reseruata. Et hanc opi. Frede. seruãt curiæ
x. sæculares in præsenti ciuitate. Ab. Sicul. in sæpius alle.ca. verũ refert Ant, tenere dictũ Host. subiũgens ad hoc facere ꝙ no. in præalle.c. vni co.de cle.coniug.li.6.&in di.c.1.de mutu.peti. & ꝙ ipse plene dixit in alle.c.at si Clerici, nam ibi & in præall.c.1.tenet Io.An. ꝙ de nullo crimine Cle. laicus potest cognoscere directe nec indirect. siue agatur criminaliter siue ciuiliter

Pro quo optime fa.gloss.in.c. quamquam. iũcto tex.14.quæst.2.vbi videtur probari quod
82 etiam in causa ciuili non debet Cler. testificari
xj coram laico, sed coram Episcopo vel corã quo Epis.cõmittit. Sed satis puto dicendũ ꝙ si episc. cõsenserit ꝙ deponat corã laico, sicut fit quotidiæ in pręsenti ciuitate quando Archiepisc. vel eius officialis, licentiã cõcedunt sacerdotibus coram sæculari iudice, in causis in quibus ad sanguinis inductam non agitur deponendum, tunc potest iudex laicus de obiecto crimine cognoscere, quia non cognoscit vt puniat Clericum, nec ad hoc agitur, sed causa tantum inter litigantes dicitur agitari, pro hoc textu. in l. Iulianus. in fi.ff.de his qui no. infa. Sed nullo modo poterit laicus Clericum punire etiam si vacillet coram eo per iura allegat. & maximè fa.gl.in præallegat.c.quamquam & hoc videtur Inno. voluisse in præalleg.ca. verum.

Nec obstat. l. nullum. tum quia lex ciuilis non distringit Clericos, tamen quia cum generaliter loquatur ad Clericos, tamen videtur extendenda, cum habeant specificum priuile-

gium vt sint prorsus alterius iurisdictionis, regula iuris generi. de reg. iuris lib. 6.

Ego ad istã partẽ adduco quod dicit idẽ Pe. de Ancha, in consilio suo. 170. videlicet quod si causa qua agitatur coram iudice laico est ciuilis, non venit criminalis, ergo quod non venit in cognitione, nec in pronunciatione. c.p. & g. de offi. dele. cap. cum dilecta. de rescrip.

Et quod iudex etiam coram quo committitur falsum non possit de hoc cognoscere & punire si sua iurisditio hoc non patitur no. Bart. in. l. diuus. ff. de fal. alle. Inno. in. c. dilectus de pe. præterea non ꝑ modũ exceptionis sed accusationis inquisitionis & denũciationis crimen in iudicio deductũ puniendũ est. c. cũ dilectus de ord. cogni. &. l. Lucius. ff de his qui no. infa.

Istis tamen rationibus non obstan. idẽ Pe. in consilio prædicto respõdet in contrariũ dicẽs. no. per. Bart. & Inno. in locis præalle. nõ obstare, quia loquuntur de pœna ordinaria infligẽda, quę non nisi per iudicẽ cõpetentem est infligenda quasi secus sit in pœna extraordinaria.

Angelus autẽ. Areti. in suo tractatu malefi. super verbo falsario. 5. colum. quærit nunquid testis qui falsum deponit coram arbitrio vel arbitratore possit puniri de falso, & per quẽ, dicens quod sequitur. vide Angelus. in. l. si vacãtia. C. de bo. vacañ. l. 10. in. ver. sed tũc quęro licet possit iudex cõtra testẽ. &c. cũ ver. seq. 83

Et cõclude ꝙ si iudex habet imperiũ potest ordinariã pænã imponere vel extraordinariã. vt no. gl. in. l. uullũ. C. te test. si nõ habet imperiũ, potest tantum extraordinariam imponere, nisi consulto principe quia tunc etiam ordinariam imponet. l. penultim. ff. de fal. nisi sit xij.

Cle.testis,quia tunc licet glo.in præalle.l.nullum. velit quod etiam per iudicē laicum possit puniri, tamen ibi doct. contra per authen. statuimus.C.de.epi.& cle. & c. si diligenti. de fo.compe.

Si eutem coram arbitratore falsum deponat,per eos puniri non potest,quia non habent imperium,sed per iudicem competentem vt.l. fi.C. de test.ibi aduersus eos reseruato coniuncta gloss.ita dicit Ange. in dicta. l. si vacantia. vers.sed nunc dubitatur compromissum, &c. de quo late per Sali. vt præmissum est in sæpius alle.l.nullum.

xiij. Et dicit Bar.in.l.si quis obrepserit.in fi. ff.de fal.quod quādo in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice:vel à parte, vel à notario, vel à teste, vel aduocato, tunc iudex poterit punire ex suo officio per. l. athletas. §. 1.ff. de his quæ notan. infa. & istud in practica seruatur quotidiè. Late etiam ponit Ange. in. l. quotiens in.fi. C. de iudi. vbi multum eleganter loquitur dicens,quod saltem extraordinariè semper puniri possit iste testis falsarius qui falsum deponit coram illo iudice, qui alias punire non potest criminaliter. & ita voluit Fran.de rampo.in.l.2.C.de condi. ob.tur. cau. relatus. ab Angu. de Fran. in addi. Ange. are.vbi suprà.

ADDE

Sic iniurians vel iniuriam cōmittens in scriptis corā aliquo iudice vel aliàs delinquēs in iudicio ab eodē iudice,licet sit incōpetēs, puniri potest. Ange. in Ma-

in Maleficijs.§ Fallario.nu.25. Hyppolitus sing.549 Corsetus in sing. verbo delictum, & verbo Notorium. Boerius in consuet. Bituric. tit. de iurisdict.§. 21. Idem Boerius de seditiosis.§. 6. num.37. Adde Mynsingerum centur. 5. obser. 52. vbi persona peregrina & extranea in Camera habentes causas conueniuntur ibidem ratione personalis obligationis, quæ in Camera contracta est. Matth. Boyß.

Ad quod fa. quod dicit Bal. in l. acceptam. C. de vsu. vbi tenet, quod si Clericus est electus depositarius per iudicem sæcularem, præcisè cōpelli potest ad ipsius depositi restitutionem. Et licet seruetur de consuetudine opi. Fred. supra allegata: Ego tamen salua pace contrarium tenentium crederem opinionem Hostien. esse tutiorem ac de iure veriorem. Ex qua talem infero conclusionem.

CONCLVSIO OCTAVA.

Laico iudici Clericum coram ipso falsum deponentem punire licitum non existit, etiam ciuiliter. xiiij.

Ad quod vltra præmissa adduco, quod dicit singulariter Sicul. post Io. An. an. in allega. c. at si Clerici videlicet. 84. xv.

Quod secundum communem opinionem canonistarum super crimine Clerici non habet locum reconuentio coram iudice seculari: siue veniat imponenda pœna pecuniaria, siue pœna infamiæ: siue agatur criminaliter, siue ciuiliter, quia iura respectu criminis indistinctè videntur prohibere, vt Clericus à Laico nullo modo iudicetur. vt in alle. c. vnico. de Cle. coniur. lib. 6. vt idem tenet Archi. & in ca. 2. de foro

compe.facit ca.Clerici.de iudic. quæ conclusio hic placet Iacobo Maynardi,& Sicul.in præal. ca.at si Clerici.quia habito respectu ad personã Clerici, potest dici causa spiritualis,ita quod non solum deficit iurisdictio respectu personæ,sed etiam respectu causæ.

Considerat enim idem Sicul. Clericos à iurisdictione Laicorum exemptos, nedum legibus imperatorum, vt in auth. vt Clerici apud pro.Epis.col.6.cum multis simil. Sed etiam vt superius dictum est à sanctissimis summis Pontificibus & quod plus est principaliter à Deo, vt supra dictum fuit post Innoc. pro quo bona glo.in c.si Imperator. 96. disti. & hæc iura tam diuinum quam humanum loquuntur generaliter & indistincté: absonum videtur,quod per leges generaliter loquentes,hæc tanta & tam alta priuilegia recipere debeant læsionem ,cum generaliter traditur à canonibus,quod ea quæ speciali nota digna sunt, nisi specialiter exprimantur,videntur esse neglecta, & non comprehensa sub dispositione generali, licet ex proprio significato verborum comprehendantur. vt optime dicit tex.in c.quamuis.infra 1. de praben. li.6. l.Item apud Labeon.§.hoc edict.ff.de iniu.

Præter ea considerandum est, quod Clerici non debent à Laicis iudicari: quia reputantur maiores & sanctiores.vnde no.dicit tex in cap, denique 96.di.quomodo hi qui humanis rebus præsunt,& non diuinis praeesse permissum est: de his per quos diuina ministrantur iudicare præsumant penitus ignoramus. Quæ rationes ad nostræ solutionem quæstionis congruè videtur adaptari,vt Clericus velle non debeat irreueren-

uerentiam diuinorum, quæ ministrat subijci & iudicari per Laicum: sic ergo Clericus falsum coram iudice Laico deponendo, priuilegio tacite non potest renunciare, cum hoc non possit expresse, vt in præall. c. si diligenti.

Immò Clericus non declinans forum iudicis sæcularis venit arbitrio iudicis puniendus tanquam transgressor canonis, vt tenet Bald. in l. circa finem. C. de indi. vidui. col. quod dicit etiam esse verum, si per statutum prohibeatur sub certa pœna declinare, quia non valet: vt ibi plus dicit Bal. in l. 1. C. quomodo & quando iudex post Fede. de se. quod Clericus agat contra Laicum coram iudice sæculari, & Clericus accusetur de falso: non poterit Episcopus inhibere iudici seculari, ne fungatur partibus suis, licet illa quæstio falsi videatur præiudicialis: dico tamen quod bene posset inhibere, ne pœnam inferret huiusmodi Clerico propter huiusmodi crimen, per id quod not. idem Bald. in l. consult. in prima & secunda quæstio. C. de testa. 86. xvj.

Nec videtur quod valeat consuetudo, quod rex & eius officiarij possint cognoscere & habere iurisdictionem in Clericos solutos in actionibus ciuilibus, personalibus vel etiam criminalibus, vbi ageretur de crimine ciuiliter, sicut in nostro casu per ea quæ no. Inno. in c. postulasti vltra medium de foro compet. per Archi. in c. Romana. in 2. glo. eo. ti. lib. 6. quia talis consuetudo est contra libertatem Ecclesiasticam, & sanctorum patrum instituta. c. cum terra de elec. arg. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. iuncto. c. 2. de foro compe. xvij.

ADDE

iudi. in Cle. dispendiosam.

Item ad propositum redeundo, talis consue tudo est contra præceptum prohibitiuum & negatiuum, vt in d. cap. 2. cui expressè renunciare non potest: vt ibi no. & probatur in c. si diligenti. & ar. ne fideiusso. do. dentur. l. 2. in fi. ergo multo fortius, nec tacitè: præcepta enim negatiua obligant semper & ad semper. vt illud non furtum non facies. & similia licet affirmatiua semper, sed non ad semper, secundum Theolog. Propterea talis consuetudo est contra generalem statum Ecclesiæ præsertim introductum in honorem totius ordinis Clericalis. 88. xviij. 89.

Ergo Clericus alicuius particularis loci tacitè consentiendo aut assentiendo tali ab vsu inde poterit ordinis totius priuilegio præiudicare. ar. 2. q. 1. c. sunt quidam. ar. not. per Inno. de consue. super ru.

Deinde. talis consuetudo esset contra exemptionem diuinam, per quam vt supra dictum est, Clerici sunt à iurisdictione principum sæcularium exempti. ar. contra ius diuinum non valet consuetudo.

Est insuper contra institutionem Ecclesiæ: ergo &c. argu. de tempore ordi. ca. 2. maximè quia huiusmodi consuetudo videtur reprobata in c. ad nostram. de consue. pro quo. bene fa. no. per Archi. in ca. vnico. de Cle. coniuga. li. 6. super verbo condemnari. 90.

Nec obstare videtur, si fortè dicatur, quod Ecclesia Gallicana, neque rex illud statutum seruauerunt, quo ad huiusmodi nostræ casum quæstionis, & sic non videantur ligari illius transgressores, argu. 4. dist. leges iunctis no. per

glo.

glo.& doct.in ca. I. de treu.& pa.maximè quia Papa hoc ſcit & tolerat. Ad quod poſſet reſpõderi: quod cum iſtud ius ſit prohibitiuũ ab exemptione diuina procedens, vt no. Inno.de maio.& obedi.c.ſi quis.& ſupra dictum eſt,& per conſequens contrarium eſſe peccatum,non poſſunt dici ex hoc excuſati quantumcunque tempore etiam in contrarium fuerint. vnde quia tempus non eſt modus tollendæ obligationis. l.obligationum.§.placet.ff.de actio. & obliga. & tanto ſunt grauiora peccata.&c.dictum. ca. ſi.de conſued.concor.& huiuſmodi ius non potuit per Laicum præſcribi.

Quia Laici ſpiritualia præſcribere non poſſunt: ſicut nec conſuetudinem inducere.c. maſſana.de elec.etiam ſi non eſſet memoria de eius initio.vt not.Io.An.in c.2.de præben.per Inno. de conſue.ſub rubrica.& de præſcriptio, nihil.

Nec etiam obſtare videtur ſi dicatur, quod Papa non potuerit Clericum priuilegiare in Regis vel principis ſecularis præiudicium, cui in omnes antequam Chriſtus veniret iuriſdictio competebat: dicitur enim quod iſtud priuilegium & iſta libertas, vt iam ſupra deductum eſt: conceſſa eſt Clericis à Chriſto, in quẽ omne imperium fuit transfuſum tam in ſpiritualibus quam in temporalibus iuxta no.in ca. nouit.de iudi.& per Inno. in c. quod ſuper his. de voto & vo.redem.& de foro compe.c.licet. Et quia Clerici ſunt ſpirituales & ſpiritualibus Papa ſolum ſeu iudices Eccleſiaſtici ſe poſſunt intromittere, cum iſtud generale priuilegium à Deo datum ſit.

Quid

ADDE.

Hæc omnia argumenta, quod consuetudo non valeat, vt Clericus coram Seculari conueniatur, tradit ad longum Rota decis. 10. Tit. de Consuetud. in antiquis. Vbi improbat talem Anglicanam consuetudinem. Clarus idem in criminalibus. Matthæus Boyß D.

Quid autem de vxore Clerici, an gaudeat priuilegio fori. glo. in cap. eos. 32. dist. & 11. q. 1. in c. 2. tenet, quod sic; vide Ioan. And. & doct. in cap. vnico de Cle. coniu. libr. 6. sæpius alleg. & per Sicul. in c. nullus de foro compe. de familia an gaudeant priuilegio ipsius Clerici. glos. in prælleg. ca. eos quod sic vide Archi. in præall. cap. 2. 11. q. 1. & Sicul. in consil. suo 53. & in præalle. ca. nullus & Bal. & Sali. in l. 2. C. de Epis. & Cleri. 92. XX.

ADDE.

Priuilegium Clerico concessum pertinet ad vxorem leg. 2. C. de Episcop. & Cleric. Idem in Laici vxore, in priuilegio fori, in priuilegio arti concesso in priuilegio non soluendi gabellam, in saluo conductu, in immunitate vico concessa, in priuilegio ne torqueatur, ne testes viles & ignobiles contra eum admittantur. Hæc omnia vide per Tiraq. in legibus connub. gloss. 3. num. 52. Albericus in statutis quæst 114 lib. 1. Alciatus in l. 1. C. de in ius vocando. Afflictus in consued. Siciliæ tit. de pugnis sublatis nu. 11 de vxore & familia Clericorum. Vide extens. 2 & 3. in reg 2 infra.

Priuilegium domini an ad familiam extendatur, latè tradit Felinus in c. Nullus de foro competenti.

Vsus

Vsq, relictus meritò etiam competit vxori, & maritus stipulans pro se alimenta etiam vxori stipulatus censetur. Vide Pignolum ad sing. 353. Romani. Mattheus Boysſ D.

QVARTA QVAESTIO.

93. Quarto principaliter quæritur, nunqd saltē ex Ecclesiæ delegatione iudici Laico licitum sit de causis etiam criminalibus Clericorū cognoscere.

Et videtur primo quod sic per glos. 1. §. vers. 32. di. vbi Papa mandat Rudolpho & Bertulpho inter alia, quod officium symoniacorum & in fornicatione iacentium sciente nullo modo recipiant, & quantum possint tales à sanctis ministerijs, vbi oportuerit, prohibeant, arguit ex his dictam glo. quod Laicus de mandato superioris potest suspendere Clericos & excommunicare: quia excommuuicatiō est potius iurisdictionis quam ordinis: arg. ca. transmissam de ele. nam electioni possunt interesse. 43. di. c. Adrianus. & c. in synodo. & ar. 96. di. ca. bene quidem & c. nos ad fidem & causis matrimonialibus. 35. q. 5. c. ad sedem circa medium. & 2 q. 5. c. mennam. tamen Bar. brix. in præalle. §. verum. dicit hoc alienum à Laico, cum de spiritualibus se non intromittat, vt in ca. decernimus de iudi. immo vt ibi dicitur. prohibetur prælatis, vt talia Laicis non committant: tamen Dominus Papa, qui habet plenitudinem potestatis, eis bene posset committere, vt excommunicarent.

ij. Glo. verò in præalle. c. decernimus, super verbo præsumant, dicit quod Laicis delegari possunt

sunt causæ pecuniariæ, siue huiusmodi merè ciuiles, vt hic colligitur: & ita vidi aliàs seruari in curia Archiepiscopali Tholosæ: vbi notarij causarum ciuilium erant commissarij vsq; ad sententiam exclusiuè, secundum Stilum & statuta ipsius curiæ, quod tamen hodie sublatum est propter abusus & exactiones indebitas ipsorum notariorum, qui delationes immoderatas & superfluas, vt processum inculcarét, concedebant, & alia plurà faciebant stripta difficilia in Laicos, etiam de talibus causis ciuilibus potest compromitti. c. exposita de arb.

Papa verò & ciuiles, & criminales, & spirituales, potest delegare Laicò. art. in præalleg. §. verum. c. Mennam. & 63. di. in sinodo. & c. Adrianus. & 10. q. 3. c. illud idem. Henri. in c. at si Clerici dicéns Clericum posse distringi per iudicem sæcularem ex commissione siue ex delegatione Papæ, siue agatur criminaliter siue ciuiliter. ad hoc alleg. 22. di. c. ad hæc. & ibi not. Ioan. Hosti. Io. An. & Sicul. in ca. 2. de iudi. & Archi. c. ab arbitris. de offi. dele. libr. 6. Bal. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. Ioan. fa. in auth. statuimus. C. de Epi. & Cle. per Ioan. And. in ca. vnico de Cle. coniuga. lib. 6.

Sed contra videtur, quod nedum Episcopus possit, immò teneatur committere. 11. q. 1. ca. te quidam. glos. remittit ad nó. in ca. contingit de arbi. Sed ibi rectè non soluit, vt dicit Sicul. in præalleg. c. decernimus, in 1. colum. Sed secundum eum primo dicendum est, quod illud cap. loquitur de causis non spectantibus ad Ecclesiam, quas Episcopus debet Laicis dimittere. de iudi. c. nouit. & ita ibi glo. no. Vel dicendum se-

I cun-

cundū Io. An. post Tan. quod dictum. c. decreuimus loquitur secundum consuetudinem reprobatam. c. ad nostram de consue.

iiij. Et sic concludit idem Sicul. ex glo. prædicta quod causæ ciuiles Clericorum possunt Laicis delegari, sed non spirituales vel criminales. alleg. no. 96. di. c. bene quidem & 95. di. ca. peruenit. & præalleg. §. verum. qui dicit Episcopum non posse Laico demandare potestatem excommunicandi. Sed Papa sic: quod etiam hic tenent doc. & quæ possit Papa vel Episcopus delegare remittit ad glo. in præalle. c. peruenit. & Inno. & alios in c. quanto. de consue. vbi plenè Fran. limitat hoc dictum glo. quod Episcopus possit delegare Laicis causas ciuiles Clericorum quando Clerici non inueniuntur idonei: alias non alle. ca. relatum. ne Cle. vel mona. & de reli. do. ca. inter quatuor. quæ iura hoc non bene probant.

Vnde Ioan. de Ligna. Bal. & communiter do. moderni tenent oppositum dicentes, quod licet hoc sit æquum, non tamen necessarium maximè si committitur nudiis articulus. ar. eius quod no. glo. & Ancho. in c. statutum. §. 1. de rescrip. li. 6. in glo. in ver. Io. & Guill. in specu. de lega. §. fi. versi. quid si certus articulus. Non obstat. c. significasti. de foro comp. vbi patet quod
94. in iudicē Laicum Clericus consentire non potest, etiam cum licentia Episcopi. quia illud intelligitur quando Clericus vult iurisdictionē iudicis Laici prorogare: hic loquimur quando Episcopus vult delegare primum non potest, vt ibi, sed secundum sic. Et hæc est ratio diuersitatis, quia in prorogatione iudex indicaret iure

proprio: & si contingeret appellare ad superiorem ipsius Laici appellaretur; & sic Clericus iudicaretur à Laicò, sed in delegatione secus: quia dignitas vtitur iure & vice delegantis, & sic ista iurisdictio Ecclesiastica, cùm delegatus nihil habeat iure proprio, vt l.1.ff.de offic.eius cui man.est iurisdictio.& in c.p.& g.& c.sanè. de offi.dele.& ab isto appellare debet ad Episcopum delegantem.hæc sunt verba Sicul.in præalle.c.decernimus:ad quod c. vbi maius periculum.de ele.li.6.& Cle.ne Romani.de ele.supra vbi domini temporales possunt includere Cardinales pro electione summi Pontificis: & hoc faciunt ex Ecclesiæ commissione. Ex quibus talem elicio conclusionem:

CONCLVSIO NONA.

Laicò iudici de causis etiam criminalibus Clericorum & Ecclesiæ delegatione licitum est cognoscere.

Hinc est quod in præsenti regno ex priuilegio sine delegatione Papæ, iudices sæculares cognoscunt contra Clericos de portu armorũ. De offensa facta officiarijs officiando, quando iurisdictio regia vsurpatur, & de infractione saluagardiæ, & quibusdam alijs casibus quos dicunt esse priuilegiatos: eos tamen propterea corporaliter non puniunt, sed solum pecuniariter, & fortè executio huiusmodi pœnæ pecuniariæ poterit fieri in bonis immobilibus Clerici per ipsum iudicem secularem; vel distringendo fideiussores, quos Clericus dedit. C. qui accusa.non possunt.l.3. vij

Præterea quod Papa possit huiusmodi delegatio- viij

tionem facere probari videtur ex eo quod concludit Fran.de Zaba.in repetitione.c.perpendimus.de sen.exco.videlicet quod Papa potest etiam sine causa auferre priuilegium immunitatis personæ Clerici: quia illud concessum est Clerico.per ca. si quis suadente. sicque surgit à
45. iure positiuo.Papa autem tollere potest ius positiuum de concess.præbend. c.proposuit.quod tamen limitat,quo ad vnum vel plures Clericos in particulari.

ADDE.

Papa potest in aliqua caussa Clericum seculari iudici subÿcere. Menochius retinendæ remedio.3.n.400 citat Cassaneum in consuetudi. Burgundi. §.5.Rub.1.nu.48.Matthew Boyß D.

Sed non quo ad omnes Clericos, quia tunc secus cum illud esset immutare statum vniuersalis Ecclesiæ,quod Papa facere non potest sine causa, hic est sententia glosatoris.in ca.literas. de resti.spoli.in præalle c.proposuit.c. quæ ad perpetuam.25.q.1.§.his omnibus.8.q.1.not. Inno.in ca.quanto.de consue, & Specu.ti.delega. sub rubrica de dispensatione. §. nunc breuiter ad finem.Sed per sublationem huiusmodi priuilegij & eius obseruationem immutaretur generalis status Ecclesiæ.ergo &c.
46. viij. Insuper Papa statuere nō potest id,ex quo constat,vel saltem vehementer præsumitur statum Ecclesię perturbari.ista est sententia,glo. in ca. prin.4.q.3.& Inno.de sen.excommunic.c.inquisitioni. Et Papa non potest id facere per quod declaratur status Ecclesiæ vniuersalis.tex.not.

1.qu.

1.qu. 7. cap.& si illa, ex quo concludit Sicul.in alleg.cap proposuit Papam non posse sine causa dare potestatem alicui principi seculari vt possit iudicare inter Clericos:maximè cum,vt sæpe dictum est,priuilegium istud sit de iure diuino:idem voluit ipse Sicul.post Inno. in ca. 2. de maio.& obedi.

Dicit tamen Franc. in præalleg.ca.perpendimus.se putare,quod priuilegium dicti.c.si quis suadente ex causa per Papam tolli possit etiam quo ad omnes, cum sit de iure positiuo. ix.

Sed cum hoc sit arduum, debet hoc facere, cum consilio Cardinalium, per id quod dicit no.Ioan.mo.in c.super eo.de hære.lib.6.vbi dicit quod cętus Cardinalium est in possessione: vt Papa non faciat aliquid arduum sine eorum consilio. Decet enim,vt quod præcipit inferioribus prælatis de consilio capituli habendo de his quæ fi.à præal.ca.nouit.& ca.quanto & ipse in se obseruet ratione. l. digna vox.de legit. ad hoc.12.q 2.c.non liceat Papę:quia indecens quo ad minores reputatur, impossibile quo ad principem, & sic dicunt etiam theologi, indecens Deo est impossibile.Pau.de castro consilio 284. 3. colum. dicit quod licet consueuerit Papa omnia expedire de consilio Cardinalium, non tamen de necessitate tenetur, si non vult, quia non potest sibi dici,cur ita facis de pœni. disti. 3.§.ex persona,& ita not.dicit in ca.ad Apostolicæ de re iudi.lib.6.& in c.2. de Cle. non resid. de officio ordina.ca.quamuis per Archi.in glo. tria facit, & in c.fundamenta. de elec. libr.6.in glo.illa super verbo contigerit. & in extrauag. Ioan.22.quæ incipit execrabilis in glo. quæ in-

cipit scilicet Cardinalium.idem Bal. in prælu. feudorum fol. 3. 1. column. versi. aliqua colleg.10.

97. x. Nec obstat si dicatur,quod etiam cum consensu Cardinalium hoc non possit: quia, c. si quis suadente habet vim contractus vel quasi.Modo, vbi statutum transiuit in contractum,illud est irreuocabile.cap.nouit.de iudi.& ibi Innoc.& doct.Bart.in l.omnes populi.ff.de iusti, & iur. & l.penul.ff.de decr.ab ordi.faci.Sicul. in ca.in nostra de iniur.vbi dicit post Bart.quod si ciuitas statutum fecerit, quod quicunque venerit ad villam inhabitandam,ille sit immunis a gabella,non potest amplius statutum illud reuocari in præiudicium illorum qui iam venerunt quia iam transiuit in contractum seu quasi. & idem Inno.in præallegato.c.nouit dicens,quod licet Imperator reuocet legem, per quam concessum est priuilegium Ecclesiæ,non propterea censetur reuocatum priuilegium.

98. xj. Ad præmissa respondet ipse Franc.vbi supra, dicens,quod quandoque priuilegium conceditur in subditum ex dispositione legis vel statuti,& tunc potest tolli, sicut ipsa lex l. statutum pro hoc glo.& Inno.in prælle.c.in nostra. Dicit ibi Inno.quod statutum factum per communem,per quod se obligant singulares de vniuersitate potest tolli ab his qui regunt ciuitatem, per regulam primam de re.iur. quod est singulare,& probatur in di.c.in nostra secundum vnam lec.

xij. Bald.in l.qui se patris. C.vnde lib.7.colum. cir.med.dicit speciale in principe, vt possit suum priuilegium reuocare,etiamsi alteri sit ius

quæ-

quæsitum etiam sine causa vt l.qui fundos. C. de omni agro.desf.li.11.sed si non est priuilegiũ, scilicet conuentio, tunc non potest reuocare nisi secundum ipsius rei naturam, vt l.fundi de fundis patrim.C.eo,li. vnde si princeps recipit precium,significat venditionem, & si vteretur verbo,indulgemus,vel simili verbo,ita quod esset irreuocabilis contractus. & non priuilegiũ arg.de prædi.curia.l.fi.libr.10.& hoc tenet Nico. Matha. C. de Iustin. Cod. contra. Guiller. de Suza. qui dicebat, quod imperator non potest reuocare priuilegium antecessorum, nec proprium ex quo est efficaciter ius quæsitum, dicens quod per reuocationem fieret alijs iniuria:quæ maximè à prin. debet esse remota.ff.de vul.subst.ar.l.ex fa & ff.de aqua quoti.l.1.§.permittitur.& C.vnde vi.l.meminerint.Fa.quia licet Imperator habeat plenitudinẽ potestatis,& Deus sibi leges subiecerit,non tamen subiecit eidem contractus ex quibus obligatur,vt nota. traditur in l.digna vox.C.de legi.& dicit Bald. in titu.de natura feu.in princ.in vsi.feu. col.10. dicens insuper ibidem, quod Papa non potest supprimere dignitatem, donec superest persona quæ præest dignitati,nisi ex causa magna.

ADD.

Princeps an priuilegium suum datum reuocet, quando abijt in vim contractus. Item an successor predecessoris priuilegium vel contractum reuocet vel tollat. Gabrielius de iure quæsito non

non tollendo. In commun. opinio. egregiè explicent. Rebuffus in concordantijs Galliæ in rub. de collationibus, vbi refert 12. rationes, quare Princeps non posit contractū reuocare. Et quod successor ligetur prædecessoris contractu. Fallit in principe ex quatuor caussis, inter quas est, quod ex magna & iusta caussa publica reuocatio fieri posit: quas tradit Antonius Nicellus in concordantijs glossarum iuris ciuilis & Canonici, concordantia vltima. Vide Gabrielum latissimè in communib. opinionibus conclu. § 6.7. De iure quæsito non tollendo. Matthæus Boyss. Doctor.

Vnde dicit Ioan. Andr. quod Cælestinus frater Petr. de marone de mane faciebat gratiam, & vesperi auferebat, & alij conferebat: Vnde Cardinales, licet scirent quod Papatui renunciaret per fatuitatem, tamen quia erat vnum pecus libenter eius renunciationem acceptauerunt & creauerunt Bonifacium VIII. qui depingitur:

Vulpes in introitu, leo in accubitu, & canis in occasu suo.

De quo supra dictum est in 3. quæsito euidentiali in fine num. 59.

xij. Sed Nicolaus prædictus non credit illud dictum Guilher. de Suza esse verum, quia non facit iniuriam, cum nullo iure sit obligatus. concedens priuilegium hoc seruare: nam sicut lex potest reuocari, ita & rescriptum & statutum, vt patet C. de sacrosanct. Ecclesijs. authen. quas actiones nisi prætextu concessionis

con-

concedens aliquid sit lucratus, puta aliquam donationem vel factum quæ habeant perpetuam commensurationem cum re concessa, nam tunc non potest reuocare, quia committeret dolum, vt. ff. de dolo. l. si cum mihi. Vide tamen in contrarium quod notat Bart. in. l. si seruus. in prin. de condi. fur. & Bal. in. l. fi. C. de actio. empti & ven. & ibi Alex. de Imol.

Aliquando confertur priuilegium in non subditum, & tunc non potest tolli nec tollitur reuocata. l. vel statuto scilicet per quod fuit concessum, & sic loquitur Inno. in præalle. ca. nouit. Et est ratio, quia in non subditum non potest transire tanquam lex. ff. de iure. om. iudi. l. fi. & de consti. cap. 1. li. 6. transit ergo tanquam quasi contractus ex quo non subditus acceptauit instar donationis, sed contractus non potest dissolui sine consensu vtriusque contrahentium. ff. de pact. l ab emptione. de spon. ca. 1. & in. c. 1. de regu. iur. xiiij

Ad gloss. Inno. in. c. dilectus. de tempo. ord. dicit quod Episcopus non potest dispensare contra sua statuta, per quæ ius est acquisitum alteri, licet possit ea tollere, dicit idem Franc. quod debet intelligi secundum præmissa. Sed in eo quod dicit quod antequam sit alteri ius acquisitum, quod possit dispensare contra sua iura, & quod est fortius, secundum eum potest Papa mutando statum vniuersalis Ecclesiæ, quod vltimum multum repugnat supradictis.

Sed intellige quod Papa potest mutare statum Ecclesiæ, dum tamen non per omnia, sed oportet vt prædixi cum hoc sit arduum quod 99

cum consilio collegij Cardinalium, hoc faciat.gloss.verbo Inno.in.d.c.dilectus, intelligitur si alteri sit ius quæsitum,non potest conditor statuti vel canonis dispensare, id est, non potest facere sola voluntate,vt contrauenie ns non incidat in statutum, & hoc stante statuto, si contra statutum concedit Priuilegium & statutum disponit super eo quod non est prohibitum. & sic loquitur gloss. Innocent. in. cap. cum ad monasterium de statu regula. Et per hoc patet Papam tollere posse priuilegium: cap. si quis suadente. quo ad vnum vel plures Clericos,sed non quo ad omnes.

XV Quis autem Papa priuilegium fori non possit reuocare? pro hoc gloss.sæpius alle. in. cap.
100 si Imperator.96.di.& ita tenet Lud.in singula, vers.Papa.vers. quæro nunquid, & secundum eundem Francis. & Sicul. in locis prealle. & ex his quæ supradicta sunt,cum tale priuilegium sit de iure diuino, quod est ius non ceremoniale, sed morale, patet quod contra dictam legem diuinam Papa non dispensat, debet enim potius vsque ad animam & sanguinem defendere. 25. quæstion. 1. cap. sunt quædam,& quod ibi exponit Lau. id est vsque ad omnes conatus,pro hoc.e.cap.& quæstion.ca, quæ ad perpetuam,& quod no. de consue. ca. per eundem Fran.

ADDE,

An Papa possit priuilegium fori reuocare,negat id Romanus sing.419 Sed an potest Papa vbi nota quod Gab. Sar. in Additionibus duas regulas constituat quando Clericus coram sæculari conueniri possit

posit in Ciuili vel criminali causa. cum limitationibus. 32. quas ex ordine desumpsit ex hoc authore, ex regul. 2. Matthaeus Boyß Doct.

Nam sicut dictum est non potest Papa dispensare, in eo propter quod decoloraretur status vniuersalis Ecclesi. vt in. c. & si illa. 1. quaest. 7. quod est verum si ex toto vellet mutare, quod non posset etiam cum consilio Cardinalium, nam hoc faciendo conuinceretur errare, vt dicto. c. sunt quidam in fi. vbi optime probatur. Sed quo ad vnum vel aliquos Clericos in particulari, bene potest. 34. di. cap. lector, & quod not. Archi. in. d. cap. sunt quaedam. pro hoc. ca. 1. de vit. & hon. cle. li. 6. quod no. Inno. in. cap. inquisitionem de sent. excom. vbi dicit Papae non esse obediendum, quando vehementer praesumitur ex praecepto perturbari statum Ecclesiae de quo per Ludo. consilio. 480. & idem tenet Sicul. in praalleg. cap. inquisitionem.

Resolutiuè idem Fran. concludit ad quaestionem an, & quando priuilegium alicui concessum tolli possit seu remoueri. ꝙ quandoq; quaeritur de priuilegio quod est de iure diuino, aliquādo de priuilegio quod est de iure positiuo, De primo dicit quod aut is qui vult eū tollere vel reuocare, est inferior à Papa & indistincte non potest, solus enim Papa est Dei vicarius in terris. de transla. c. 1. quia solus vocatus est in plenitudinem potestatis. ca. ad honorem. de vsu pallij. Aut est Papa. Et dic quod aut vult tollere ex toto, & non potest. Aut in parte & potest. ideo quia quando in parte, hoc est potius interpretari, quam tollere, ꝙ potest 101 xvj

sic enim

sic enim interpretantur illa verba, In ore duorum vel trium,&c.de testim.cap.in omni negotio.

ADDE

An priuilegium alicui concessum tolli posset per principem vide Portium in commu. opinionibus li. 5. conclus. 19 & eo Cottam in verbo princeps. in memorabilibus, Gabrielium in commu.opin. conclus. 5.6.7. de iure quaesito non tollendo. Antonium Nicellum in concordan. vlt.glossarum iuris ciuilis & canoni. Et Tiraquell.de panis mitigan. in proemio.Matth.Boyss.Doct.

De secundo quando priuilegium est de iure positiuo, dic quod aut fuit concessum non subdito, aut subdito primo casu. Aut non est ab eo acceptatum, aut sic. Si non, potest tolli libera voluntate concedentis, quia potest pænitere re integra, ex quo de nullius agitur præiudicio, vt in regula iuris, quod semel placuit. de regu. iuris. lib.6. Si autem fuit ab eo acceptatum, non potest tolli per gloss. Inno. in præalle, ca.nouit. quod ibidem approbat Sicul. dicens, quod habet suam vim in continenti, cum peruenerit in noticiam priuilegiati vt in.ca.1. §.ex parte.de concef. præben. lib. 6. & sic non potest amplius reuocari, cum sit ius quæsitum & concedens non est dominus superior, idem tenet Archi.in ca.quicunque.11.quæst.1.argu. in.l.perfecta.C.de donat. quæ sub mo.vbi donatio semel perfecta non reuocatur, & Ioan. An.in.c.constitutus.de rel.do.idem tenet Pau. consi.285.2.col.idem Sicul.consi.suo 41.3. col. cir.fi.

cir.fi.Idem Ho.in sum.in ti. de priui.§. qualiter. ver.quid si ille.Spe.in ti.de instrum.edi.§. nunc autem.ver.quid si Imperator.Io.Fa.insti de iure natu.§. sed naturalia per Bal. in tit. de natura.feu.col.10.facit quod no.Bar.in l.pe.ff. de decre.ab or faciem.

Si autem priuilegium fuit concessum subdito,aut quæritur, an possit tolli quo ad effectũ consummatum, aut quo ad non consummatũ Primo casu aut per consummationem sortitur naturam eorum quæ sunt de iure naturali vel gentiũ. Aut remansit in sua natura.Primo casu non potest tolli etiam à Principe sine causa,sic etiam non tollitur ius gentium de consti.cap.quæ in Ecclesiarum per inno. & Sicul. vt si per priuilegium cõcedatur dominium alicuius rei, tale non potest reuocari: sicut nec dominiũ sine causa tolli nequibit vt not.in dicto.c. quæ in Ecclesiarum. & in locis alle. Cy. Bar.Bal.& Sal.in.l.fi.C.si cont.ius,vel vlt.pub.

Si autem priuilegium remansit in sua natura iuris positiui,vt circa priuilegium fiat limitatio, dic quod aut quæritur de principe, aut de inferioribus.Si de Principe aut de imperatore, aut de Papa. si de Imperatore,dici posset quod in spiritualibus nõ potest intromittere. de consti.ca.Ecclesia sanctæ Mariæ.Sed in temporalibus sic.

Dic tamen melius quod in his quæ cadunt sub potestatẽ imperatoris eadem iuris dispositio locum habet quæ in Papa.idem Ab.Sicul. in.c.quæ in Ecclesiarũ allegato. De Papa verò dicit idem Franc.vbi. supr. quod aut vult tollere in totum,aut in parte.Si in totum,aut per

hoc

hoc mutatur status vniuersalis Ecclesiæ,& nõ potest etiam cum Cardinalibus. Aut non ex toto,& potest cum consilio Cardinalium, si est
xvj. quid arduum, alias solus potest. Si autem in parte, & tunc solus Papa potest. sic etiam potest illegitimum legitimum facere, & econtra de cleri. coniuga. olim. Si de inferioribus dicit quod non possunt per. gloss. Inno. in. cap. dilectus. de tempo. ordi. Si verò quæritur quo ad effectum non consummatum. dic quod libera voluntate disponentis tolli potest, sic loquitur. c. in nostra. de iniurijs & gloss. ibi & sic potest intelligi gloss. Innò. in præallega. cap. cum ad monasterium secundum. Fran.

Ex his igitur patet euidenter quod ex quo Papa in parte tollere potest priuilegium fori. & c. si quis suadente, à fortiori poterit causas, ciuiles & criminales Clericorum sæcularibus Iudicibus delegare, tunc enim cognoscent auctoritate delegantis, cuius iure fungũtur, non iure proprio. Et ita etiã tenet idẽ Fran. in præallega. ca. perpendimus, in distinctione quam facit ad quæstionem an, & quando Clericus possit à Laico Iudice iudicari, ita quod iudicans Ecclesiasticam libertatem non dicatur violare.

QVINTA QVÆSTIO.

162 Quinto principaliter quæritur, an Episcopus vel alius Iudex Ecclesiasticus laicũ purum capere possit & carcerare pro crimine Ecclesiastico.

Et

ET videtur primo quod non, quia iurisdictiones sunt distinctæ.96.di.ca. cum ad verum.de iudi.ca.nouit in principio ad hoc. cap.cum Episcopus.de offi.ordi. lib. 6. Vbi de libero Arbitrio super exercitio iurisdictionis loquitur generaliter cum descendit ad capturas personarum, se restrinxit ad personas Ecclesiasticas,ad idem.c.quamuis de pœnis. lib. 6.de senten.excom.cap.vt fame. de verb.signi. cap.nouimus.pro hoc etiam.l.placet.C. de sacrosan.Eccles. vbi Episcopus excommunicat sacrilegum. vbi iudex laicus deportauit,vt in authen. de man.principum.§. si vero.col.3.vbi innuitur,quod præses cum Episcopo cognoscere debeat.& sic non solum Episcopus. Itém in his casibus Episcopus debet vti censura Ecclesiastica.ca.Cum laicus. de fo.compe.lib.6.vbi loquitur de periurio, quod est crimen Ecclesiasticum.

Et pro hac parte facit stilus curiæ parlamenti,sub rubrica,quorũ cognitio specialiter pertinet ad regẽ,vbi dicitur,quod iudex spiritualis non potest arrestare vel capere laicũ delinquentem infra suam iurisdictionem,spiritualem,vel infra locũ iurisdictionis vel vbi ipsam exercet; sed procedat contra eos monendo vel excõmunicando, hoc verum nisi mortem vel aliud crimen detestabile commisisset, vt ibidẽ tenet Deci. Capelle. quæstione.340.secundum ordinem meum.

In contrarium facit quia qualitas delicti fecit illum de foro Ecclesiæ.C. de Epis. & Cleri. authen.item nulla.& ibi no.de foro compe. c. cum sit generale, & cap.ex tenore, præterea.c.

1.de

1.de offi.ordin.non distinguit inter Clericos & laicos sed dicit indistincte, quod potest vlcisci adulteria & similia,& si opus fuerit brachiũ inuocare sæculare &c.quasi dicãt,quando im-
ij. pediretur tunc inuocet auxilium iudicis sæcularis alias ipse faciat,& videtur tex. in authen. causaque, cum monacho in fi. C. de Episcop. & Cle.ad idem fa.ca.felicis de pe.lib.6. vbi in illo tam graui sacrilegio reseruatur iudicibus sæcularibus pænarum temporalium impositio,non detracto,illi superioritati,& supremę potestati,quam Papa habet supra Imperium, de quo in.cap.nouit.supr.de iudi.& in ca.causam.qui filij sint legitimi.

Præmissis non obstantibus communiter tenetur Prælatos inferiores potestatem de qua quæritur,in laicos non habere, præterquam in crimine hæresis.de quo non dubitatur,vt patet in.c.vt commissi de hæreticis libro 6. & apertius in Cler.1.infr.eo.titu.secundum Io. An.in not.per eum,in Specul.super.tit.de.offi. ordi. & illæ fuerunt rationes Oldra.vt patet in consilio suo 86.

Petrus de Ancha.in c.ea quæ , de regulis iuris lib. 6.dicit se non bene capere de quibus Prælatis inferioribus sentiat Io. Andr. & An. per illa verba, Inferiores Prælatos &c. intelligat,etiam de Episcopis, Et ideo dicit se credere quod pro Ecclesiasticis criminibus,vel alijs causis laicorum quæ agitantur coram Iudice Ecclesiastico,non possit ipse iudex Ecclesiasticus capere vel exequi laicos capiendo personas ipsorum.

Mouetur primo per ea quæ notat Io.An.in capi.

capi. si significasti. de offi. dele. in nouella. in illa quæstione, vtrû iudex Ecclesiasticus possit dare possessionem rerum sæcularium. firmat post Hosti. quod licet de istis possessionibus 103 quandoque cognoscat, vt de dote & similibus vt. c. 3. de dona. inter virum & vxorem, tamen non potest per se dare possessionem, sed ad ordinarium sæcularem recurret. qui si. sint legit. cap. causam. 2. ii. quæsti. 1. c. de persona 96. di. c. cum ad verum. alle. Hosti. c. postulasti. de foro compe. vbi executio realis debet fieri per iudicē territorij, in quo sita est possessio. licet alius sententiam tulerit. Et si hoc est in rebus, multo fortius in personis videtur prohibita captura.

Item licet in certis casibus iudex Ecclesiasticus habeat iurisdictionem in personis & caussis laicorum, de quo late per Sicul. in præalle. c. cum sit generale. Non sequitur: ergo habet actualem executionem. hæc enim non conceditur, nisi in subditos & in suo territorio. vt. c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. & l. cum vnus. §. is qui. ff. de bō. autor. iudi. possi. iij.

Laicus autem licet ratione causæ sortiatur forum Epis. nō tamen per hoc dici potest subditus, vt dicit gloss. in simili. in clem. 1. infra de fo. compe. & in multis similibus casibus hoc contingit, quod iura dent alicui potestatem cognoscendi, sed non actualiter exequendi. vt in. l. à Diuo Pio. in prin. ff. de re iudi. & l. 4. ff. de dam. infect. 104 iiij.

Præterea licet territorium & diœcesis repræsententur in eodem situ, loco, siue subiecto, tamen territorium dici potest quo ad lai- v.

cos & ipsorum possessiones & bona, quo verbo ad Clericos, Ecalesias, & eorum bona potest dici Diœcesis, fa. cle. ne Romani de elect. Licet ergo quandoq; ratione casuum emergentium Iudex Ecclesiasticus cognoscat inter laicos & de bonis ipsorum : & è conuerso iudex laicus de causis Clericorum; tamen executio actualis suo videtur iudici reseruanda, hoc est illi qui habet personam subditam, & bona in suo territorio . & hoc faterentur canonistæ de leui & è conuer . videlicet quod iudex laicus cognoscit de causa Clericali vel de rebus suis , tamen coercere personas Ecclesiasticas vel ipsorum bona per executionem realem nisi de mandato episcopi non posset, vt.c. vt fame. de sen. excom.

Fa. quod no. præallegat. cap. postulasti in nouella, vtatur ergo eodem iure Episcopus in laicis & in bonis ipsorum, sicut vellet vti laicum in personis & bonis Clericorum, argum. ff. quod quisque iuris. cap. cum omnes, de consti.

vj. Non obstat ratio super qua fundatur opinio contraria scilic. quod ex quo habet Episc. potestatem cognoscendi de possessionibus laicorum: ergo debet habere potestatem exequẽdi. Nam ista consequentia non est bona cum quis cognoscit inter non subditos vel de bonis non territorij, vt patet in dicto. §. contrahentes

Nec ob. auten. causa. quæ cum monacho, in fine. C. de Episc. & Cleri. vbi datur potestas Episcopo detrudendi laicum in carcerem : quia dicam ibi speciale sicut in hæresi dictum est.

Nec ob. etiam in cap. 1. de Offi. ordi. quia fa. pro.

pro. dum subdit secundum quod canones censent: canones autem de huiusmodi captura laicorum vel executione in rebus laicalibus non expresse loquitur, sed de censura de ver. signifi. c. quærenti.

Non debemus ergo absque canonibus hoc firmare, quia erubescimus, &c. l. Illam. C. de colla. & in authen de triente & semisse. §. considerēmus col. 3. & quod non est patrum decreto sancitum, &c. cap. inter corporalia de transla. vij.

Dominicus in. c. prælle. cum Episcopus, refert Io. de immol. hanc partem tenuisse ac dixisse, quod hæc fuit ratio, quia Papa noluit tātam Episcopis potestatem concedere, ne iurisditionem vsurparent. & pro hoc dictum Inno in prælleg. ca. significasti, vt dicit, quod si est fienda executio in bonis laici, etiam eo casu quo Episcopus habet iurisdictionē in laicum, fiet executio per iudicem sæcularem, eidem tamē Dominico, vt ibidem dicit, nunquam placuit ista opi. quia primo habemus tex. quod in hæresi Episcopus capit laicum. vt clare probatur per iura superius alleg. viij.

Item habemus tex. quod Epis. habet laicum carcerare pro crimine, quando committit crimen sortilegij, vt est tex. & gloss. 26. quæst. 5. cō tra idolorum, & illud tenet ibi glos. quæ dicit, ꝙ pro crimine Ecclesiastico potest Episcopus Reos carcerare. & loquitur text. de carceratione laicorum. 10

Nec ob. si dicas ꝙ istud sit crimen hæresis, & sic non differat à primo casu, differentia enim ix.

est inter Hæreticum & Sortilegũ, vt satis probat diuersitas rubricarum. de hære. & de sortile. Præterea tex. habemus quod Episcopus Sacrilegum carcerat, vt patet 17. quæst. 4. cap. attendendum.

x. Nec ob. si dicatur quod ille tex. non loquitur specificè de laicis, quia dico quod loquitur indefinitè, contra Sacrilegos, ergo indefinite debet intelligi. c. si Romanorum 14. di. quia Iudex Ecclesiasticus est Iudex competens contra laicum Sacrilegum, vt in di. ca. cum sit generale. & c. conquestus. de fo. compe. ergo intelligitur contra quoscunque sacrilegos suæ potestati subiectos.

107 xj. Item Episcopus carcerat Laicum pro crimine stupri: vt patet de adul. ca. 2. quod ca. loquitur de Laico, quod patet: quia dicit quod ille erat pœna legis ciuilis plectendus: ergo sequitur quod Laicus erat, quia Clerici non puniuntur pœnis legalibus. vt no. Inno. isto ti. in c. ad reprimendam. insuper probat illum esse laicum, quia primo vult, quod contrahat matrimonium cum illa. ad quod bene fa. quod dicit Bal. in l. 1. C. de sum. tri. 6. col. in ver. modo circa hoc. ex his igitur satis videretur elici ac de iure probabiliter sustineri tali conclus.

DECIMA CONCLVSIO.

Laicum purum pro crimine Ecclesiastico iudici Ecclesiastico capere de iure licitum esse videtur.

Nec

NEC videtur bona responsio, quod sit speciale n his casib. quia qui hoc dicit, debet allegare causam specialitatis, immo non carcerantur his casibus, quia sunt laici subiecti Ecclesiast. Et tex. alle. contrarium facilis est responsio, quia illi omnes text. inducuntur sumpto. ar. contrario ex quo imprimitur de captura. videtur quod non possit. Sed dico quod ar. illud non procedit, vbi contrarium reperitur statutum à iure. no. gl. in. c. 2. & in c. significasti de foro compe. non enim sequitur, Episcopus excommunicat laicum: ergo nõ potest capere: quia istud vltimum non negat tex. expresse. vnde seruari vide in præsenti Ciuitate, quod vbi laici meri falsum testimonium coram officiali deponunt, capiuntur per eum, & ad scalam ponuntur. & ita determinantur in quæstionibus Capellæ deci. 378. sed in alijs criminib. Ecclesiasticis, exceptis supra dictis, forte non admitterent Officiciarij temporales. xij.

SEXTA QVAESTIO.

Ex præmissis inferitur ad solutionẽ quęstionis, nũquid Episcopus pœnam pecuniariam laico sibi temporaliter non subiecto possit imponere. 108

IO. An. post Host. in. c. 1. de homici. li. 6. tenet quod non, sed eam debet intelligi facere per Iudicem sæcularem, alle. 2. de maledi. & ca. postulasti de iude. & c. cum secundum. l. de hære. lib. 6. & idem videtur voluisse Dominicus in præalle. c. 1. de homicidio.

Contrarium tamen tenet Sicul.in.cap.licet & c.ad aures,de pœnis.dicens qüod ex quo est casus in quo iudex Ecclesiasticus vendicat sibi iurisdictionem in laicos, non apparet ratio quare in casibus prædictis non possit sibi imponere pœnam pecuniariam, & ita seruatur quotidie in Curia Archiepiscopali Thosoſæ. ad quod text.in 16.quæstion.1.c.statuimus. & 7.quæstion.4.cap.quisquis. & in præallegat. cap. ad aures vbi dicit quod propter sacrilegium potest iudex Ecclesiasticus imponere laico pœnam temporalem, vnde ibidem priuat eum dominio temporali vtili quæsito ex contractu. eodem modo aliam posset imponere pœnam temporalem allegat.cap.prædi.quisquis sicque optime facit ille.text.quod licet Ecclesiasticus iudex non habeat iurisditionem temporalem in laicum, si tamen delictum de quo cognoscit,est Ecclesiasticum,potest eum delinquentem punire,etiam temporaliter.Idem no,idem Sicu.in.c,inquibusdam de pœnis.

Item in.c.Adrianus.in.2.43. distin.in fi.imponit contra laicum pœna confiscationis bonorum,& quandoque deponuntur laici à dignitatibus.32.quæst.5.ca.præceptum.fa. quod debent Inno.& Sicul.in.c. si Clericus de foro compe.Bal.in marga.ver.laicus.& ver. Cleri. vocet quod pro criminibus Ecclesiasticis potest laicus coram Ecclesiastico iudice conueniri.Inno.& Sicul.in.c. dilectus.in vlt. etiam dicunt quod laicus inspiritualibus, vel quasi debet Papæ respondere. vnde si laicus Clericum offendat,ex hoc sortitur forum Ecclesiasticum.

ſticum. in authen. Idem nulla. C. de Epiſco. & Cle. & cap. cum ſit de fo. compe. Bar. in. l. cunctos. C. de ſum. trin. 8. quæſt. Ad iura pro contrario allē. reſpondet ipſe. Sicul. id fieri pro faciliori executioue.

Zenzel. vt refert hic Fran. & Io. de imo. dicunt quod iudex Eccleſiaſt. poteſt corrigere exceſſus laicorum in criminib. eccleſiaſticis, dũtaxat quo ad pœnam ſpiritualem, & ſic intelligunt Inno. in. c. nos inter de purga. c. aliàs fruſtrà videretur cõmiſſus gladius dominio temporali, ſi talem imponerent prælati. tota nãq; iuriſditio ad Eccleſiam deuolueret.

Nota iterum de Petro Ferrà. & vide ſup. num. 59. Matth. Boyß Doct.

Vnde dicit Io. Pe. de Ferra. in titu. de forma reſpon. rei conuenti in gl. tanquam, Heu miſeri Imperatores & ſæculares principes, qui hæc & alia ſuſtinetis, & vos ſeruos Eccleſiæ facitis, & mundũ infinitis modis per Clericos vſurpari videtis, nec de remedio cogitatis: quia prudentiæ & ſcientiæ non intenditis, Ideo attendite & memoriæ commendate, quid dicat Hieronym. Veteres ſcrutans hiſtorias inuenire non poſſum ſcidiſſe eccleſiam, & de domo domini populos ſeduxiſſe, præter eos, qui ſacerdotes à domino poſiti fuerant, iſti vero vertuntur in laqueum tortuoſum in omnibus locis ponentes ſcandalum in. c. transferunt. §. alias eſt, ver. idem veteres. 24. quæſt. 3.

Quod aũt dictũ eſt ꝑ Imol. ſup. fallit ratione pacis vel iuramenti vel alterius qualitatis cri-

minis, in quo sit speciale vt Ecclesia cognoscat: vel quando deficit legis subsidium, de alijs autem criminibus quã Ecclesiast benè potest Iudex Ecclesiast. laicos corrigere quo ad pœnam spiritualem, quia de quolibet peccato, &c. ca. nouit de iudi. & ita videntur tenere Hosti. & post eũ Sicul. in praeall. c. nos inter, & sic potest etiam intelligi dictum Archi. in. c. non est, de consilijs in gloss. Episc. & Io. An. & Dominicus post eum tenet, quod indistinctè Episc. cor. excessus laicorum, pro hoc quod no. de Offi. ca. 1. in glo. canones, dicunt, quod tenet etiã Mathe. in pręsenti cle. Relatus à Fran. qui etiam refert Aluaro, ita tenuisse per. c. illi qui. 5. q. 6.

VNDECIMA CONCLVSIO.

Crederem opi. Sicul, de qua suprà, esse tenẽdam, quam approbat practica, videlicet quod laicum Ecclesiae temporaliter non subiectum
119 potest iudex Ecclesiast. pecuniaria pœna licitè punire, quod intelligo in casib. in quib. iudex Ecclesiast. sibi vendicat in laicos iurisditionẽ. de quibus per Sicul. in c. cum sit generale de foro compe. & Pe. de Ancha, in c. ea quae à q. 8. vsq; ad 12. In ciuili autem causa secus, quia non poterit coram iudice Ecclesiastico laicus conueniri. nisi in. 15. casibus positis per eundem Sicu. in. c. licet, ex suscepto. de foro compe.

Vtrum autem iudex Ecclesiast. tutorem dare possit & vtrum laicum, vide Ioan. Fa. insti. de Attili. tu. in gloss. scilicet eum qui per Bart. in. l. 1. §. magistratibus. ff. de magi. conue. glo. & Domi. in c. fi. de iudi.

Quae-

SEPTIMA QVAESTIO.

Quærunt hic insuper docto. quia iste tex. dicit Clericos esse compescendos à suis criminibus, qua pœna hoc faciet.

Paulus hic relatus à Franc. dicit, quod per depositionem si sunt multum enormia, cum in talibus non dispenset Episcopus, vt no. Inno. ca. 1. de corpo. 6. & Spe. ti. 1. §. nunc de episcoporum, vers. 10 de quo per Paulum de Castro consi. 69.

ADDE.

Clericus pro nullo crimine deponi potest, nesi de iure id sit expressum. Decius in cap. At si Clerici de iudicijs, elegans textus in ca. Tua de pœnis ibi permagnis sceleribus. abbas in cap. final. de celeb. missorum, vide Bernardinum, Dias in praxi canonica. cap. 138. Potest etiam Clericus in exilium mitti, vt per hoc tollatur occasio delinquendi. Loci enim mutatio mutat plerunq; mentis affectum, & locus vbi quisq; prauè vixit, suggerit sæpe menti, quid ibi gesserit textus pulcherrimus in cap. Valet. 81. distinctio. Dias in praxi criminali ca. 137. Mattheus Boyß Doctor.

In alijs autem casibus, an iudex Ecclesiast. possit imponere pęnā pecuniariam. Dic post Sicul. in c. licet. de pœnis quod aut quęritur nunquid iudex Ecclesiasticus possit imponere pœnam pecuniariam mulctando, aut pœnam diffinitiuè imponendo.

Primo casu dicendum est quod sic, si illa magis timetur:ar.in c.de cau.de offic.de le.& in l. vnica. si quis ius dicen.non obtemperauerit. & no.Io.An.post Hosti.in prealle. ca.de homici. li.6.& sentit glo.in praelleg.cap. licet de pen. quia poena non est certa pro contumacia arcenda. Vnde potest imponere, prout sibi videtur: vt in dicto c.de causis.no.in l.1.C. de mo. mulcta.& in l.& in militis.C.de appel. & in di. l.1. si quis ius dicenti. & in l. aliud est, & in l.si qua poena.ff.de verb.sign.quae mulcta inopiae causa remitti poterit secundum Bar.in l.1.alle.per l. illicitas.in fi.ff.de offic.praesi.& Bart.in 2.C.de sen. & interlo. om.iudic.nec exigi potest,licet postea factus sit locuples,vt ibi & Ioa.Andr.& Fran.in ca.auctoritate de instit.licet secus sit in poena secundum Bart.vbi supra.& Bald in l.acceptam.24.q.C.de vsuris & hanc mulctam potest Officialis deputare pro fabrica palacij secundum Bartol.in l. mulctarum. C. de mo. mulcta.

j. Secundo casu principali quando vult imponere diffiniendo, aut subest statutum siue consuetudo, vt pro quolibet delicto imponatur poena pecuniaria & non valet, quia ex illo insurgit dissolutio. nullā enim delinquens pertimescit culpam quam sperat nummis redimere:vt dicit tex.in c.pauper.11.q.3. & hoc tenuerunt Io An.& Hosti.in c.fi.de consti.& in ca.2. de delic.pue.

Aut subest statutum quod vltra poenam iuris imponatur poena pecuniaria.& valet,dummodo non procedat ex cupiditatis radice: potest enim Episcopus canonem adiuuando, nouam

uam pœnam imponere, vt Cle. ne Romani de elec.& Ioan.Andr.in cap.final.de offic.Archiepisc.

Aut non subest statutum seu consuetudo, & tunc aut extra iudicium prælatus vult exigere pecuniam pro delicto,& non potest:quia certi sunt modi in iure statuti procedendi contra delinquentes.& ita fortè faciebant Archidiaconi in præalle.ca.licet. quia extra iudicium & sine causæ cognitione exigebant pecuniam pro delicto commisso,sustinebit criminosos in delictis recepta pecunia.

Aut vult iudex procedere iudicialiter;& tũc si certa pœna non est imposita,potest pecuniatiam pœnam imponere, si illa magis timetur: vt in glo.dicti c.licet. Si verò est certa pœna statuta,& tunc si cum causæ cognitione velit illā temperare pronunciando,potest per iura superius alleg.de quo per Bart.in l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& per Salice.in l.& si seuerior.C.de infa.per Ioan. fa. instit. de pœna te.liti in prin.

Nam hoc videtur concessum cuicunque iudici cognoscenti de crimine, vt ex causa possit temperare pœnam:de quo per Ludo.consi.suo 429.Sed illud verum dum pronũciat:quia postquam pronunciauerit, hoc non potest,vt 2.q.3. §.notandum.& in l.1 ff.ad turpil.nisi possit super tali crimine dispensare,vt in d.c.at si Clerici.nec in talibus valet compostio, quoniam Episcopus inquirat no.5.q.4.c.si primates secundum Io.de Imo.hic post Paul.vnde etiam Pau. de castro.in præalleg.consil.119.vbi per eum an Officialis pœnam depositionis vel priuationis bene- ij.

beneficiorum possit in pœnam pecuniariam commutare.

ADDE.

Iudex ex iusta caussa temperat pœnam. Minsing obs.30 cent.2 & obseruat. 54. Viuius in comm. opinio. verbo Iudex vbicunq; 165. Sed causa exprimenda est. Vide Menoch.in arbitrarijs quæst. 84. & 96. Kirchouius in commu.opin.verbo Iudex. Viuius supra exprimit caussas mutationis pœnæ. Idem Tiaquellus latißimè in suo tract.de pœnis.

Postquam verò Iudex sententiam tulerit, iam amplius neq; pœnam, neq; infamiam remittere vel mutare potest inscio Principe, cui id solum debetur, imò nec iudex pœnam mutare posset etiam ratione innocentiæ postea repertæ. eleganter hæc D. Marquardus Freherus in doctißimo suo tractatu de existimatione lib.3.cap 7.nu.final. cui illud addendũ, quod si quis in exilium sit missus, solus Princeps & non alius licentiam dat reuertendi. Bart.in l. Relegandi de pœnis. vbi addit quemlibet etiam iudicem hanc licentiam ex iusta caussa dare posse. Vide practicam Bernardi Dias cap. 137. Matthæus Boyß Doctor.

112. Cui autem applicetur huiusmodi pœna pecuniaria. vide Barto. in l. agraria. ff. de ter. mo. per Imol. in rubrica. de publi. iudi. per Sicul. in rubrica de iudi. Angel. in l. si quod. ff. de iuris. om. iudi. Bald. & docto. in l. si Ecclesia. C. de Epis. & Cleri. latè per Salice. in dicta l. mulctarum.

Aduerte tamen, quod vbi in iure pœna non est expressa, consuetudinaria debet imponi, & si ex-

si excedit consuetam pœnam, dicitur excedere modum. ad quod tex. iuncta glo. in l. hodie. ff. de pœnis, & in præalleg. l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. pœna enim apponi consueta dicitur ordinaria. Bart. in l. fi. n. ff. de priua. delic. Sed consuetudine cessante venit arbitraria. secundum Sicul. in præalleg. ca. licet.

Adde.

De pœna commutatione in corporalem latissimè Menochius casu arb. 447 Matthews Boyß D.

Ex præmissis itaque concludi potest, quod in non enormibus excessibus potest prælatus compescere per pœnam pecuniariam, vt not. 18. distin. c. quoniam. 23. distin. c. quanquam 23. q. 5. ca. circumcelliones. vbi patet, quod etiam potest verberibus subijcere. ad hoc præalle. ca. licet. 45. distin. c. cum beatus. 23. q. 5. ca. si vos. 5. qu. 1. cap. 1. potest etiam in exilium mittere de iudi. ca. cum non ab homine. de calum. cap. 1. in fin. l. distin. cap. accedens. de pœnis. cap. felicis lib. 6.

Adde.

De fustigatione & verberatione Clericorum tradit Bernardus Dias in praxi canonica. cap. 136. de verberatione, vbi Ignatius Lopes, addit ex practica Milet & Iulio Claro qu 70. num. 2 in criminal. in Francia. & in Dominio Mediolanensi, hodie non amplius verberari nec fustigari Clericos. quod etiam in exilium mitti possint, ibidem tradit Dias cap. 137. Matthews Boyß D.

Veruntamen no. Sicu. in cap. irrefragabili. §. cæte-

cæterum de offi.ordina.quod prælati. de facli in correctione excessuum non debent imponere pœnam pecuniariam. Oritur enim ex hoc contra eos præsumptio, quod correctioné faciant, non propter Deum, sed propter quęstũ pecuniæ.

iij. Nec etiam istam pœnam pecuniariam conuertere debent in vtilitatem propriam, sed in pios vsus, nisi euidenter indigeant, & si intelligitur.cap.dilectus.eod.tit.idem Bald.in l.2.in princi. C. de Episco.audien.& in authen. bona damnatorum. C. de bonis præscript. vbi dicit quod Episcopus deberet applicare pœnas fisco Romanæ Ecclesiæ: quia sicut voluit idem Bald. super rubrica. C. de priuileg. fisci. Episcopus non habet fiscum, de consuetudine tamen seruatur contrarium fa. quod in simili not. in l.3. C. de modo mulct. ubi dicitur quod iudex pecuniariam pœnam potest applicare ad opera publica, puta refectionem murorum, pontium & similium. & si specialiter non deputat ad opera publica, sed simpliciter mulctat seu condemnat, commodum applicatur fisco & non iudici. ita not. dicit illa l. vide ad materiá quod not. Iohan. And. post Hostien. in alleg. cap. 1. de homi. li. 6. vbi dicit, quod Prælatus potest mulctare & disponere, vt præmissum est, & vide per Sicul. in præall. c. licet, de pœnis.

OCTAVA QVAESTIO.

Occasione præmissorum quæritur, an Clericus pro quolibet graui crimine veniat deponendus.

Et

ET videtur primò quod non, quia si rectè pôderetur tex. in cap. tuæ. de pœnis, non est de mente ipsius, vt pro quolibet graui crimine mortali quis Veniat deponendus, nisi sit magnum: imò nec beneficio debet priuari, nisi crimen sit graue. ita dicitur not. in ca. inuẽtum. 16. q. 7. dic post Sicul. in præall. c. tuæ quod in varijs iuris partibus disputatur, quæ sunt grauia delicta. de quo in l. 1. C. de requir. re. & in l. ad ea. ff. de regul. iur. Bart. plenius in l. non solum. de iniur. & l. leuia. ff. de accusa. & l. aut facta. ff. de pen. & glos. in l. auxilium. ff. de mino.

Adde.

De depositione vide latissimè Menochium casu arbit. 415. Vbi tradit quid differant depositio & degradatio, qua duplex est, Verbalis & Realis. Idem Clarus in Crim. q. 74. vbi tradit quod Clericus deponi non possit, nisi propter graue crimen. Item Clericus pro tribus criminibus tantum actualiter degradari potest, puta pro hæresi, falso in Apostolicis literis commisso, & conspiratione in proprium Episcopum, vt notat idem Clarus q. 36. nu. 37. vbi addit quod in alijs criminibus, quantumcunque grauibus delictis, etiamsi summum Pontificem occidisset, non debet degradari, si paratus sit se corrigere, sed detrudi debet in perpetuos carceres. Vide desuper egregiam decisionem Benedicti de homicidio post tertiam partem in cap. Raimuntius. Mattheus Boyss D.

Vnde dicendum est, quod quædam delicta dicuntur leuia, quædam grauia, quædam grauissima,

uissima. Leuia dicuntur vbi dolus non requiritur, vt quando aliquid contigit per imperitiam vel culpam sine dolo; vel quando dolus interuenit, sed circa rem modicam, vt furtum modicæ rei inter domesticos. l. respiciendum. ff. de pœnis & in allega. l. leuia. & ca. cum delicti. de accusa. Delicta verò grauia sunt, in quibus exigitur dolus & tendunt in alterius graue præiudicium seu rei publicæ & magna imponitur, vt in furto, periurio, & similibus, vt in cap. cum non ab homine de iudi. Grauiora verò sunt crimina publica, & quandoque non imponitur pœna mortis. Grauissima vbi mortis imponi-
115. tur pœna. ex grauitate enim pœnæ deprehendimus quantitatem & qualitatem delicti 24. q. 1. cap. non afferamus.

ADDE.

Delictum quod graue dicatur, vide Menochi. casu arbit. 266. nu. 6. Mattheus Boyss D.

Ad propositum igitur, aut Clericus committit leuia crimina, & non debet deponi, nec etiã beneficio priuari, sed poterit ad tempus suspendi, vel aliter corripi ad arbitrium iudicis, vt in dicto cap. cum delicti: aut committit grauia, & poterit deponi. Si verò grauiora, quanquam non publicatus, poterit vltra depositionem detrudi in monasterium, vt in præalle. cap. tuæ. Si verò grauissima, ita quod de iure ciuili puniretur pœna mortis, & tunc poterit deponi, & damnari ad perpetuum carcerem, vt in cap. penul. de hære. & in ca. nouimus de ver. signifi. & in c. 1. de hæret. lib. 6. vnde not. dicit. Inno. in ca. qualiter in 2. de accusa. quod ista deputatiõ ad perpe-

perpetuum carcerem post depositionem æquiparatur pœnæ mortis,& rarissimè debet infligi,nisi vt dictum est pro istis grauissimis sceleribus: posset tamẽ delictum adeò perniciosum esse exemplo,& qualificatum vt traderetur illicò post depositionem iudici seculari, vt in c. nouimus.alleg.c.cum non ab homine,& ibi Sicul. post Pet.de Ancha. & in ca. at si Clerici.de iudi.

ADDE.

An Clericus ad perpetuos carceres condemnari possit.Vide Ignatium Lopes in praxi Crimin. cap. 140.vbi latissimè & doctissimè de perpetuis carceribus,quod de iure non obtineat, adeò si iudex eam imponat pœnã sententiam fore nullam.De iure verò canonico tantum locum habere.Vide aliquid per Menochium in arbitra.q.89.nu.9.Matth. Boyss D.

Quę aũt crimina dicantur publica secundum ius Ciuile.vide in l.3.in fin.ff. de præuar. & ibi Bart.& Io.de Imol. in l.fin.ff.de priua.delic.& in l. 2. ff. de concussi. secundum ius canonicum omne crimen dicitur publicum, quia ad publicum iudicium spectat puniri, vt in c. de crimina.de collu.detegen.in glo. 116. iij.

QVAESTIO NONA.

Quæritur, qualiter Clerici de incontinentia sint puniendi.

IN concubinario multæ sunt pœnæ, de quibus in titu. de cohabitatio. Clericorum & mulierum,per totum,& per Hostie.in sum-

ma eodem tit.

ADDE DE CONCVBINARIORVM pœnis, donatione in focarias, & 4 vitijs clericorum.

Nota, Rebuffus in concordatis Galliæ, ti. de publicis Concubinarijs cumulauit 30. pœnas concubinariorum admodum luculenter explicatas, quarū aliquot tantum lubet subijcere.

1. Suspensus est Clericus de iure ab officio, itemq́; à perceptione fructuum beneficij, & fructus conuerti debent in fabricam, vel in aliam vtilitatem Ecclesiæ Panormitanus in ca. vestra. de cohabit. clericorum. Et ipso iure suspensus est sine declaratoria si sit notorius. glo. & Dd in cap. cùm non liceat de præscript.

2. Si monitus Clericus non dimiserit, priuari debet omnibus beneficijs.

3. Infamis est, nec obtinet honores, vel dignitates, vel officia.

4. Si perseuerans in concubinatu fructus beneficij receperit, res restituere tenetur.

5. Si post dispensationem iterum aliquam concubinam receperit, perpetuo sit inhabilis, tam ad dignitates quam ad beneficia.

6. Non potest domi suæ filios suos concubinarios & bastardos habere vel alere.

7. Sacerdos concubinarius decem annis pœnitere debet, nec absolui potest nisi cum effectu à concubina fuerit separatus.

8. Missam concubinarij nemo audire, neque etiam Sacramenta ab eo recipere, nisi Baptismi, pœniten-

nitentia et Eucharistia in mortis necessitate debet.

9. Exclusus est à potestate standi in choro, neq; potest habere distributiones quæ alijs accrescunt.

10 Rescriptum post suspensionem vel depositionẽ obtentum non valet.

11. Subditi non tenentur eis soluere decimas.

12. Repellitur à promotione ordinum.

13. Concubinario potest interdici bonis, sicut mulieri luxuriosæ.

14. Clericus concubinarius focaria sua nihil donare neq;, legare potest, argum, à milite ad clericum l.2.C.de donat. inter virum & vxorem. Et si fiat, nihil valet, sed fisco applicatur. Benintendus decis. 22 & L. Claud. cum seqq. de his quibus vt indignis. Alias pœnas vide apud Rebuffum dicto. loco.

Potest tamen Clericus concubinarius concubinæ, vel spurijs suis fauore alimentorum, vel studiorum vel dotis, vel etiam meritorum caussa donare, vel legare. Verùm id non excessiuè, sed tantum quoad sufficientiam alimentorum. quod amplius est, cassũ & irritum est, de quibus vide egregiè Matthesilanum sing. 146. Corsetum sing. Spurius, Iosephum in communibus opinionibus conclus. 1. Duennam in reg. 353. Item Gabrielium in com. opin. lib. 6. concl. 1. De alimentis. Cepollam cautela 38. Lupum de donat. §. 23.

His addendum putaui 4. esse vitia quæ potissimũ in Clerico siue Ecclesiastica persona reprehensibilia sunt. 1. Publica incontinentia siue concubinatus.

Secundum, Pluralitas beneficiorum, ex qua nouẽ magna promanant inconuenientia, quæ

ponit Iohan. 22. Pontifex in extrau. Execrabilis.

Tertium negligentia diuini officij.

Quartum, nimia pompa ac preciosior cultus in victu & vestitu, contra vel vltra decentiam Clericalem, de quo plenè tit. de vita & honestate Clericorum. Sic D. Bernard. ad Eugenium Papam. Quid sibi vult, quod Clerici aliud esse, alij videri volunt: nempè habitu Milites, quaestu Clerici, actu neutrum exhibent?

Idem D. Bernardus super cantica. Intuere quomodo Clerici incedant nitidi, & ornati, circumamicti varietatibus, tanquam sponsus de thalamo suo procedens. quod de malis vtique dicitur. Idem Bernardus de ijsdem. Conceditur tibi, vt si bene deseruis, de altari viuas, non autem de altari luxurieris. vt tibi compares inde aurea frena, sellas depictas, denique praeter necessarium aut simplicem victum, quicquid de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegiũ est, quia res pauperum non dare pauperibus, par crimen sacrilegij esse dignoscitur, vide glos. in prag. sanctione in prooemio. & cap. Episcopus 12. qu. 1. Mattheus Boyss D.

1\. Variè tamen loquuntur iura in modo procedendi: aliqua volunt triplicem monitionem requiri: alia volunt immediatè suspendi: alia deponi. dicit tamen Hostien. in c. 2. de coha. Cler. & muli. quod erit in arbitrio iudicis, quam poenam debeat imponere.

Nam quandocunque iura varias poenas imponunt, optio datur iudici. 21. qu. 2. in sum. 34. distin. ca. fraternitatis. Sicul. in cap sicut. de cohab. Cler. & mulie. imposita tamen vna poena

non

non poterit ad aliam transire, nisi contumacia crescente. l. prætor edixit. ff. de iniur. cum ibi not. fa. quod no. Barto. in l. 1. ff. vi. bonorum ra. cum pœnæ iniunguntur disiunctiuæ, aut nisi constet plures pœnas simul pro eodem delicto esse inflictas.

Dicit tamen idem Sicul. in c. at si Clerici de iudi. quod in hoc delicto fornicationis semper iudex declinet ad mitiorem partem, quia pauci vt dicit Grego. sine vitio incontinentiæ reperiuntur. l. distin. c. quia tua. & quia hodie defectus nostri temporis, in quo non solum merita sed etiam corpora hominum defecerunt, non patitur censuram antiquorum canonum manere, vt in prealle. c. fraternitatis, & melius est adeò redargui de misericordia, quam de seueritate. 26. q. vlti. c. alligant.

Dicit tamen Anton. in præalleg. c. at si Cleri- 118.
ci, ad quem Ioan. de Imol. in præsenti Cle. re- ij.
mittit. Quod si fornicatio est notoria vel scanda 119.
losa aut diu continuata, est digna depositione de excess. præla. c. quam sit de testi. cap. ex parte ade. vbi tex. quod pro simplici fornicatione potest quis suo beneficio priuari. Si non habes illas qualitates: tunc si committitur cum moniali idem.

ADDE.

Hunc locum ad verbum expreßit glossa in verbo, alijs, in pragmatica sanctione tit. de publicis concubinarijs. Adde. Quod etiam ipse D. Paulus, qui vas electionis dicitur, aculeis & stimulis carnis diuexatus sit, cap. si Paulus 32. qu. 5. vbi fragilitatem suam considerans exclamat. Infelix ego homo,

quis me liberabit de corpore mortis huius? Et 2. Corinth.c.12. Datus est mihi (inquit) stimulus carnis, qui me colaphizet. Pauci igitur sine vitio carnis viuunt, & arctissima est vita continentia. Latè Lucas de Penna in l. mulieres. C de incolis. libr. 10. Sic Mantuanus Eclog.1. in persona Formionis.

Tu quoq;, vt hinc video, non es ignarus amorum:
Respondet Faustus.

Id commune malum, semel insaniuimus omnes.

Propterea Alciatus Emb 76. potentiam cupidinis exprimere volens, puerum finxit, altera manu flores, altera piscem gestantem, vt significaret cupidinem tam in mari, quam in terra potentiam suã exercere. Huic respondet illud Virgilij lib.3. Geor.

Omne adeò genus in terris, hominumq; ferarum,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; volucres
In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem.

Idem Vergilius Ecloga 10.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Omnia vincit amor, quid enim non vinceret ille?
Sic hoc loco excurrere libuit. Matth. Boyß D.

Tamen dicit ibi Siculus, quod hoc vltimo casu non committitur simplex fornicatio, imò tria concurrunt crimina, videlicet adulteriũ, quia sponsa Dei: sacrilegium, quia lędit sacrũ: incestus, quia consanguinea nostra, quia filij Dei sumus. & de quolibet istorum potest accusari, de quo glo. not. in c. virginibus. 27. q. 1. & de pœna istorum 27.q.1.c. si quis Episcopus & c si qua monacha. & c. si quis rapuerit.

Idem si cum virgine vel cum nupta 81. di.c. si quis Clericus. 2.q.7.c. lator. c. cum non ab ho

mine,de iudi. Idem si cum consanguinea,ut ibi no. Idem si cum filia spirituali. 30.q.1. cap. non debet. Idem si cum soluta non virgine, si eam duxerit in vxorem de facto, in præalleg. c. fraternitatis,& 81.dist.ca.si quis à modo. Qui cle. vel vo.c.2.

A D D E.

Clericus monialem cognoscens, tria committit scelera, sacrilegiū, adulterium, incestum. Adde & stuprum. Ita Menochius casu arbitr. 389. n.22.23. 24. Cachera decis. 103. Dias in praxi criminali 83. ca. vbi doctissimus Lopes in suis Comm. Item Clericus notorius fornicator ipso iure est suspensus ab officio, sine declaratoria sententia. Præpositus in c. nullus. 32. distinct. Declarat Panor. in ca. vestra. de cohabitatione clericorum. Clarus in crimi. in verbo fornic. n.4. & latissimè prosequitur glo. in prag matica sanctione tit. de concubina. in verbo suspen sus. Item ex fornicatione clerici adhuc tria oriuntur mala, præter eas pœnas, quas supra sub nu. 117. retuli. Primum propter publicum concubinatum scandalizantur corda laicorum. Secundò vitupe- ratur eorum officium Ecclesiasticum. Tertiò præbe tur alijs materia peccandi. c. si mala 2.q.5. c. signi ficasti. de adulterio. c. magna. de voto. Abstineat igitur clericus à concubina, caueat hæc omnia mala, habeat in memoria hæc carmina.

Fœmina corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem
Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat,
Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert,
Corpus, opes, animam, consortia, fœdera, famam.

Grauiter Inno. 2. in hunc modum ait. Decernimus vt Clerici, qui concubinam habent, Ecclesiastico

beneficio prorsus careant. Cum enim sint templum & vasa Domini, & Spiritus sancti sacrarium esse debeant, indignum est ipsos cubilibus & immunditijs deseruire ca. decernimus distinct. 28. Matthæus Boyß D.

Si simpliciter cognouit nec concurrit aliqua de qualitatibus prædictis, relinquitur arbitrio iudicis, vt consideratis circunstantijs & scandalo insurgente, & consuetudine patriæ apponat pœnam quam magis viderit ad mitiorem partem declinare, vt præmissum est, & tenet Sicul. in prælleg. c. sicut. Continentia enim in sacro ordine non est voti taciti vel expressi not. docto. in cap. cum olim de Cler. coniuga. Fran. in rubrica. qui Cle. vel vo. Ioa. An. in ca. 1. de vo. lib. 6. in nouella.

Ideo ordo sacer essentialiter non impedit nec dirimit matrimonium. Ad hoc quod not. Ioan. An. in regula Semel Deo. de regulis iuris lib. 6. in no. Sed hoc est ex constitutione Ecclesiæ 32. distin. & 28. distinct. per totum & tempore primitiuæ Ecclesiæ licebat præsbyteris, & sic constitutis in sacris vxorem ducere, c. quoniam. ca. aliter 31. distin. dum modo die celebrationis abstinerent à coniugibus. postea in occidentali Ecclesia venit prohibitio vt constituti in sacris deberent continere, dicto c. aliter. & cap. Nicæna.

ADDE DE CLERICORVM Matrimonio.

Clericis à principio nascentis Ecclesiæ interdictum fuit matrimonium, vt ex canone Apostolorum 25. ostendit Couuarruuias de sponsalibus part. 2. cap 6. §. 3.

§.3 de impedimentis matrimonij, vbi plures citat auctores. & eum sequitur alios referendo Ignatius Lopes ad Bernard. Dias in praxi cano.c.80.in. lit. A Centuriatores Magdenburgens. Cent.11.cap. 7. asserunt, Henricum 4. nouo edicto probibuisse coniugia sacerdotum. quod verum non est, Nam Lambertus Schaffnaburgensis suã historiam Germaniæ scripsit circa annũ 1077. de gestis Henrici 4. vbi hæc expressa verba habet, Hildebrandus Papa cum Episcopis Italiæ conueniens frequentib. synodis decreuit, Vt secũdũ instituta antiquorũ canonũ præsbyteri vxores non habeant, habentes aut dimittãt, aut deponantur. Nec quisque animo ad sacerdotium admittatur, qui nõ in perpetuum continentiam, vitamque cœlibem profiteatur; *Hactenus Schaffnaburgensis Monachus Hirsfeldiensis in suo Chronico. De cælibatu Clericorum, quod iure Apostolico rectissimè sacris ordinibus annexus sit, tradit Bellarminus tomo 1. controuersia 5. lib.1. cap.19. Matthæus Boyss Doct.*

Et dicit Fran. vbi supra quod hoc præceptum dat materiam illaqueandi plures animas propter fragilitatem nostram, Ideo creditur quod sicut Ecclesia indixit hoc præceptum cótinentiæ quod quandoque reuocabit, & erit conueniens dicto Apostoli reuocatio qui dicit 1. Ad Corin. 7. de virginibus. præceptum non habeo. consilium autem do. Et dicit Sicul. in dicto capit. cum olim, quod pro bono & salute animarum esset salubre statutum vt volentes continere & mereri relinquerentur voluntati eorum: non volentes autem cõtinere, pos-

ſent contrahere, nam experientia docẽte prorſus contrarius effectus ſequitur ex illa lege cõtinentiæ, cum hodie non viuant ſpiritualiter nec ſint mundi, ſed illicito coitu maculentur eorum grauiſſimo peccato, vbi cum propria vxore eſſet caſtitas, dicto capit. Nicena.

ADDE

Hæc omnia ad verbum habet glo. in pragmatica ſanctione ti. de concubinarijs. in verbo Continere. Vbi tradit ob ſcandalum euitandum presbyteris matrimonium interdictum, Mathæus Boyß Doct.

Vnde deberet (vt dicit) Eccleſia facere ſicut bonus medicus, vt ſi medicina experientia docente potius officit, quam proficit, eam tollat, & quod Eccleſia poſſit tale ſtatutum facere, no. etiam Hoſtien. in. c. rurſus. Qui Cleri. vel vouentes & præpoſi. ſuper illa rubrica. ſed dicit Franciſc. in cap. fi. de frigi. & male. quod ſi daretur Cler. in ſacris conſtitutis matrimonium contrahendi licentia, eueniret magnum ſcandalum, illud ideo conſulit euitandum & de hoc alias fuit habitus ſermo in conſilio Baſilien. ſed non auſit conſilium illud permittere & merito, tantum enim Deo placet integritas corporis, ꝙ ex virgine naſci voluit 27. quæſtio. 1. §. cum ergo. & c. inuenta.

ADDE

Virginitas, non tantum ex eo pręcipuè commendatur quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus ipſe virginitatem ſeruauit, ſed etiam matrem virginem,

nem,ex qua nasceretur eligere voluit,& propterea plus amat virgines,quam alios, quia illa ipsius Domini nostri virginitatis imitatrices sunt, & sponte tribuunt, quod ipsis non est, ab initio imperatum. Virginitatis autem plura sunt praeconia. Primum quia virginitas supergreditur conditionem humanae naturae,per quam homines assimilantur ipsis Angelis.2.virginitas soror est angelorum.glossa in ca. nuptiae.32.q.3. virginitas templum Dei facta est, cap.tollerabilius 32.q.5.4.cum Virginibus Deus tanquam in suo templo degit,& tales in coelis semper agnum sequuntur,quocunque ierit 5.virginib. solis conceditur dicere illud canticum nouũ de quo Ioan.in Apoc.cap.14.6. hac Angelica virtus tanti meriti est apud Deum, vt etiam prosit parentibus ad salutem,quãdo proles eorum in virginitate perseuerat per textum,in ca.Salubriter 33.q.5.inde 7.rectè dicitur quod virginitas ea sit, qua Paradisum replet,per cap. Nuptiae. 32.q.1. Et cum hanc gratiam nemo sua virtute assequi queat, nisi diuina gratia iuuetur,itaque eam dilectissima mea filia Barbara Boyss suaptè spontè ad Hortum B.Mariae.velata ex animo precor, cuius amore haec scribere volui.Plura priuilegia virginitatis vide apud Fuluium Paccianum, libr. 2. cap. 2.Quis probare debeat, & Cassaneum in Catalogo gloriae mundi par. 2. considera. 11. & 12. Matthaeus Boyss.Doct.

Caussas autem quare Clericis sit interdicta castitas tradit Ioan.Andreæ.in c.Quod à te.de clericis coniugatis.Contra luxurios Cleric.& 121
domos

domos & ostia mulierū causa fornicationis frangentes. vide quid notet Io. Faber in Institut Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. in verbo amore.

ADDE

Faber ibi tradit naturale esse, quod animalia appetitu, & feruore coniugendi ex præsentia famellæ commoueantur, quod vero ostia & domos effringant aut rumpant, tali feruore concitata, id planè contra naturam esse. Addit si id in animali contra naturā fit, multò fortius in homine, & plusquam bestiales esse eos homines, qui mulierum fores effringunt, & quasi verres spumantes, Tauri petulātes, fœtore hircino aerem inficientes villam circumeunt: Idem eodem loco refert Minsing. in institut. Si quadrupes pauperiem fecisse. Matthæus Boyß Doct.

QVAESTIO 10.

Quoniam dicitur correctionem clericorum ad episcopū pertinere. Itaq; quæritur. An etiā exempti delinquentes in territorio per ordinarium Coerceantur.

ET præsupposito quod ratione delicti nōn sortiantur forum. Guilher. hic. relatus à Fran. dicit quod multi multa in hoc scripserunt, maximè Hosti. in summa. in tit. de priuileg. §. fi. Io. Mo. & Dominicus in. c. Episcoporum. eo. ti. li. 6. de quo etiam, no. de priuile.
112 c. tuarum & ibi aliquid per Sicul. Tamen quia
j. secundum Guilher. duo sunt hodie genera clericorum, qui quam plurimum Ecclesiam scandalizant,

dalizant, scilicet abusores litterarum sedis Apostolicę, puta Iudices vel executores & impetrantes. Item exempti religiosi potissime mendicantes, & non mendicantes.

Idcirco quærit, an in aliquem de prædictis si notorie delinquunt, possint ordinarij animaduertere. vnde pone quod delegatus citat expresse contra tenorem cap. statutum de rescrip. libr. 6. de quo certum est ordinario, quod nullum est, quod ipse facit: vel pone quod fratres Prædicatores vel Minores grauāt notoriè parrochiales Ecclesias in retinēdo portionem eis debitam, iuxta cle. dudum. infrà de sepultu. Nunquid poterunt Episcopi contra tales procedere? & videtur quod non supra de offi. dele. ca. si quando.

ADDE

Ad hanc quæstionem addo, quod appellatione Clericorum diœcesis non veniant clerici exempti. Ergo licet pontifex scribat & mandet Ordinario vt clericos corrigat suæ diœcesis, tamen tale rescriptum operari non poteſt iurisdictionem cōtra exemptos. textus in cap. graue de officio iudicis ordinarij notauit id Petrus Molignatus. tractatu de verborum significat, in verbo Clericorum appellatorem, Matthæus Boyß Doct.

Contrarium tenet hic Guilher. dicens quod episcopus potest ex offi. io declarare talia non posse vel nō debere fieri, & palam hoc intimare tam suis subditis quam alijs, & per consequens saltem indirectè de litteris Papalibus & de potestate & gratia per eos data, tam de Iudicibus quam exemptis iudicare, quod probat,

bat,quia iura essent frustra,nisi essent tuentes, & tamen sunt ordinarij in suis dioecesibus,de sen.excom.c.nuper.18.di.ca.per totum, & potest Episcopus declarare quod dictũ est, quia iura dicunt quod vbicunque contenditur an aliquid fieri debeat vel possit, de iure potest administrator iurium hoc declarare,de consuet. c.cum inter.

123 ij. Vbi dicit Inno.quod ex quo cõsuetudo mala est notoria ad officiũ Papæ & sic cuiuslibet ordinarij spectat eam extirpare per hoc quia crimina vbicumque claruerint,punienda sunt 24.quæst.3.c.ecce.de his quæ fi.à præla.c.quanto.de fi.præsbyt.c.quoniã. vbi etiam dicitur idem esse,si factũ non sit notorium, dummodo possit esse notorium.per hoc quod no.Inno.de offi.vica.ca.1.vbi dicitur quod si aliquis exponit coram superiore aliquam ineptitudinem notoriam,vt fortè in libello vel aliter,vel etiã aliquam incompatibilitatẽ quæ non potest de iure tolerari, vt si detinens Ecclesiam petit aliam,debet superior ex officio talia extirpare & rumpere.ff.si mensor.fal.mo.dixe.l.1.maximè si in principio causæ cognouerit libelli ineptitudinem,quia tunc debet lacerare libellũ. ff.de assesso.l.1.de iudi.cap. examinata. vbi de hoc per In. & alios,potest dioecesanus dicere litteras Papales obstare vel non obstare.ar.de. fi.instru.ca.accepimus.non enim debet permittere nocentes priuilegijs abuti. authen. de man.prin.§.non permittas.col.3.

ADDE

Quando iudex aliquem repellat.

Si Iudex videat actorem ius persequendi non habere

habere, non dabit ei facultatem apud se agendi. l. 1. §. 1. Si mensor falsum. mod. dix. l. 1. de aleatoribus l. vlt. C. vt nemo priuatus. tit. imponat reb. suis vel alienis. Sic si incapacitas vel incompatibilitas beneficij spoliato, qui restitui postulat, proponatur, veluti si dicatur ipsum esse monachũ, qui vxorem restitui postulat, vel si laicus sit vel si non sit tonsuratus vel si non sit intra annum promotus ad presbyteratũ, vel si incompatibilis alterius beneficij restitutionem postulet. his casibus nec restitui, nec audiri debet Late Menochius remedio 15. num. 433. 435. 438. 467.

Quod mox dicit Iudicem multis alijs casibus posse officium suum exercere non requisitum, vide huiusmodi Casus 35. per Socinum in regula. 245. Iudex in fallentijs. Viuium in communibus opin. lib. pri. opinion. 145. Matth. Boyß Doct.

Item nec debet permittere præses prouinciæ delegatos à principe aliter vti sua potestate quam in suis litteris contineatur, & si formam earũ excedant, potest in eos animaduertere, in authen. vt iudi. siue quoquo suffra. §. volumus. col. 2. 97. distinct. cap. nobilissimus. de offi. dele. cap. cum in iure. de rescrip. cap. cum contingat. Pet. Cy. & Bald. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor. Deci. Capellę. 420. iij.

Item obligatio quæ de iure communi & naturali est de subditis erga Epis. remanet etiã in priuilegiatis, quia quę de iure naturali sunt tolli non possunt Insti. de legi. ag. tu. in fi. sicut etiã remanet illegitimitas in sua natura de fili.

præl-

præsby.ca.1.& lib.6.Sed Papa non priuilegiat in delictis:ergo remanent sub ordinario.

Concludit quod in his quæ sunt iuris regulariter supplet ex officio per superius dicta, de offi dele.per totũ.in quib.aũt Iudex ex officio supplere possit.tu vide late per Sicul. in.c. Boni.1.de postu.præla.Barto.& Bald.in.l.1.C. vt qui desunt aduo.

Quod autem ordinarius possit resistere delegato quando vellet procedere in casu nõ inclusõ in sua cõmissione,tenet Inno.in.c.si quan do de offi.delega. & ibidem late Sicu. ad quod gloss.singularis in.ca.litteris, eodem titu. quæ dicit quod iudici volenti mandare executioni sententiã nullã potest impunè resisti.ad quod.
125 le.prohibitũ de iure fisci libro. 10. Idem tenet Dominicus post Archidia.in. ca. si eo tempore,de rescriptis. libr. 6.in principio.2.columna, ad quod bene facit, quod ponit Angelus consilio suo 275.& in consilio.187.& quod no. Bar.in dicta.l. prohibitum. & idem Angelus in Cõsilio suo 219. dicit quod Prælati aut subditi non debent obedire falsis aut iniquis litteris emanantibus de cancellaria Pontificali vel Cæsarea.si contra ius vel vti.pu.l.3.de præci.impe.offe.l.nec damnosa,immo.& de facto potest resisti volentibus sub vmbra dictarum litterarum aliquam committere impressionẽ, non data prius copia reclamandi. l. defensionis facultas.C.de iure.fisci.li.10.propterea dicit Bar.in præalle.l.prohibitum.eo.titu. quod commissarij debent suas commissiones,prius quam illas exequantur,Curiæ Præsidis insinuare,quod bene seruatur in Practica.

Vnde

Vnde concludit idem Fran.hic quod dicta opi. Guilher. quo ad solutionem principalis quæstionis habet maximam æquitatem, quando superior talium exemptorum monitus per ordinarium non corrigit: sed antequam moneatur nullatenus procedit, cum iurisdictiones confundi non debeant. Item & post monitionem de iuris rigore non procedit dicta opinio, cum oporteat stare verbis priuilegij. Si ergo reprimit quod etiã ratione delicti in ordinarij territorio commissi non possit ipse ordinarius cognoscere, opus est vt conqueratur Papæ qui prouideat, cum verbis priuilegij stari debeat de priuile.c.porro.&.ca.recepimus.

Ad quod bona gloss.in.c.Graue.de offi. ordi. vbi no.quod propter negligentiam Prælati immediati exemptorum potestas non deuoluetur ad ordinarium, sed ad superiorem illius prælati exempti. vnde ibi Sicul. dicit quod si Ab.exemptus est remissus in corrigendo monachos suos, potestas non deuoluitur ad Episcopum, sed recurrendum est ad Papam.

Et licet Lap.ab in præalle.ca.Episcoporum dicat hoc verum, nisi delictum esset notorium Tamen ibidem Domi.non credit illud verum, quia notorietas non est illa quæ tribuit iurisdictionem ordinario contra exemptos super delicto commisso iñ loco exempto. Sed posset saluari quod si delictum illorum esset notorium, & ex tali delicto ipso facto ex iuris dispositione incurrerent excommunicationẽ quod tunc ordinarij locorum possent illos denunciare excõmunicatos ad finem vt per suos subditos euitentur, pro quo. fa. ibidem alle.

M per

per Lap. & per Güilh. in cle. 2. de pœni. & remis. no. Ioa. An. in c. 1. de priuil. li. 6. in no. & in cle. 1. de sequæstra.

Vtrum aũt tales exempti possint absolui ab Epis. à sententia canonis, vide latè per Sicu. in cap. significasti. de foro compe. Fe. de se. consilio. 14. doct. in cle. cum eo. de sen. excom.

Vnde in principali puncto Fran. hic concludit quod præmissis non obstan. in defectu iusticiæ seruanda foret opinio Guilher. Finge enim difficilem & periculosum esse accessum ad Papam, vt de facto fuit tempore regis Ludouici 11. nuper defuncti & tales exempti opprimunt Clerum in denegando quartam, vel quid simile, tunc enim licet dicere sibi ius etiam autoritate propria per id quod not. Inno. in. ca. olim 1. de resti. spoli.

ADDE de propria auctoritate.

Sic vbicunq; Officiales sunt negligẽtes in iustitia administranda, ibi licet etiam bona furtiuè diripiendo, sibi ius dicere, famulo, & cuilibet alij. Caccheranus decis. 68. num. finali. & ibi in sequentĩ consilio Nicolai Belbi num. 41 quod reprehendit Menochius præsumptio 80. lib. 1. præsumptionum. n. 3 propterea ad hoc vt id liceat 4. requiruntur. 1. quod quis non poßit per iudicem suum debitum consequi vel repetere. 2. quod non fiat cum iniuria primi apud quem illa rès est. 3. Si non interueniat periculum magna alicuius læsionis. 4. quod non interueniat periurium. ita Rebuffus de famulorum salarijs gloss. 10. num. 10. ex Clauasio in sum. Angelica. verbo Furtum. § vltimo, Matthæus Boyß Doct.

Videtur tamen aliter voluisse Sicu. in. ca. si. de

de foro compe. 11. colum. dum dicit quod in maioribus criminibus vbi timent de fuga, possit Ordinarius exemptos delinquentes carceri mancipare & ad superiorem remittere. argu. opt. in authent. de defen. ciuit. §. audient. col. 3. vbi defensor ciuitatis qui non iudicat de maiorib. criminibus, potest ꝓ talibus crimini bus capere & ad superiorem remittere. fa. quę dicta sunt supra in. 2. q. principali. Et secundũ Fran. hic est alius modus, vt Episc. sibi subtrahant subsidia reuocando casus Episcopales, quos aliquibus in pœniten. concedunt. Item populis præcipiendo vt non accedant ad eos donec destiterint. & sic indirectè coercentur. arg. c. de terris. de decis. & cap. post miserabilem. de vsur.

An autem delegatus delinquens in delegatione sua possit coram ordinario conueniri, vide Sicul. post Io. An. in. c. si de rescrip. 12 iiij.

Ex præmissis infero quod vbi aliquis delegatus abutitur vel alius quicunque literis Apostolicis potest Ordinarius eum impedire. Secundo quod regulariter exempti contra. ca. 1. de priuile. lib. 6. non possunt puniri per Ordinarium, etiam data superioris immediati negligentia, vel notorietate delicti. Tertio quod tales exempti declarari possunt siue denunciari excommunicati per ordinarium si incurrerint ipso iure excommunicationem ex statutis suis vel de iure communi.

Postremò quia dictum fuit supra in. 3. & 6. contrario quod pœna delicti remitti potest per principem.

QVAESTIO II.

Quæritur vtrum Princeps sæcularis possit Clericum à crimine absoluere, vel eidem indulgentiã, aut abolitionem seu remissionem, aut gratiam concedere, ita, quod per ecclesiast. iudicem de eodem crimine non posset puniri.

In vtramque partem disputatum.

ET prima facie videretur dicendum quod sic per glosam positam in authen. Clericus C. de Epis. & Cle. super verbo, Et si reus. vbi glosa tenet iudicem sæcularem clericum à crimine absoluere posse, licet non possit eum condemnare, quam glo. seruat generalis Franciæ consuetudo, pro qua possunt adduci iura quæ dicunt consuetudines obseruandas, ea enim quæ iure sunt communi prohibita diutur nitate tanti temporis cuius initij memoria nõ existit licite obtinentur, hoc patet de verb. sig-
vj. ni. ca. super quibusdam. §. præterea. & ca. quid per nouale. & c. veniens. eo. titu. lib. 6. 3. quæst. 6. hæc quippe. 63. distinct. mos antiquus. & cap. se. 9. quæst. 3. c. conquæstus. 18. quæst. 3. ca. seruitium & 1. quæst. 1. c. nullus Episcopus maximẽ hoc procedit in principe, ex eo quia præsumitur quod iuste faciat. Et semper in eo iusta causa præsumitur. no. Anth. & Sicul. in ca. quæ in Ecclesiarum. de consti. Cy. & Bald. in. l. rescripta. C. de prec. impe. offe.

Cum igitur de consuetudine præsenti regno rex

rex concedat huiusmodi gratias, siue remissiones etiam Clericis, ergo venit obseruanda, vnde postquam talis gratia semel fuerit intimata. iuxta notat in leg. 2. C. si contra ius vel vti. pu. Clericus ille non debebit vlterius de eodem crimine inquietari vel accusari, ad quod text. gloss. & Bartol. & Angelus in. l. si cui. §. 1. ff. de accu. hoc enim videtur esse regulare quod de crimine semel absolutus vlterius debet accusari, maximè si talis absolutio facta non fuerit in foro pœnitentiali. tenet Ioan. Fa. in. l. si quis homicidij. C. qui accusa. pos. & ibi per Salice. Innocent. Hosti. Ioan. Andre. Anth. Sicul. & Fran. Areti. in. cap. de his de accu. idem Sicu. §. 2. de scisma. & in. c. 1. de purga. cap.

Secundo videtur quod saltem dicta gratia siue remissio ipsi clerico prodesse debeat, vbi pro delicto pœna confiscationis veniret imponenda vt quo ad confiscationem bonorum immobilium possit rex Clerico delinquenti gratiam concedere, quo ad mobilia nihil prodesse videatur. Maximè quia iuxta generalem Franciæ consuetudinem, quam sæpenumero in practica vidi seruari, licet bona mobilia clericorum damnatorum Episcopis applicentur. & immobilia temporalibus Dominis à quibus tenentur vt tenet Pet. de Ancha. in regula iuris. Ca. quæ regula. libr. 6. 22. quæstion. & Oldra. consi. 47. & dictam consuetudinem refert Ioan. Andr. in addi. Specul. titul. de feudis. §. penult. ver. 41. quæritur pro qua seruanda inducitur. ff. de leg. l. minime. ff. de sepul. vio. 3. §. diuus in fin. & C. de emanci. libe. l. 1. & iij.

vltim.C.de diuer.offi.l.viros.li.11.

Sic & lex Frederici distinguit inter res mobiles & immobiles de pace tenen. §. si vero & fa.eo.ti.§.si clericus.& C.de Epis.audien.l.abditos & quod ibi no. videlicet clericum puniri in patrimonio per iudicem sæcularem. Et ad prædictam distinctionem bonorum mobilium & immobilium fa. cap. Ad hæc. cap. relatum.2.§.ad hæc.de testa.C. fami.Her. l. si filius. 1. respon., vers. prædia. & C. de impo.lucra. descript. leg. 1. libr. 10.& ff. de supellect. lega.l.3.

Quod autem processus agitatus super huiusmodi gratia vel remissione coram iudice sæculari teneat probari videtur.

129. Regula est enim. Quia sicut quando constat
iiij. citationem artari citatus tenetur venire, ita quando dubitatur vt no.gloss.& do.in.c.veniens de accusa.& 3.quæst.2.ca. si Episcopus. Inno.in.c.2.de dila.Sicul.in.ca.cum ordinem.de rescrip. & ibi gloss. Bart.in.l.2.ff. si quis in ius vo. non ie. in. l. si quis ex aliena. ff. de iudi.& no.Io. 23. quæstion. 8. conuenior quod si iudex laicus citat Clericum tenetur comparere & priuilegium allegare. Sic videtur quod processus super huiusmodi gratia valere debeat & ipsa gratia cum nunquam impetrans se Clericum dixerit.

130. Præterea si iudex probabiliter errat in facto & credit se iudicem cum non sit & procedit tenet processus de appel.c.si duobus. secus si erraret in iure de offi.dele. ca. cum super. de concess.præben.c.ex parte.princeps autem huiusmodi gratiam concedens vel iudex eandem

inte-

interinans probabiliter errare possunt in facto si impetrans non proponat se clericum.
Quia cum quilibet nascatur laicus talis est præsumendus, nisi probetur Clericus. 2. quæst. 1. cap. legum. Cum igitur talis clericus impetrans sit de regno & se offert sponte iudicio. ergo, &c.

ADDE

Eadem infra reg. 2. nu. 23. traduntur, Matth. Boyß Doct.

Sic etiam videmus de procuratore qui reuocationem suam ignorat. nam valet quod facit de procur c. in nostra & c. penul. & iudice reuocato vt no. 58. di. c. tibi domino. & de hoc per Inno. de rescrip. cap. cum contingat. & de concess. præben. c. quia in cunctis. li. 6. 131

Insuper videmus quod in his quæ sunt iurisdictionis opinio præiudicat veritati, quod patet in sententia serui qui liber putabatur in l. barbarius. ff. de offi. præto. 3. quæst. 7. §. verum & occulti excommunicati de re iudi. c. ad probandum fa. C. de testa. l. 1. C. ad mace. l. 2. ff. eo. ti. l. 3. de iure patro. c. consultationibus. de elec c. querelam. de sen. excom. c. si iudex. l. 6. Si igitur Clericus à Principe gratiam siue remissionem impetrans comuni opinione habeatur pro laico hoc est ex quadam conformitate sui circa mores & actus laicorum censeatur, igitur laicus cum propter similitudinem quis cēseatur de numero illorum quorum in rei veritate non erat. 27. di. c. vltim. de biga. c. nuper & dignum est vt qui similem cum alijs, &c. de statu mo. c. recolētes Fa. quod no. in. di. c. si iudex.

Rursus Princeps ex concessione talis gratiæ in Clericum iurisdictionem non videtur exercere cum iste clericus impetrans sit actor qui petit contra procuratoré regium suas gratiæ literas inteirnari modo actor sequitur forũ rei siue actor sit Clericus siue laicus. C. de ordi. iudi. l. adire. 11. quæstion. 1. cap. experientiæ de fo. compe. cap. si Clericus &c. cap. cum sit. C. de iurisdiction. om. iudi. l. iuris ordinem. & l. in criminali. C. eo. tit. ergo, &c.

132 vj. Maximè cum talem gratiam concedere sit in libera voluntate principis: ex eo enim gratia dicitur, quia gratis accipitur vel datur; alias non esset gratia. 1. quæst. 1. c. quicunque. iudicium autem redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. stichum. ff. de ver. oblig. & c. intellegimus. de iudi. ad quod quia Clericus tunc nõ trahitur, tunc enim canones locum habere possunt qui hoc vetare vidétur quod Clericus trahatur, sed cum vltro se offert in huiusmodi causa voluntarius, Aliud quam in reo necessario iudicandum est benè Fa. no. Inno. in. c. cum inter de except.

133 vij. Deinde videmus quod in emancipatione iudex competens est iudex patris & non filij vt no. in. l. fi. C. de emanci. & tenet Pet. de Ancha. in. c. ea quæ de reg. iuris. lib. 6. q. 18. ergo à simili in interinatione huiusmodi gratiæ iudex competens est iudex procuratoris regij qui videtur esse reus & conuentus & non iudex impetrantis Clerici.

134 viij. Postremo videmus quod statutum generale laicorum & fauorabile includit Cleri. vnde

si statu-

si statutum dicat, quod stantibus masculis, filia non succedat in illo statuto includitur Clericus vel presbyter & monachus ad hoc, c. dile. de foro compet. 10. di. cap. si in adiutorium. & doct. in cap. si, de solu. fa. cap. cùm venissent de eod. qui mitti. in pos. & c. Ecclesia. vt lit. pen. ita consuluit Io. de ligna. vt refert Lap. all. sua. 117. & tenet Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum tri. Antho. in c. quod Clericis de foro compe. de quo per Bald. in l. Deo nobis. C. de Epis. & Cler.

NEGATIVA CONCLVSIO.

In contrarium videtur, quod talis gratia nõ valeat: quia contra vtilitatem publicam, cuius interest, ne crimina remaneant impunita. c. vt fame. de senten. excom. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. ff. de publica. l. licitatio. §. quod illicitè. ergo non valet. l. nec damnosa. C. de præci. impe. offe. maximè, quia per concessionem huius modi Clericis audacia tribuitur delinquendi contra præsentem Cle. fa. ca. vt Clericorum de vita & hone. Cle. ca. est iniu. 23. quando 4. 135. ix.

In correctione enim malorũ placatur Deus omnipotens. ca. si quos. e. cau. & qu. vnde dicit tex. e. cau. & q. si enim ad iram Deus prouocatur cum mala puniri differuntur, vnde id solũ bene agitur, vt vita hominum corrigatur. cap. prodest 23. qu. 5. Et licet ea quæ in nobis committuntur facilè possimus indulgendo dimittere, ea tamen quæ in Deum commissa sunt cum magna distinctione nec sine pœnitentia possimus relaxare. 23. q. 4. ca. si is qui ergo &c.

136. x. Secundò, princeps in dubio non præsumitur velle præiudicare iuri tertij. c. super eo. de offic. dele. c. quamuis. de rescrip. li. 6. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. Et licet etiã sine causa quãdo solius fisci interest, princeps pœnam remittere possit, vt tenere videntur Cy. Bal. & Salice. in l. rescripta. C. de praeci. im pe. offe. alleg. Sicul. in c. quæ in Ecclesiarum. de consti. in c. nisi specialis de offi. l. fa. no. per Bar. & Bald. in l. venia. C. de in ius vo. & ibi etiam Sali. propè fi.

De pœnis tamen & iuribus singularium personarum non potest hoc licitè fieri in praeiudicium singulis, cui ius est quæsitum vt tex. videtur esse no. in præalleg. l. venia cum glo. sua secundum Bald. ad hoc. ff. de pac. l. fi. ff. de contra tabu. l. si post mortem. §. vlt. ar. ff. loca. l. si cum hermes: hoc etiam no. idem Bar. in præall. l. venia pro quo. l. si non sortem. §. libertas. ff. de cõditio. indebi. Sic princeps gratiam huiusmodi Clerico concedendo pœnam delicti remittere non videtur saltem, quatenus Ecclesiæ præiudicium concernit.

xj. Tertiò videretur, quod talis gratia siue remissio sit nulla: certum est enim quod nec in foro contentioso, nec in foro pœnitentiali, ꝙ à non suo iudice condemnari potest vel absolui. c. in primis. 2. q. 1. c. ad nostram. de consue. c. olim. de iniurijs. de Clerico enim Laico non licet dare legem. 96. di. c. bene quidem. 16. q. 7. ca. non placuit, immò contra faciens tanquam sacrilegus est puniendus. e. cau. & q. c. si quis principum. & de vniuersa Ecclesia malè iudicat qui quærit iudicium Laicorum. 11. qu. 1. ca. placuit.

cuit. Sicut non tenet sententia à non suo iudice lata dicto cap. ad nostram. de consue. & ca. at si Clerici. de iudi. C. si à non compe. iudi. per totum, ita nec confessio coram eo facta. dicto. c. at si Clerici. Ita nec absolutio. c. venerabilibus. de sente. excommuni. §. vbi autem. li. 6. Ita nec purgatio ab eo indicta. c. cum dilectis. de purg. c. ita nec esset examinatio. c. licet. de offi. le.

Ita statutum non ligat nisi subditos statuentis. c. à nobis. de sen. excom. c. nouit. de of. lega. l. fi. de iurisd. om. iud. c. fi. de consti. li. 6. Ita esset citatio nulla arguendo de toto ad partem. cap. pastoralis. §. item cum totum. de offi. deleg. & probatur de fo. comp. c. Romana in fi. l. 6. fa. ad hoc. c. contingit. de arb. cum sua gl.

Idem de indulgentia in foro pœnitentiali quę esset à non suo iudice non tenet. c. quod autem. de pœnit. & remission. vbi dicit Sicul. quod in multis forus pœnitentialis regulatur ad limites fori contentiosi. Vnde sicut in foro contentioso quis à non suo iudice ligari non potest, nec absolui: sic nec in foro pęnitentiali ad hoc c. omnes vtriusque sexus. de pe. & re. c. placuit de pe. di. 6. & §. ecce 16. q. 1.

ADDE.

Quilibet tenetur confiteri coram suo sacerdote, nam in foro pœnitentiali non sortimur forum ratione delicti, latè comprobat ad singulare Romani 468. Gabriel Sarat. Matthæus Boyß D.

Modò clarissimum est quod princeps Clericum condemnare non potest de crimine, cùm sint exempti de iure diuino vt supra dictum est. Ergo nec etiam absolue-

soluere.par enim est ius ligandi & soluendi de pe. dist.1.§.verbum.& cui denegatur cognitio multo fortius dispensatio ar. C. de his qui ve. ӕta.impe.l.2.& 3.q.6.c. quamuis.& c. dudum. & de sen.excom.c.cum illorum. Immo ad illũ
237. solum pertinere videtur restitutio ad quem examinatio.2.q.3.§.hinc colligitur ar. ff.de regu.iur.l.cum principale.

Talis igitur gratia siue rescriptum tanquam contra ius diuinum concessum est nullum, ad quod bene fac.glo.Barto.Bald.& Io.Fa.in l. fi. si contra ius vel vti.pub. Bal. in l.rescripta supra alle.de quo plenè per Bart. in constitutione.ff.circa prin.legitur enim quod Pharao Clericos honorabat, & eos libertate ditauit.23. qu.vlti.c.quamuis.de immu.Eccle.ca.cum minus.Genesis 47.de quo per Archi.de censi. cap. quanquam.libr.6. super verbo diuino & 2.Esdrӕ.8.cap.& Constantinus etiam ipsorum accusationem recipere recusauit 11.qu.1.c.Sacer-
cij. dotibus.

Quarto videtur, quod talis gratia non valeat ex defectu iurisdictionis.ca.nullus. 11.qu. qu.1.de foro compe.c.nullus.fa. l. generaliter. C.de Epis.& Cle.qui quidem defectus iurisdictionis opponi potest aduersus talem gratiam siue processum & sententiam interinationis, etiam si constitutio vel statutum sit, quod nulla exceptio admittatur, vt not. in Cle. 1. de sequestra.pos.& fruct. & tenet Bald.post Cy.in prӕalleg.l.generaliter.idem Specul.in titu.de cita.§.1.ver. scilicet pone quod Iudex & § pe.
ciij. in fi. & Archi. 15. qu.4.in c. placitam.ergo &c.

Quinto quotiens imminet tale factum quod à iure

à iure reprobatur taciturnitas eius, qui non potest exprefse actu consentire nihil operatur no. de præb. c. dilecto. cum simili. his conuenit quod no. C. vbi de cri. agi, opor. l. 1, vbi no. Accur. quod quando iudex est talis, quod citatus sua voluntate non possit eum facere iudicem non nocet taciturnitas, fa. dictum. cap. dilecto & quod ibi not. Inno. vt refert Io. An. super 3. glo. Ad hoc inducit Specu. in locis alleg. immò 138.
Clericus expressè confitens coram seculari iudice se non esse Clericum non præiudicabit sibi dicto cap. at si Clerici, & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de Epis. & Cler. Clericus enim non potest nec expressè nec tacitè in laicũ consentire. nam pacto priuatorum. &c. ff. de reg. iur. l. neque pignus. §. priuatorum. cap. si diligenti. de for. compe. cum suis concor. Sed ius publicum consistit in sacris & sacerdotibus. 1. dist. cap. ius publicum.

Maximè in hoc casu vbi tale ius est concessum non in fauorem Clericorum tantum, sed totius Cleri. de sen. excom. ca. contingit dicto ca. si diligenti. ergo dicti Clerici impetrantis taciturnitas tacentis se Clericum in gratia prę dicta & coram iudice non suo principi vel iudici prædictis iurisdictionem non tribuit: immò quod fortius est, si Clericus expresè se Laicum fateretur coram iudice seculari qui scit vel scire debet eum Clericum, non excusaret secundum Inno. in ca. vt fame. de sen. excom. & idem no. Io. An. in cap. si iudex. de sen. excom. lib. 6. in nouella sæpius allega. fa. quod not. Bald. in dicta l. si qua per calumniam vbi reddit rationem, quia ista confessio est facta coram

coram iudice non competenti alleg. dictum c. at si Clerici.

Sexto releuare non videtur. quod iste forte communi opinione habebatur pro Laico: nã licet communis opinio hoc operetur, quod ea durante seruetur gratia prædicta, manifestata tamen veritate cedit opi. 8. di. c. veritate. & sic declarabitur nulla gratia & totus processus inde secutus sicut no. de sententia lata per falsos testes. de excep. c. cum venerabilis. & in sententia excommunicationis lata post appellationem legitimam non prosecutam de sen. excom. c. licet lib. 6.

Septimo non videtur obstare glo. in præall. auth. Clericus. C. de Epi. & Cle. vbi glos. videtur tenere Iudicem secularem posse Clericum absoluere à crimine. Nam Bal. ibidem tenet contrarium, & hoc est ex eo, quia deficit iurisdictio. vnde cum iudicium non possit fundari, non potest ferri sententia pro vel contra vt dicto c. at si Clerici. & ista est veritas secundum eum.

XV. Octauo non videtur excusare contraria consuetudo, quia non valet. vtpote contra statum & libertatem Ecclesiæ, & onerosa & grauosa Ecclesijs. c. 1. de consue. c. nostram. & c. cum inter eo. ti. c. decernimus. c. quanto. c. Cler. de iudi. c. quæ in Ecclesiarum. de consti. & c. Ecclesia sanctæ Mariæ. eo. ti. de rebus Eccle. non alie. c. fi. 96. di. c. bene quidem. in auth. cassa. C. de sacrosan. Eccle. & ibid. Bar. Bal. & Sali. & Inno. & Sicu. in c. nouerint de sen. excom. fa. not. per Io. Fa. in auth. statuimus. C. de Epis. & Cler. Et maximè cum dicta consuetudo sit contra iura habẽtia perpetuam causam prohibitionis: ne-

dum canonica & ciuilia, immò etiam diuinas 191
quare non tenet.10.di.c.vides 25.di. c.imperia
li.di.c.si diligenti.C.de legi.l.non dubium.im
mò potius videtur corruptela dicenda de con-
sue.c.cum venerabilis:cum temporis diuturni
tas sine veritate sit erroris vetustas.8.di.c.veri
tate.& quanto diuturniora sunt peccata, tanto
grauiora.32.q.7.c.flagitia.de consue.c.fi.

Nec iuuare videtur Episcoporum toleran- 159.
tia, immò culpę eorum est ascribendum.fa.ca.
ad reatu 81.di.& ex tali facto iura præcipiunt
Clericos puniendos:idcirco patientia non suf
ficit:& cum Cler.pœnam mereatur, inde præ-
mium consequi non debet. l. fine hæreditaria.
de negotijs gestis &c.ibi conco. Dantes l.in gl.

Et hanc secundam partem crederem salua
correctione de Iure veriorem. Ex qua talis ad
titulum quæstionis elicitur responsiua conclu
sio. Laicum iudicem vel secularem Principem
à crimine Clericum absoluere non posse Iure
clarum esse videtur. Plura alia essent materiæ
occasione discutienda, quæ in aliud tempus
differri operæ pretium arbitror. Hæc igitur
pauca perstrinxisse sufficiat ad Dei laudem,
gloriam, & honorem Amen. Stephanus Aufre
rius. V.I.D.

ADDE IVDEX DOMICILII NON inquirit de delicto alibi commisso, nec concedit abolitionem in prȩiudicium territorij, vbi delictum commissum est.

Delictum semel per abolitionem dispensatum vim habet absolutoriæ, nec de eo amplius quæri potest, elegãter per Frã. Marc. dec. 700 n. 7. Itẽ de delicto

vnius

dicat in delicto vel damno illato. Postremò indubitatum est, quod gratia, venia, & abolitio extra territorium delicti commissi concessa, non valet ab eo qui potestatem non habet. Clarus in crim. q. 57. nu. 9. & 12 Cassan. in consuet. Burgund. §. 5. des Iustices in verbo du Prins nu. 16. Bossius in tit. de remed. ex clemētia princip. nu. 51. & Iacobinus in feudis in verbo, Sed an princeps. Vbi tradit quod solus Princeps pœnas remittere poßit. Per hac nuper respondi cum consultißimo viro Hermanno Zur lam Lenepio Iuris Licentiato, Senatore & affine meo amicißimo, cū de tali quæstione quæreretur, An iudex domicilij posset de delicto alibi commisso inquirere, & desuper gratiam vel veniam facere, talem abolitionem vel veniam Iudicis non valuisse neq; præiudicare potuisse Iudici territorij, vbi delictum commissum fuit. Priora argumenta de dispensatione & venia semel data, ita intelligi debent, si modo dispensatio facta sit ab eò, qui dandi facultatem habuit. Clarus d. q. 57. nu. 9. Viuius d. loco in com. opin. in verbo Iudex. nu. 4. & 5. Vide Bonif. Vitalinum tit. de inquisit. nu 61. Matthews Boyß D.

NOTA.


Ob chartam hic vacantem ad pag. 62. ante nu. 15. addendum fuit, quod variæ sint opiniones de origine Imperij, alibi enim dicitur, quod à gladio, alibi quod à fortuna originē habeat, alibi verò quod Papatus & Imperium fraternizent, & ambo sint à Deo, gloss. in §. sancimus in auth Quomodo opor. Episcopos, Albericus in l. cunctos populos, C. de summa trinita. concludit, quod Imperium habeat qui-

dem initium à violentia, tamen voluntate, & permißione diuina. Ita notat Felinus in cap. 12. num. 13. De præscriptionibus.

ADDE *ad pag. 113. ad num. 81. quod Rolandus à Valle consi. 12. num. 26. & sequentibus per multas rationes, & auctoritates probat veriorem, & communem esse sententiam, Clericum falsum testem à Laico puniri non posse.*

Ad num. 95. fol. 132. Adde. Papa tantum ius positiuum canonico iure tollere potest, secus in Iure Ciuili, quod tollere non potest, si non inducat peccatum. Item legem positiuam, quæ in se habet rationem naturalem vel diuinam, vt est lex prohibens pluralitatem beneficiorum, tollere non potest, vide Hippol. sing. 599. Hæc boni consulat Lector. Matthæus Boyß D.





SEQVITVR

ADDITIO EIVSDEM STEPHANI AVFRERII, IN qua continetur Tractatus vtilissimus.

De potestate Sæcularium in personas Ecclesiasticas; earumque res & bona.

ET VICE VERSA.

De potestate Ecclesiæ, & priuilegijs eius contra Laicos.

Per quatuor Regulas, quarum seriem pagina sequens indicat.

TITVLI PRIMI
DE POTESTATE SECVLARI SVPER ECclesiasticis personis. & rebus.

REGVLA I. CVM FALLENT. XXI.

Clerici non possunt coram sæculari Iudice conueniri de crimine, nec valet consuetudo in contrarium.

Fallit.

PRimo. Si Papa causam talem deleget alicui principi.

2. In Clerico falsum deponente coram sæculari.

3. Vbi Ecclesiastica potestas deficit.

4. In degradato Clerico.

5. In deposito, excommunicato & crescente contumacia Anathematizato.

6. In Clerico ioculatore, qui anno vel tertio monitus non destitit.

7. Fallit in Clerico coniugato non deferente habitum & tonsuram Clericales.

8. Fallit in Clerico in minoribus constituto, qui duas vxores habuit, vel qui cum vidua aut corrupta contraxit.

9 Fallit in clericis carnificinā aut tabernam publicè tenentibus.

10. Fallit vbi iudex secularis cognoscit ex delegatione sedis Apostolicæ.

11. Fallit in eo qui assumpsit Clericatum, post-

postquam fuit captus à seculari vepus in carcere.

12. Fallit in casu violationis saluagardiæ.

13. Fallit in portu armorum.

14. Fallit cum per Clericos fit offensa regijs officiarijs officiando.

15. Fallit vbi Clerici volunt vsurpare iurisdictionem regiam.

16. Fallit in Clerico artifice in artificio delinquente.

17. Fallit in Clerico assumente officia, & administratione Laicorum, si in illis delinquit.

18. Fallit in Clerico assassiuo.

19. Fallit in Clerico qui diu se immiscuit sæuis & enormibus, habitu & tonsura relictis, qui in delicto deprahenditur.

20. Fallit in apostata, qui relinquit ordinem Clericalem & habitum, & deprehenditur in crimine.

Idem in Clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma.

21. Fallit in Clerico arma militaria deferentem, qui si tertio monitus à suo prælato non desistit.

REGVLA SECVNDA TITVLI *de potest. sæculari.*

Clerici in caussa ciuili etiam volentes de Iure non possunt coram Iudice sæculari conueniri contraria consuetudine non obstante.

Fallentiæ 33.

Primo fallit in causa ciuili feudali.

2. Fallit in Episcopo, vel Clerico habente iurisdictionem temporalem iure feudi.
3. Fallit in causa reconuentionis.
Ista fallen. limitatur quinque modis.
4. Fallit in actione reali.
5. Quando Clericus, qui vendidit Laico inquietato, vocatur pro euictione, vel guarentia.
6. Fallit vbi Clericus efficitur hæres Laici iã conuenitur coram seculari.
7. Vbi pater Laicus vult emancipare filium Clericum.
8. Fallit in insinuatione fienda de donatione excedente, facta per Laicum.
9. Fallit vbi statuto caueretur, quod non valerent legata nisi insinuatione testamenti facta coram seculari, tali & contingeret Clericum institui in testamento in quo legata essent relicta Laicis.
10. Fallit in Clerico se opponẽte in executione sententię latæ inter Laicos coram seculari.
11. Fallit vbi Laicus hæres vult facere publicationem testamenti, & Clericus dicit se successurum.
12. Fallit, vbi Laicus hæres faceret inuentarium hæreditatis coram seculari, vocatis creditoribus & legatarijs, & Clericus esset creditor vel legatarius.
13. Fallit in Clerico qui successit prędoni in fraudem iuris.
14. In Clerico apud quem ex ordinatione iudicis secularis factum fuit depositum.
15. Fallit in iudicijs duplicibus.

16. Fal-

16. Fallit vbi conuenienda esset vniuersitas Clericorum & Laicorum, & maior pars esset Laicorum. 196

17. Fallit vbi Laicus & Clericus compromiserunt in Laicum, à laudo cuius fuit appellatum.

18. Fallit quando Clericus est obligatus scædula manu sua, vel sigillo suo corroborata.

19. Fallit cum Laicus obligatus Clerico prætendit obligationem factam sine causa, vel debitum solutum.

20. Fallit quando Clericus se obligat, & vult compelli curias temporales & rigores sigillorum regiorũ cum hypothecatione bonorum suorum.

21. Vbi per Episcopum causæ pæcuniarię Clericorum, vel aliæ ciuiles essent alicui Laico delegatæ.

22. Fallit vbi Clericus in causa appellationis per eum factæ ad Laicum condemnatur per Laicum in expen.

23. Fallit vbi Clericus communi opinione habetur pro Laico, vel vbi dubitatur an sit Clericus.

24. Fallit in possessorijs beneficiorum, vel aliarum rerum, aut iurium Ecclesiasticorum.

25. Fallit in causis etiam proprietatis beneficiorum in regula vacantium, aut aliorum, quorum collatio pertinet ad Regem.

26. Fallit cùm agitur de reparatione Ecclesiarum.

27. Fal, in censibus & tributis.
28. Fallit in datione tutelę.
29. Fallit in Clerico minore cui dandus est curator.
30. In regno Franciæ propter notorium abusum.
31. Fallit in regno, quando fit aliquid contra pragmaticam sanctionem.
32. Fallit in Clerico negociatore.
33. In Clerico patiente se condemnari à seculari, & postea in executione allegat priuilegium.

Ampliationes 6. prima & secunda Regula.

1. Extende primam & secundam regulas etiã ad concubinas quę forum Clericorum sequuntur.
2. Ad vxores Clericorum coniugatorum portantium habitum & tonsuram.
3. Ad familiam Clericorum.
4. Ad heremitas.
5. Ad rectores hospitalium auctoritate Episcopi ædificatorum.
6. Ad fratres tertij ordinis videlicet beguinos

QVAESTIO.

An in casibus præmissis, in quibus Clerici coguntur litigare coram sæculari iudice, Clerici in illis casibus ligentur statuto, stilo, aut consuetudine fori sæcularis. nu. 40.

REGV-

Manus violentas inijciens in clericum est ipso iure excommunicatus.

Idem de conuersis & nouitijs cuiuslibet religionis.

Declarationes huius regulæ.

1 Amplia ad conuersos sæcularium Ecclesiarum

2 Ad mulieres quæ dicuntur canonicæ sæculares,

3 Ad beguinas,

4 Contra detinentem Clericum in carcere vel loco priuato.

Idem in eo qui tenuit clericum per tunicã,

Idem de eo qui spuit aut aquam mittit super eis.

Idem si fiat vis in rebus eorum.

Quod limitatur octo modis.

5 Ad mandantem.

6 Ad eum qui dolo induxit alium ad percutiendum.

7 In auxiliante cooperante & consiliante & etiam in prohibere volente & non obuiante.

8 Ad clericũ qui voluntariæ se subijcit verberibus, nam venit excomunicandus & verberans est excommunicatus.

Fallentiæ regulæ, Duodecim.

1 Fallit si quis clericum percutiat leuitate

 iocosa

iocosa,non ex odio, reg.tertiæ.fallen.1,

2 Quando causa correctionis vel disciplinæ

3 Quando ratione officij expellendo clericos perturbantes diuinum officium.

4 In clerico reperto in crimine flagrãti quia potest detineri per 24. horas ad conueniẽdum testes.

Quid de suspecto de fuga.

Quid de remissione fienda post captionẽ.

Quid de confessione facta coram sæculari

Quid de tortura.

Quid de expensis.

5 Fallit ratione defensionis tam sui quam suorum.

6 In clerico turpiter inuento cum persona sibi propinqua, matre, vxore, sorore, vel filia.

7 In omnibus casibus, in quibus quis perdit priuilegium clericale, de quibus in fallentijs. 1.reg.

8 In probabiliter ignorante clericatum.

9 In inuasore sedis Apostolicę.

10 In casu.c.vbi periculum.

11 In puero & ignoscente.

12 Quando laici capiunt clericum ad mandatum sui episcopi.

REGVLA QVARTA TITVLI
1. de potestate *sæculari.*

Laici de negotijs ecclesiasticis se intromittere non debent.

Fallentiæ regulæ 63.

1 Fal. quando faciunt ex delegatione ecclesiasticorum.

2 Fallit

2 Fallit in rege Franciæ, qui gratias concedit clericis criminosis.
3 Fal. pro vsu funeris inter laicum.
4 Fal. in iuramento.
5 Fal. quando clericus agit contra laicum actione rei ven.
6 Fal. in sacrilego.
7 In contractu vsurarum.
8 In quæstione facti.
9 Fal. vbi dubitatur an materia sit pure ecclesiastica.
10 Fal. in laico arbitratore electo ad cognoscendum de vsura.
11 Fal. in crimine adulterij in quo agitur ad pœnam sanguinis.
12 In casu falsi in litteris apostolicis per laicũ commissi.
13 In sortilegis & diuinatoribus.
14 In blasphemia.
15 In crimine sodomiæ.
16 In iuramento feudali.
17 In laico symoniaco.
18 In delicto commisso in ecclesia per laicũ.
19 In fructibus decimarum inter laicos.
20 Fallit in cognitione an sit habitus clerical. vel non.
21 In causa iuris patronatus vbi agitur de facto.
22 In laico fideiussore clerici.
23 In fructibus & emolumentis temporalibus, prouenientibus ex rebus spiritualibus.
24 In clerico pro debito regio capto Ecclesiæ remisso.
25 In datione tutorum pupillo clerico.

26 In

26 In iniuria facta clerico per laicum.
27 Exequendo sententiã iudicis ecclesiastici.
28 In appellatione facta ab ecclesiastico, qui conuenerat vt delegatus à principe vel ab alio sæculari.
29 In articulo necessitatis, in quo licitum est confiteri laico.
30 In laico cui delegata est causa ciuilis clerici.
31 Laicus potest esse procurator in causa ciuili clerici.
32 Laicus potest esse vicarius Episcopi.
33 Laicus potest esse operarius in ecclesia.
34 Laicus potest esse assessor iudicis ecclesiast.
35 Laicus potest esse notarius in curia episcopali.
36 Laicus potest prædicare verbum Dei in Ecclesia de licentia episcopi.
37 Laicus & clericus possunt esse compromissarij in causa spirituali.
38 Laicus potest torquere clericum de mandato prælati.
39 De mandato abbatis potest quem recipere ad professionem.
40 Laicus pro sua vel suorum iniuria potest accusare Clericum.
41 Laicus si est parrochianus vel patronus, potest agere contra promouendum.
42 Laicus parrochianus vel patronus potest ciuiliter denunciare crimen clerici, quando sua interest habere bonum prælatum.
43 Laicus testificatur in causa criminaliter cõtra clericum.
44 Laicus iudex supplet negligentiam clerici

cognos-

cognoſcentis de vaſallis.

45 Laicus iudex ſæcularis in criminibus mixtis ſupplet negligentiam iudicis Eccleſiaſtici.

46 Laicus Imperator reges & principes, data negligentia poſſunt congregare concilium.

47 Laicus princeps ſæcularis per legem ſuam poteſt limitare ſeu interpretari ius diuinum.

Et Laico etiam imperatori ſubijcere ſe poteſt Papa.

48 Laici poſſunt præſcribere quod certo die habeant candelas.

49 Laicus præſcribere poteſt decimas.

50 Laicus poteſt eſſe rector vniuerſitatis.

51 Laicus poteſt in Eccleſia habere præbendam.

52 Laicus poteſt habere bancam, & ſedem in Eccleſia.

53 Laicus poteſt acceptare beneficium pro clerico abſente.

54 Laicus poteſt eſſe conſiliarius in eccleſia.

55 Laicus iudex poteſt exequi legata pia.

56 Laicus poteſt eſſe delegatus in cauſa clericorum.

57 Quod Laici non debeant ſtare in choro cõtrarium ſeruatur.

58 Laicus iudex cognoſcit de reintegratione poſſeſſionis matrimonium.

59 Laici poſſunt eſſe arbitri ad cognoſcendũ de cauſa ſuſpitionis clerici.

60 Laicus quilibet poteſt agere pro Eccleſia læſa.

61 Laici poſſunt intentare interdictum pro Eccleſia.

62 Quilibet parrochianus poteſt agere actione rei

ne rei

he rei vendicationis pro rebus Ecclesiæ.

63 Quilibet laicus poteſt agere pro iniuria factа ſacerdoti.

TITVLVS SECVNDVS DE POTESTATE *Eccleſiæ ſuper Laicis & rebus eorum, per 149 caſus.*

1 Pro crimine eccleſiaſtico poteſt iudex Eccleſiaſticus capere laicum purum, & eum carceri mancipare.

2 Poteſt iudex Eccleſiaſticus pecuniialiter punire laicum, eccleſię temporaliter ſubiectū

3 In concernentibus pietatem.

4 Pro quolibet peccato.

5 Iudex laicus monitus tertio iuſticiam miniſtrare cler. ſi non fecerit eſt excōmunicatus.

6 Poteſt iudex Eccleſiaſticus mandare ſæculari iudici ſub pœna excommunicationis, vt non exequatur teſtamenta vſurariorum.

7 Idem de teſtamento inceſtuoſi.

8 Poteſt Eccleſiaſticus prohibere ſæculari iudici ne procedat contra clericum etiam coram laico litigare volentem.

9 Poteſt iudex Eccleſiaſticus mandare ſæculari iudici, vt non cognoſcat de cauſa dependēti à cauſa coram eccleſiaſtico inchoata.

10 Poteſt epiſcopus interdicto ſubijcere locū, quando offi. tēporales nolūt remittere clericū.

11 Poteſt iudex eccleſiaſticus ſibi eligere tribunal, & in in eccleſia & in camera ſua.

12 Poteſt iudex Eccleſiaſt. in ſententia criminalium reſeruare gratiam domini.

13 Si fuerit compromiſſum in clericum, & laicum & appelletur, epiſco. poteſt audiri.

14 Vbi

14 Vbi Clericus & Laicus simul pronunciant appellatur ad epis. 200
15 Vbi Collegium est pro maiori parte clericorum denominatur Ecclesiasticum.
16 Si plures sunt laici quã cle.tunc est sęculare
17 Si plures simul sunt inquisiti quorũ vn⁹ est cler.qui petit se remitti,omnes alij etiam laici remitti debent.
18 Si arbitrator est clericus, reformatio sui laudi petitur coram clerico superiore.
19 Si epis.iudicat & habet iurisdictionem tẽporalẽ in qua non recognoscit superiorẽ temporalem quia non habet in feudum, appellat ad Ecclesiasti cum superiorem.
20 Iudex Ecclesiast.ratione iuramenti cognoscit inter laicos.
21 Pro simulato cõtractu vel vsurario à quib. est petita dispensatio à iuramen.agitur coram dispensante.
22 Ratione iuramenti præstiti per defunctum eius hæres conuenitur coram ecclesiastico.
23 Laicus etiam seruiens regi conueniri potest coram iudice ecclesiastico ratione armorum sibi per seruientem sublatorum.
24 Epis.potest habere familiares & seruientes armatos pro custodiendis scalatis vel ducendi ad carcerem longinquum.
25 Epis.cognoscit de delicto officiariorũ suorũ delinquentium in suo officio,etiã si sint laici.
26 Iudex Ecclesiast. potest cõpellere iudicem laicum per excommunicationem ad sibi dandum familiam & auxilium, vt sententia ecclesiastici exequatur etiã nõ monstrato processu.
27 Causa dotis corã Ecclesiast. deduci potest.
28 Ecclesiasticus iudex potest compellere

hæredem defuncti ad satisfaciendum de delicto defuncti pro anima exoneranda.

29 Ecclesiasticus iudex potest compellere laicos ad obseruandum laudabiles cõsuetudines Ecclesiæ.

30 Ecclesia potest se intromittere de notorio crimine vt pæniteat & satisfaciat.

31 Quando iurisdictio Ecclesiastici prorogatur à laicis, cognoscit legitimè iudex Ecclesiasticus inter laicos.

32 Contra blasphematores.

33 Contra violatores pacis.

34 Imponit pœnam verberum.

35 Creant tabelliones in eorum iurisdictione & in spiritualibus.

35 Clerici etiam prælati possunt licitè arma mouere & in propria persona bellum indicere vel gerere de mandato Papæ.

36 In causis miserabilium personarum.

37 Episcopus habet fiscum.

38 Ecclesia potest compellere laicos ad treugam.

39 Clericus potest conuenire suum expoliatorem coram Ecclesiastico.

40 Subditus imperatori potest ipsum imperatorem conuenire coram Papa.

41 Clericus patronus cum laico facit censeri iuspatronatus esse Ecclesiasticum.

42 Iudices sæculares possunt cogi per censuram Ecclesiasticam vt repellant excommunicatos ab agendo & testificando in curijs sæcularibus.

43 Iudex sæcularis qui vult compellere clericum ad debitum liquidum soluendum desistere com-

rè compellitur per Ecclesiasticum iudicem.

44 Ecclesiasticus compellit sæcularem iudicem ad obseruandum ius canonicum quod ad prouisionem animarum statutum est.

45 Idem quo ad admittendum fieri executionem de iudicato per iudicem Ecclesiasticum.

46 Ecclesiasticus cognoscit inter temporales vbi habet temporale dominium.

47 cognoscit ecclesiasticus de causis matrimonialibus spiritualibus etiam annexis.

48 Ex delegatione facta à temporali cognoscit Ecclesiasticus circa sanguinem.

49 Per reconuentionem.

50 Per præoccupationem in criminibus mixtis prohibitis ab vtroque iure.

51 Inter Laicos qui sunt de familia Ecclesiæ.

52 Quotiens est quæstio de fide.

53 De criminibus per ius canonicum introductis.

54 Vbi iudex laicus est negligens.

55 Contra verberantes monachos conuersos aut moniales.

56 Contra inobedientes sententia delegati.

57 Contra habentes litteras Apostolicas falsas.

58 Contra incendiarios quarumcunque rerũ.

59 Contra effractores ecclesiarum.

60 In principes & officiarios sæculares qui tertiò moniti recusant facere iustitiam super causis Ecclesiarum.

61 Contra illos qui recipiunt Papam electum à paucioribus quam à duabus partibus.

62 Omnes qui angarias & exactiones indebitas imponunt ecclesiasticis personis.

O 63 Con-

63 Contra recipientes res Ecclesiæ medio alienationis facto à scismatico.
64 Contra expoliantes Christianos naufragiũ patientes.
65 Contra facientes obseruari statuta & consuetudines contra Ecclesiam factas.
66 Contra insectantes cardinales, aut familiares Papæ & cardinalium scientes & consentiẽtes & auxiliantes.
67 Contra eos qui dant licentiam offendendi eos qui excommunicationis aut interdicti sententiam tulerunt.
68 Contra omnes qui in domo seruiunt iudæis paganis aut sarracenis.
69 Contra deferentes equos arma, aut alia Sarracenis Turcis aut Paganis.
70 Contra iniuriantes Episcopos.
71 Frangentes interdictum.
72 Contra assentientes electioni Senatorum Romæ sine licentia Papæ.
73 Contra alloquentes cardinales in conclaui aut mittentes aliquem.
74 Dãnificantes viros ecclesiasticos, eo quod noluerunt eligere aliquem ad preces illorum.
75 Contra occupantes bona Ecclesiæ prætextu regalis.
76 Contra extorquentes absolutionem per vim.
77 Contra compellentes aliquos prælatos ad subijciendum Ecclesias vel bona illarum.
78 Contra exigentes pedagia à viris Ecclesiasticis pro se & rebus suis.
79 Contra impedientes iurisdictionem delegatorum.

80 Contra prohibentes subditis suis ne vendant viris Ecclesiasticis aut emant aut molant vel similia.

81 Contra præceptores, qui docent leges religiosis habitu relicto.

82 Contra sepelientes hæreticos.

83 Contra temporales cognoscentes de crimine hæresis & contra impedientes ecclesiasticos iudices ne cognoscant.

84 Cōtra assassinos vel mandantes per eos interficere aliquem.

85 Contra locantes domos vsurarijs ad fenus exerçendum.

86 Contra concedentes repræsalias contra ecclesiasticos viros.

87 Contra detinentes sequæstrum post sententiam diffinitiuam.

88 Contra impedientes visitatores monialium.

89 Contra assumentes statum beguinarum.

90 Contra omnes scienter contrahentes matrimonium in gradibus consanguinitatis.

91 Contra omnes approbantes quod vsuræ soluantur.

92 Contra participantes cum excommunicatis publicè in crimine damnato.

93 De arris datis in matrimonio Ecclesia cognoscit.

94 Episcopus potest esse delegatus principis.

95 Licitè prælati impediunt consilium & auxilium dominis temporalibus pro conseruatione reipublicæ.

96 Episcopus potest excommunicare principem laicum suæ diœcesis.

97 Episcopus potest administrare bona principis laici, & tamen pro reddenda ratione non potest incarcerari.
98 Episcopus ratione iuramenti poterit cognoscere de prauitate vel simulatione contractus.
99 Si iudex sęcularis est suspectus, tunc potest adiri episcopus.
100 Cognoscit episcopus de conuenticula laicorum.
101 De dote etiam nudo modo promissa.
102 Exequitur sententiam latam per laicum contra Clericum reconuentum.
103 De laudo lato contra clericum.
104 De clerico conuento, succedente laico.
105 restituit in integrum Clericum minorem contra laicum.
106 De clerico cōreo debendi cum laico.
107 De quocunque peccato laici.
108 De miserabili persona.
10[illegible] Compellit iudicem sæcularem facere iusticiam.
110 Concurrit cum sæculari iudice, aliquando in cognitione.
111 Papa est iudex omnium, quamuis non habeat exercitium.
112 Papa habet iurisdictionem in omnes laicos, quantum ad decidenda dubia legistarum in quibus sunt variæ opiniones.
113 Papa deponere potest laicum à sua dignitate.
114 Papa potest absoluere laicos à subiectione principis.
115 Ex causa Papa potest absoluere aliquem

ab ob-

ab obligatione quæsita laico contracta ex fidei præstatione solui.
116 Ecclesiasticus iudex cognoscit de noui operis nunciatione facta per clericum.
117 Cognoscit etiam de.l.diffamari in casibus concernent.forum Ecclesiasticum.
118 Pro quolibet damno dato potest adiri iudex Ecclesiasticus, vt generaliter excõmunicet.
119 Potest astringere partes ad concordiã, quãdo lis multum durauit, & est intricata.
120 Potest absoluere vel punire punitum vel absolutum à sæculari de crimine punibili per Ecclesiam.
121 cognoscit de causis conditione.cap.re integrando intentatis.
122 Cognoscit de interdicto vti possidetis intentato per clericum contra laicum.
123 De omni fraude facta Ecclesiæ aut reb.
124 Vbicunque reperitur iudicem Ecclesiasticum posse excommunicare laicum.
125 De omni crimine, vt pænitentia imponatur.
126 Papa succedit vacante principatu non cognoscente superiorem.
127 Emphiteota potest per iudicem Ecclesiasticum compelli ad reficiendum rem emphiteotecariam.
128 Ecclesiarum ordinarij possunt compellere omnes iudices sæculares & dominos vt permittant administrare sacramenta pænitentiæ & Eucharistiæ damnatis ad mortem petentibus.
129 Cognoscit contra reuelantes pecca-

ta di-

ta dicta laico in confeſſione neceſſitatis.
130 Contra piratas, latrũculos, curſores & eo rum receptores.
131 Contra imponentes noua pedagia.
132 Contra inuadentes ſeu impedientes victualia ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria.
133 Contra expoliantes vel mortem inijcientes ſine iuriſdictione.
134 Contra ſe ſubtrahentes ab obedientia Romani pontificis.
135 Contra vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam.
136 Contra iniuriantes peregrinos, ad vrbem euntes.
137 Contra occupantes res Romanæ Eccleſiæ.
138 Contra exenterantes corpora mortuorũ, vt carnem ab oſſibus ſeparent.
139 Contra facientes libellos diffamatorios contra ordinem minorum & prædicatorum.
140 Contra intrantes monaſteria monialium.
141 Contra ſcholares Bononiæ conducentes domos aliorum, &c.
142 Contra male dirigentes moniales in electionibus Abbatiſſarum.
143 Contra procurantes vt conſeruatores ſibi dati ſe intromittant de alijs quam de manifeſtis offenſis.
144 Contra fingentes cauſam vt iudex vadat ad mulierem perſonaliter ad teſtimonium ferendum.

145 Con-

145 Contra nouas religiones vel habitus assumentes. 204

146 Contra accipientes res Ecclesiæ alienatas, in casu non permisso.

147 Iudex Ecclesiasticus habet dare auctoritatem in actibus spiritualibus gerendis cum minore.

148 Quando pater vult emancipare filiũ clericum &ei dare partem hoc potest fieri coram iudice ecclesiastico.

149 Iudex Ecclesiasticus potest compellere sęcularem iudicem, vt liberet quemcunque captiuum quem in carcerem iuste detinet.

FINIS *Fallentiarum.*

P 4 TRA-

hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferiora demergi. Vt etiam ii.
Imperatores Christiani pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus, & Deo militans minimè se negotijs secularibus implicaret, ac vicissim ne rebus ille diuinis præsidere videretur, qui secularibus negotijs esset implicatus.

Proinde Laicis etiam religiosis super Ecclesijs & personis Ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas nô auctoritas imperandi. Vnde Cælestinus 3. eius in epistola decretali, non abs re protestatur suæ intentionis non esse regis Francorum iurisdictionem perturbare vel minuere, cum rex ipse iurisdictionem Ecclesiæ nec vellet, neque deberet impedire. Nam si Regum ipsorum gloriosissima gesta mente reuoluamus, non modo vniuersalis Ecclesiæ iura violare, aut quoquo modo perturbare semper abstinuerût Quinimò aduersus eorundem inuasores, innumeros duxerunt exercitus. Et ex præsenti Franciæ regno per rigidas alpes magnis periculis & laboribus transeuntes durissima longissimaq; bella gesserunt. Quod factum est, vt Francorû domus prò singulari laude inter omnes fideles Christianissima nuncupetur. iij. iiij.

Nihilominus à tempore quo munus officialis Tholosani gerere cœpi, spirituales, officiales atque temporales in plerisque casibus vidi frequenter vtrinque sese molestare. Nobis di-

centibus Ecclesiasticam iurisdictionem, immunitatem & libertatem per antedictos seculares in dies opprimi, lædi, turbari, & multifariam vsurpari. Illis autem in gratia de temporalis regalisque iurisdictionis præiudicium grauamina, nouitates, & vsurpationes complures per nos fieri & attentari quærentibus.

Hinc ipse prouocatus Anno Domini 1485. Nouembris. pe. Lucæ Cle. vt Clericorum de offi. ordi. in Cle. publicè repetendo. casus nonnullos in quibus Iudex secularis de Clericis cæterisque personis Ecclesiasticis, ac eorum causis, rebus, & negotijs cognoscere, necnon iudicare, aut aliàs illis se immiscere de iure possit, ac è diuerso Iudex Ecclesiasticus de Laicorum personis, eorumque causis aut negotijs cognitionem atq; diffinitionem sibi possit vendicare, aut pariter illis se immiscere in mediũ tunc adductis, cum aliquibus conclusionibus ibidem publicè disputatis, sub huiusmodi breui compendio colligere decreui.

Verum quia nil tam perfectum in humanis adinuentionibus reperitur, quod ex aliqua sui parte defectum aliquem non patiatur: si quid in eo minus bene positum, superfluumque vel diminutum inueniatur, id scientiæ defectui non erubescam imputari, hinc nostræ lucubratiũculę lectores apprimè velim exoratos vt malè posita vel scripta (liuoris peste postposita) corrigere & emẽdare non dedignentur, imperfectum quoque scientiæ suppleat perfectio caritatis eorundem. Præterea intentionis nostræ nequaquam existit iurisdictioni, consuetudinibus, priuilegijs aut libertatibus sanctæ matris

Ecclesię vel regię maiestatis in aliquo detrahere, vel derogare, determinationi sedis Apostolicæ me semper submittendo. 206

Prima conclusio fuit talis, quamuis Ecclesiasticę & seculares iurisdictiones sint distinctę: veruntamen à Papa iurisdictio Imperatoris censetur emanare.

Secunda conclusio. Et si Papa gladij temporalis exercitium non habeat, apud eum in suprema censetur potestas. Huiusmodi conclusionum probationes & improbationes, ac improbationum saluationes impræsentiarũ breuitatis gratia prętermittere constitui, quando quidem ista latius descripserim in alle. repeti. 1. & 2. q. principalibus. De quibus etiam pleni⁹ per Antho. Flore. in 2. parte tertiæ partis. ti. 23. Fran. Pan. in extraua. Vnam sanctam Cardi. scilicet Sixti in tract. de Papa. qu. 64. Pe. de monte in sua Monarch. in 3. lib. incipiente. Expeditis his, Antho. in repetit. ca. per venerabilem, qui fi. sint legi. 10. col. Oldra. consi. 84. Angel. in l. de precatio. ff. ad l. rodiam. de iactu. Arch. in trac. de hæresi. 25. carta. in ver. & quia est tanta præeminentia, & Milis in rep. in versi. iurisdictio. ver. iurisdictionis prorogatio, vbi ait, quod in Papa non cadit iurisdictionis prorogatio, cùm sit iudex ordinarius cunctorũ. Et ibi, & in verbo Papa. vers. Papa non solùm dicit, quod Laicus cõuentus coram Papa, si dicat eum non esse iudicem suum, ineptè excipit: nã dicere debet Papam non habere in eo iurisdictionis exercitium. Et ita refert in Rota practicari.

Et si quis forsan diceret. Ad quid valet suprema potestas, quã habitu Papa censetur habere. vide

vide vbi supra circa finem secundæ quęstionis vbi tenui valere ad multa,& primò,vt ipsum Imperatorem tanquam inferiorem destituat exigentibus causis.

Item in omnibus arduis negotijs, & maximis difficultatibus generantibus scandalum in Christianitate:nam Papa potest huiusmodi maioritatis ratione se intromittere, etiã inter Laicos,& exercere huiusmodi potestatem sibi à Deo attributam,ibi videre potest latius rationes & iura hæc comprobantia. Adde Sicul.in c.si duobus. de ap.vbi alleg. Inno.idem tenere in c.cum te.de re iudi. & in alle. c. per venerabilem.

Tertia conclusio. Licet priuilegium immunitatis personæ Clericorum sit de iure positiuo,fori tamen priuilegium est de iure diuino, pro quo vltimo est bonus tex. in ca. si Imperator.96.di.vbi glo. quam omnes extollunt & sequitur Zaba.in repe.c.perpendimus.de sen. excom.idem tenent Tancre.Ino.Gofre. Host. Io. An.Sicul.in c.2.de maio.& obedi. Rota decis. 8.11.in antiquis Gemi. in §. lege.2.c. volum.4. di.Sicul.in repetitione.ca.Ecclesia. de constit. & in c.solite.6.not.de maio.& obe. & de foro compe.c.si diligenti.Oldra.consil.73. Ludo.in sing.424.incipiente.Sed an possit facere Papa. Sicul.in ca.at si Clerici de iudi.& in cap.fin.de foro compe.c.proposuit de concessi.præben.& c.litteras de resti.spoli.Ex his ponitur regula talis.

SVM-

SVMMARIA AD SEQVENTEM Regulam 1. 207

1. Papa potest dare principi licentiam & auctoritatem iudicandi de Clericis certi loci.
2. Papa eadem ratione, ut potest vnum Clericum subijcere Laico, eadem certos Clericos Principi.
3. Rex & officiarij an, & quam, & super quos Clericos habeant iudicandi potestatem.
4. Argumentum de toto ad partem, an in materia priuilegij sit validum.
5. Papa an possit statuere quod Clerici in sacris non sint obligati ad horas canonicas.
6. Clericus falsum deponens coram iudice seculari, potest ciuiliter puniri.
7. Aduocatus pars, vel notarius Clerici coram iudice delinquentes possunt ciuiliter puniri.
8. Clericus coram iudice seculari falso vtens instrumento ciuiliter puniri potest.
9. Clerico coram iudice seculari testimonium ferre prohibetur.
10. Religiosi an possint compelli testimonium ferre in curia ciuili.
11. Iudex Laicus potest corrigere Clericos deficiente Ecclesiastica potestate.
12. Degradatus actualiter censetur de foro seculari.
13. Clericus anathematizatus per secularem potestatem potest comprimi.
14. Clericus ioculator post trinam monitionem non

non deponat, omne priuilegium Clericale perdere debet.

PRIMA REGVLA, TIT. I. DE POTEstate seculari super Ecclesiasticis personis.

Clerici non possunt de crimine coram seculari Iudice conueniri, nec valet contraria consuetudo. cap. 1. & 2. 11. q 1. cap. Clerici de iudicijs.

A D D E.

1. Hanc regulam ponit Cassaneus in consuetudines Burgundiæ tit. de iustit. §. 5. versic. sila grace. nu. 47. vbi refert Fallentias 20. ex ordine. nu. 48. vsq; ad numer. 204. Pari modo Benedictus in cap. Rainutius. §. & vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 141. 143. & 155. Enumerat plurimos casus quibus Clericus per secularem Iudicem punitur.
2. Tradit quoq; tales casus 24. mixtim Antonius de Tremolis in addition. ad praxim Bonacursi tit. 2. quibus modis suo nomine & nu. 245. vsque ad finem.
3. Eandem hanc regulam, cum suis limitationibus 22. ex ipso nostro auctore collegit, & posuit ex ordine Lancilotus in tractatu suo laudabili de officio prætoris ad tit. de Inquisitione nu 8. Cur ergo mihi in his remissionibus idem non liceat.

4. His

4. His addo pulcherrimum tit & Commentariũ Matthæi de afflictis in consuetudines Regni Siciliæ vbi Clericus de crimine conueniri debeat.

5. Adde quoq; Clarum in Criminalibus q.36. vbi latißimè, quando Clericus pro delicto coram Ecclesiastico vel seculari conueniri poßit & de eorum exemptione.

6. Idem argumentum pulcherrimè exarauit & declarauit Ignatius Lopes Hispanus, in praxi ad Bernardum Diam cap.62. Matthæus Boyß D.

REgula locum habet; siue agatur criminaliter, siue ciuiliter, vt cap. 2. de foro compe. vbi statuitur, quod nullus Clericus distringi possit aut condemnari à iudice seculari, ad quod tex. in cap. vnico. de Cle. coniugat. libr. 6. ibi trahi non posset criminaliter aut ciuiliter ad iudicium seculare. Nec ab ipsis secularibus iudicibus debere personaliter, vel etiam pecuniariter condemnari, & quod prædicta consuetudo in contrarium non valeat. vide latissimè in deci. Roma. supra alleg. vbi quod ex nulla consuetudiue quantumcunque vetustissima non potuit Rex Angliæ acquirere iurisdictionem in Clericos, maximè propter diuini iuris repugnantiam; & sequitur Gem. in alle. §. lege 4. dist.

SEQVVNTVR LIMITATIONES XXI.

j. Fallit primo regula præsens, vbi Papa ex causa daret vni principi potestatem iudicandi de

de Clericis certi loci vel territorij, ad quod ad duco Zaba. in repe. dicti cap. perpendimus, vbi tenet, quod Papa non posset tollere priuilegium Clericorum quo ad forum, quia illud est de iure diuino, non cærimoniali, sed morali: cōtra quod Papa nō dispensat 25. q. 1. c. sunt qui dā & sequitur Sicu. in alle. c. 2. de maio. & obe.

Et hoc verum, quando id vellet facere ex toto: quo ad vnum autem; vel quo ad aliquos in particulari bene posset secundum Zabā. alleg. ca. lector. 34. di. & quod not. Archi. in alle. cap. sunt quidam. ad hoc. c. vnicum de Cle. coniug. libr. 6. secundum eum. & bene facit. cap. verum. de foro compe. & ca. Romana. §. debet. de ap. libr. 6. Prohibitio enim dispondendi contra ius diuinum in Papa procedit in dispositione vniuersali, quæ tollit ius diuinum non in particulari.

A D D E.

Nota hac & sequentia omnia ad verbum ex hoc auctore clepsit. Cassaneus tit. de iustitia 85. num. 48. nec vno verbo auctoris meminit, Matthæus Boyss D.

Et ideò, qua ratione dicit Zaba, quod vnum Clericum subijcere potest Laico, videtur eadem posse dici de aliquibus Clericis in certis casibus respectu vnius Principis sæcularis, sicut in §. verum. 32. di. Papa commisit duobus ducibus causam Clericorum symoniacorum. & in c. mennam. 2 q. 5. vbi Brunchildi Francorum Reginæ causa spiritualis committitur, & facit c. nos. & si in competenter 2. qu. 7. ad idem tex. in c. illud. 16. q 3. vbi cōmittitur laico, ne per- iij

P mittat

mittat aliquem Episcoporũ Siciliæ parochijs ad se pertinentibus nomine Cathedratici amplius quam duos solidos accipere, neque compellere presbiteros aut Clerum parochiarum suarum supra vires suas eis conuiuia præparare, ad quod glo. in c. Clericus nullum 11. qu. 1. Et si illud facere possit per viam delegationis, nõ minus videtur quod id facere possit per viam priuilegij.

iij. Propter quod Rex & Officiarij eius debent habere facultatem iudicandi & puniendi ciuiliter Clericos in certis casibus, quos priuilegiatos appellant, de quibus latius infra dicetur.

iiij. Nec videtur, quod hic locum habeat argumentum de toto ad partem dicendo, Papa non potest hoc priuilegium fori tollere in toto, ergo nec in parte; dari quidem potest instantia multiplex. Nõ posset Papa vniuers. statuere super non solutione decimarum: & tamen particulariter id facere consueuit, & dispensat cum aliquibus, glo. 2. in cap. à nobis. de decis. & ibi doct.

v. Non posset statuere generaliter, quod Clerici in sacris non essent obligati ad horas dicendas canonicas, quia hoc esset contra ius diuinum, quo canitur septies in die &c. in ca. 1. de celeb. missar. Et tamen Papa dispẽsare potest cum vno, si non super vno, saltem super tanto. Imol. & Zaba. post Lau. in Cle. 2. de cele. missa. propter quæ alia plura quæ longum nimis esset recitare, videtur, quod Papa possit ex causa certos Clericos iudici subijcere seculari.

2. Limi-

2. Limitatio.

Secundo fallit in Clerico falsum deponente corã seculari iudice, quia talẽ potest iudex secularis ciuiliter punire per tex.in l. nullum. C.de testim.& ibi hoc tenet glo.Cy.& Bald.& Fred.de senis.consil. 87. quod incipit. Factum quod proponitur, vbi sic inquit. 5. 6.

ADDE.

Hunc locum nostri auctoris ponit & sequitur Benedictus in cap.Rainutius.§. & vxorem Adalisiam.num. 142. Vide quæ supra posita sunt sub nu. 81. Sed de iure verior est & commodior sententia, quod nec directè nec indirectè secularis Clericum talem puniat. Lopes ad Diam cap. 93. in praxi. Matthæus Boyß D.

Item ad hoc quod obijcit, quod Iudex Laicus non potest punire Clericum de crimine siue principaliter, siue incidenter. Respondeo, quod coram eo non potest de crimine accusari. Sed dico quod iudex secularis Clericũ agentem vel accusatum coram eo calumniosè vel falsa aut varia testificantem potest ex officio extraordinariè punire: ita tamẽ quod executio pœnæ si facienda sit in persona, referuet Episcopo. Si verò sit realis executio fienda in bonis illã poterit facere Iudex secularis, vel distringendo eius fideiussores, quos Cleric. ipse dederit. C. qui accu. non pos. l. 3. Et eodem modo potest punire Clericum ciuilibus deficientem in expen. Et hoc sentit glo. 5. qu. 6. cap. presbyteris alius est. §. & ibi Archa. fac. quod not. de iudic. cap. ac si Clerici. idem tenet Pet. de Ancha. in

repe,c.ea.quæ de regu.iur.lib.6.sub quæstione 22.principali dicens huiusmodi opi.Fede.fundatam in æqua consideratione. Et ista opin.de consuetudine seruatur in præsenti regno.

Cùm autem vna opinionũ habet pro se consuetudinem, illa est præferenda, nam consuetudo est optima legum interpres.c.cum dilectus vbi hoc tenet Sicu. de consuetudine. per l. minimè.& l.si de interpretatione.ff.de legi.& tenet idem Pe.de Anch.in rep.ca.1. de consti.In. 4.oppo.& Sicul.in eo.c.1.& in alle.c. at si Clerici.de iudi.& Clauas.in ver.opinio.

A D D E.

Supra sub num. 81. dixi quædam. Matthæus Boyß D.

7. ij. Et idem videtur de aduocato, parte, vel notario Clericis coram seculari Iudice delinquentibus, quia tales poterit ex officio ciuiliter punire: pro quo fac.no.per Bart. in l. si quis obrepserit in fin. ff. de fal.per l.athletas. §. 1.ff. de his qui no.in fa.

8. iij. Et idem, si Clericus coram iudice seculari vtatur falso instrumento, super quo vidi plura arresta:& inter alia Anno Domini 1389. per curiam parlamenti Parisijs fuit condemnatus Abbas Burgodalan.in 300.li.Turo.capiendis super eius temporali, & priuatus omnibus officijs Regijs, quia commiserat falsitatem in quibusdam litteris quitantiæ, quibus se iuuauerat in curia.

iiij. Et de tempore meo quidam in Ecclesia Cathedrali quadam, maiorem dignitatem habés post Pontificalem fuit per curiam parlamenti Tholo-

Tholosæ in C.lib.Turo.condemnatus,eo quod testes aliquos ad in eadem curia falsum deponendum dicebatur subornasse. Hostien.tamen & alij multi in c. super eod.de fal. & Archi.in ca.in memoriam.19.di.& Lucas de penna.in l. fi.C.de vetera.libr.12.tenent contrarium, & istorum sententiam in mea repetitione tenui de iure veriorem existere per iura & rationes ibi deductas.

Sed quia prohibitum est Clerico coram seculari iudice testimonium perhibere: vt in ca. v.
testimonium.11.q.1.& c.nullus.22.q.5.nisi cum 9.
licentia Episcopi,& in c.super prudentia.in fi. &c.seq.14.q.2.Si Episcopi testificentur sine licentia huiusmodi Clerici,an valeat depositio. Et concludit Sicu.in c.cum nuncius.de testim. quod sic, cum non reperiatur expresse prohibitum,quando sponte deponit.

Et idem concludit de religiosis, cùm simpli 10.
citer permittantur testificari,vt Spe.ti.de test. §.1.vers.item quod est Monachus. & in ca.& si Christus.in fin.de iureiur. & in §. cogitandum in auth.de monach.& ibi gl.& Bal. in auth. ingressi.1.col.C.de sacrosanct.Eccle.Et ita seruatur de consuetudine: & tenet Guido Papæ. qu. 65.licet aliqui præsertim quo ad religiosos teneant contrarium.Sed quid si nolint testifica- vj.
ri.dicit idem Guido vbi supra. quod in criminali non consueuerunt compelli per iudicem secularem sine licentia vel Abbatis, si fuerint religiosi aut Episcopi,si seculares.Sed in causa merè ciuili, consueuerunt cogi per iudicem secularem aliqua leui coerctione, putà per arrestationé æqui, vel alterius leuis coerctionis

dummodo in personam coerctio grauis non interueniat propter.c.si quis suadente.

3. Limitatio.

Tertiò fallit vbi Ecclesiastica potestas deficit,quia Iudex Laicus Clericos hoc casu poterit corrigere,vt in c.principes seculi. 23.q.5.& ibi bona glo.vt cũ schisma faciunt,& non possunt ab Ecclesia compesci. vt voluit glo. in ca. tua.1.de decis.alleg 27.di.c.nec licuit. 23. qu.5. c.de liguribus,& de sen.ex. vt fame. Propter quod Sicu.in alle.c.tua dicit sibi placere,quod si hodie aliqui contenderent de Papatu, & facerent schisma in Ecclesia Dei, nec possent corrigi per Ecclesiam,quia quilibet est potẽs, nec vellent congregare consilium, quod eo casu domini temporales possent in eos manum mittere,& eis inuitis facere,sopire,& determinare dubium per Ecclesiam.Nam domini temporales ad hoc principaliter receperunt potestatem vt Ecclesiã Dei iuuarent,vt in alle.c. principes.

4. Limitatio.

Quarto fallit in degradato actu aliter,quia
32. talis est de foro seculari,in c. nouimus. de ver. sig.& in c.2.de pæ.lib.6.tenet Io.An. in ca.cum non ab homine.& de iudi.Sed quid si talis Clericus dicit se contra iustitiam degradatum vel aliquid alleget per quod appareat eum iniustè degradatum,an sit de hoc per secularem iudicem cognoscendum? vide Lucam de penna in l.2.C.de priuil.scola.lib.12.Et ibi determinat, an lata sentẽtia perpetuæ depositionis in sacerdotem, solemnisque degradatio celebrata, & tradi-

traditus iudici seculari, per eum pœna legitima puniendus, an secularis iudex debeat eum, & causam eius, & crimina iterum examinare.

A D D E.

Ad has duas fallentias 4. & 5. adde Bernardum Dias in praxi criminali cap. 143. & 144. vbi egregiè Ignatius Lopes Hispanus. Ad sequentem Fallentiam 6. de ioculatore. Adde eundem Bernard. Diã cap. 68. nu. 3. Mattheus Boyß D.

5. Limitatio.

Quinto, quando Clericus est depositus verbaliter, & postmodum, quia incorrigibilis excommunicatus, & deinde crescente contumacia anathematizatus, talis enim comprimendus est per secularem potestatem, vt est tex. in alle. c. cum non ab homine. & isto casu secundum Io. An. & Sicul. non est opus degradatione actuali. 13.

6. Limitatio.

Sexto fallit in Clerico Ioculatore, qui anno vel tertio monitus non desistit, quia talis est ipso iure priuatus Clericali priuilegio. tex. est in c. vnico, de vita & honestate Cle. lib. 6. quod procedit etiam in Clerico, in sacris ordinibus constituto, secundum Archi. & Do. de Sanct. Ge. licet Io. Mona. contra: sed dicit Rota deci. 349. in antiquis, quod inter opiniones diuersas super 6. præfertur opinio Arch. 14.

7. Limitatio.

7. fallit in Clerico coniugato non deferente vestes & tonsuram Clericalem, vt in ca. vnico, de Cle. coniuga. libr. 6. quia tales non gaudent priuilegio Clericali, vt ibidem. 15.

8. *Limitatio.*

16. Octauo fallit, si Clerico in minoribus constituto, qui duas vxores habuit, vel cum vidua aut corrupta contraxit, quia talis subditus est coërctioni fori secularis, vt in ca. vnico. de biga. lib. 6. Secus de monacho vel constituto in sacris, qui contraxit cum vidua, vel corrupta, quia licet iste sit bigamus, quo ad quid, scil. executionem officij, non autem quo ad hoc, vt perdat priuilegium Clericale, ita tenent gl. in ca. quisquis. 84. di. Io. Cal. Io. mo. Archi. Ioan. An. & Domi. in alle. c. vnico. Io. An. & Sicu. in c. Io. de Cle. coniug. licet Bonagui. in c. de bigamis. eo tit. teneat, quod sacerdos qui contraxit cum vidua, vel duo matrimonia successiuè, & postea cōmisit homicidiū, poterit puniri per iudicē secularē, per. d. c. vnic. sed precedēs opi. verior est secundū Calua. in ver. bigama. §. 10.

Item de eo, qui contraxit cum vnica & virgine, cuius vxor postmodum notoriè fuit adulterata, quia licet sit bigamus quo ad l. promotionis, non autem quo ad priuilegium Clericale concessum Clericis cōiugatis, ita tenet deci. Capelle Archiepiscopalis 64. & ibi vide, per me in addi. Et idem de eo qui contraxit cū virgine, quę nondum cognita decessit, & postmodum cum alia contraxit, quia talis non est bigamus, vt tenet Capel. deci. 254.

Quid autem de illo qui contraxit cum vnica & virgine, qui cognita discessit à prima, vnde mulier cum iudicio Ecclesiæ cum alio contraxit, dein primo viro reuerso cogitur ipse cum eadem adhærere, an sit bigamus.

Et quid de eo, qui credebat vxorem esse virginē tēpore consummationis matrimonij, & in-

uenit eã corruptam, vide Capel.deci 216.& in addi, Et dic in summa, quod preal.c. vnic.intelligitur de bigamo vero qui habuit plures legitimas vxores 26.di.c.acutius, & c.seq. si Abbas cognouit alias secus Ar.in.c.debitum.de bigamis, intelligitur etiam prædictum, c. vnicum de bigamo intepretatiuo, quando, sicut præfertur non est in sacris vel religiosus, vt puta quia contraxit cum corrupta.33.di.c. maritum & c. à nobis.e.tit. si illam cognouit alias non. di.ca. debitum, idem quando reddit debitum vxori adulteræ.34.di.c. si cuius & c. sequ. etiam si ad præceptum Ecclesiæ redderet, secundum communiorem opi.& etiam si ignorabat eam adulteram secundum Sicu.in.c. si vir.de adul. alle. 17.di.c. sicut.& de biga.c. 2. Tales enim videntur nudati omni priuilegio clericali, & astricti foro sæculari, & eis sub excommunicationis pœna, prohibetur ne deferãt tonsuram vel habitum clericalem.di. c. vnico.& si portant, peccant mortaliter secundum Claua, vbi. supra.§.12.

NONO FALLIT.

In laicis carnificum seu macellariorum aut tabernariorum officium publicè & personaliter exercentibus, qui si tertio nominatim moniti non destiterint, aut resumpserint qando cunque si sunt coniugati, perdunt omne priuilegium clericale. Non coniugati vero si omnino vt laici incedant quamdiu præmissis institerint, eo ipso etiam perdunt priuilegium clericale, vt in Clemen. prima, de vita & honestate clericorum. Quam Mathe. & Zenze. voluerunt

luerunt etiam intelligere in alijs vilibus officijs ſicut in lenonibus,cuſtodibus publicorum balneorum & ſimilibus,ſed gloſſ. Imol. Zaba. &Sicu.contra,quia ſolum habet locum in macellarijs & tabellarijs. Et ſcias quod anno domini. 1453. per curiã parlamenti, Tholoſæ fuit iniunctũ officiali Tholoſano quatenus exequeretur prædictam, cler. quod feciſſe aſſeruit & vlterius facturum obtulit.

10. FALLIT.

18 Vbi iudex ſæcularis non iure proprio,ſed ex Sedis Apoſtolicæ delegatione cognoſcit de cauſis criminalibus & ſpiritualibus clericorũ ar. in.§. veram.32.di. vbi Papa commiſit cauſam clericorum ſymoniacorum duobus ducibus dando poteſtatem deponendi eos, bonus tex.in.c.manna.2.quæſtion.5. vbi fortius patet quod arbitrio BrunchildisReginæ Francorum commiſit Papa purgationem infamiæ, quam de ſymonia patiebatur quidam Epiſcopus. ad idem gl.in.c.decernimus,de iudi.in.verſ.præſumant.glo.in alle.§. verum.glo. in. cap.bene quidem.96.di.de quo per glo.in.c.peruenit.95 di.bonus tex.in.c.illud.10.quæſt.3.iuncta gl.in c.cle.nullum.11.q.1.& dixi ſupr.in fall.prima.

ADDE.

Hac limitatio parum diſtat à prima limitatione,Matth.Boyſſ Doct.

Idem tenent Hoſti.Io.An.Anto. & Sicul.in alle.c.decernimus.Bal.in.l.reſcripta.C.de prę ci.Impe.offe.Io.Fabri.in Authe. ſtatuimus. C. de Epiſ.& Cle.&per Io.An.in.c.vnico.de clericis cõiug.l.6.Idẽ Sicu.in.c.Eccleſia S.Mariæ.

de conſti.

de consti.& in.c.2.de foro compe.Arch.in. ca. ab arbitris de officio delega.lib.6. ad quæ facit quæ posui supra in prima fallentia.

11. FALLIT.

Vbi quis assumpsit clericatum postquã fuit captus à iudicè sæculari, puta quia in carcere se fecit clericari vel fecit professionẽ quia hoc sibi nõ prodest, est enim causa & persona præuẽta. Et in dubio id videtur fecisse in fraudem vt.ff.de his qui sibi mor.cõsci.l.fi.ita Io.An.in. c.vnico.de obli.ad ratio.& in.c.Ioan. de cleri. coniuga.& in.cap.ex parte.Io.3. de priuile. & istã partẽ sequuntur cõmuniter oẽs legistę maxim.Guil.de Eug. in. penul.ff.si ex noxa causa agatur. Idẽ Bar.in.l.1.ff. de pæ.de quo plenè in deci.cap.q.144.& ibi per me in additione Zaba.in repe.c.perpendimus.de senten.excom. 19

Secus aũt si ante iudiciũ inchoatũ assumsit clericatũ,quia tũc sine dubio corã ecclesiast.iudice debet cõueniri postquã iudex laicus nõ ꝓuenit.vt in.c.proposuisti.de foro compe.& l.si quis post ea. de iudi. Vbi verò post iudicium inchoatum coram iudice sæculari efficitur clericus, sunt opiniones diuersę de quibus per Io. And.& doct.in allega.c.vnico.

Cõmuniter tamen in hoc casu sequẽdo opi. Io. An.concludendo quod in ciuili & criminali nulla debet fieri districtio per iudicem sæcularem vt ponere in carcerẽ,detinere,& similia Nec etiam aliqua executio in personam clerici,nã clericatus eximit personam quo ad omnem manus iniectionem & districtionem.

Sed nõ eximit causam à iurisdictione præueniẽtis quo ad ipsius processum & instãtiã finiendam,

dam, & realiter quo ad bona exequenda, & sic erit iudex causæ non personæ, vt in isto habetur in.c.sane.de foro compe. Idem tenet Spe.in ti.de reo. ver.sed quid si est criminalis.& Arch 10.quæst.1.c.1. vbi satis de hac materia, & vide quod legitur & no.in.l.hoc accusare.§.1, ff. de accusa.& per Lucam de penna.in,l,fi.C.de vetera.lib.12.

Et quæ dicta sunt in clerico, idem dicitur in professo maximè ordinato facit.de.pę.di.1.c.si his auctoritatib, & 32.quæst.2.c.admonere, & ita concludit Ioan.Andr.in alle.ca.vnico. Et si crimen exigat pœnam capitis aut furcarum dicit Bart. in alle.l.1.ff.de.pe. post Iacob.Bu.Dy. & Guil.de Cug.quod Episc debebit eum degradare & tradere iudici sæculari.ca.cum non ab homine.de iudi.& l.qui cum vno.§.reus.ff. de re mili.& Authen.Clericus,C.de Epis.& Cle, idem tenet Bal.in.l.Officiales.eo.ti.

Sed quia Epis.se reddunt difficiles in huiusmodi degradationibus, iudices sæculares excedunt terminos suos, & de talibus sumunt supplicium, vt ait Bar. in alle.l.1.idem vt.supr.dicit & tenet Pe,de Ancha.in repet,cap.eam quæ de regu.iur.lib.6.13. quæstion.de quo vide per Oldra.consi.4. per Bart,in.l. pæn. ff. de iuram. om.iudi, Bal. in Authen.causa quæ sit cum mo & in.l.placet.C. de Sacrosanct. Eccles. Angel. in alle.l.1.ff.de pæn. Ioan. de Ana. post Pet. de Ancha.in.cap.ad falsariorum de fal.in. 13. col. Zaba.in cle.ne in agro.§.quia verbo in 8.quæst. de statu mo.Bal. Ange.& Imol.in. l. nemo potest.ff.de dele.1.Bal.in.l.affinitatis.C.communia de successi.&in l.2.C.vt in poss.lega.Ia.Bu. in.l.

in.l.pe.ff.si ex noxa.cau.agat.Bal.in.c.cum non ab homine vlti.col.de iu.Ia.Bu. in. l. quisquis le.2.C.de Epis.& Cle.Imol.in.c.eam te.2.col. de rescrip.Sicul.in.c.quod clericis.de fo. & in c.proposuisti.eo.ti.& Fely. in Authen. statuimus.C.de Epis.& Cle.

Adde quod Epis. vel iudex ecclesiast. cogitur punire Clericum de crimine condemnatum à iudice laico, antequam fuerit clericus, ita dicitur.Bar.in.l.cum quædam puella.ff. de iuri.om.iudi.dicens isto casu iudicem sæcularem esse maiorē iudice Ecclesiastico alle. Cy. idem tenere in.l. properandam. §. sin autē. C. de iudi.idem.Inno.in.c.1.de of.

ADDE

Si Laicus delinquens pòst fiat clericus antequā conueniatur vel accusetur postmodum à laico iudice coerceri non potest, nisi fortè fuerit prauentus per citationem, vel fuerit degradatus, vel nisi in fraudem iurisdictionis sæcularis ad clericatum accesserit, Panormitanus in cap. 1. De obligatis ad ratiocinia non ordinand. Couuaruuias in cap. 32. practica quæst. Iason, in l. cum quædam. De iurisdictione omnium iudicum. Cossalius in l. Si quis postea. eodem tit. Matthæus Boyß Doct.

12. FALLIT.

In casu violationis seu infractionis saluæguardiæ, de quo contra Clericos quoscunque iudices regij in regno pœnitenti cognoscere consueuerunt, & de huiusmodi ratione clericos pecuniariter punire. pro quo fa.l. 2. vt nemo priuatus ti.præ.C.ibi miles vel clericus.&

ibi

ibi executoresq; huius legis oēs iudices, &c. Et de hoc Rex & eius officiarij sunt in possessione & saisina à tempore cuius initij memoria non existit, ꝙ tēpus īmemoriale iuxta theotoricā Io. Mo. in ca. 2. de ꝑben. li. 6. operatur idē quod priuilegium. ca. super quibusdam. §. præterea. de ver. signi. l. hoc iure. §. ductus aquæ, de aqua. eo. & quæst. & ca. 1. de præscrip. li. 6. cū concor.

A D D E.

Hūc locū Citat Benedictus in c. Reinutius. §. Vxo rē nomine Andeli si ad decis. 2. n. 147. & tradit idē ibidem, num. 143 Matthaus Boyß Doct.

Nec ob. si dicatur illud lo. ū habere quando prescribēs est capax possessionis, secus vbi esset incapax vt voluit Sicu. in. c. causam de ꝑscrip. & in. c. quāto. de cōsue. & in. c. nouit de iud. Antho. in. c. peruenit de cēsi. Bal. in. l. oēs in. fin. C. de præscrip. 30. an. Domi. in. c. catholica. 11. dis. & in all. c. 2. de præbē. Sicul. & Ana. in. c. ad hoc de symo. ad quod gl. in ca. nobis de iure patro. super. ver. de iurisdictione, &. c. quod sicut. de elec. in ver. impedire. ibi. Sicu. vnde Zaba. cōsi. 89. dicit ꝙ licet ecclesia prescribat alienas decimas cum titulo vel solo cursu temporis immemorialis, non tamē laicus quia tēporis eū capacē efficere non potest. Ad ꝙ respōdetur verum esse regularit. ꝙ ex solo cursu tēporis quis fieri non potest capax de incapaci vt in iurib. & cōcor allegat. Fallit tamē si vna cū tali possessione īmemoriali cōcurrat fama priuilegij quia ne ꝓpter difficultatē probandi rem tā antiquā pereat ius partis, ꝑsumitur ꝓ priuilegio. Nō ergo solū tēpus hoc inducit, sed presūptio priuilegij probata diuturnitate famæ, ꝙ clare tenet Imo. post. Zaba. in. c. cū apostoli. c. 9. c. col. ver.

Nec obstat prędictis.de his quæ fi.à præ.idē Zaba.in alle.c.causam.idē Domi.in.c.2.§.sanè de deci.l.6.&idē Zaba.in quadā subscriptione ad consiliū Zizoli de cautelis quod incipit. Cū lis & quæstio & est in fine consiliorum Pe.de Ancha.facit decisio Io.An.in regula iuris qui contra iura merca.vbi concludit quod licet nullo tēporis spacio ecclesiarū vnio possit induci, vt tenet Hosti.in cap.quoniā de vi.& ho.cle.& in summa de sup.ne. præ.§.1. Si tamen probetur quod Ecclesiæ tēpore,immemoriali tentę fuerint vel vnitæ probata cēsetur vnio præsumpti uè &allegat,quę dixi in alle.c.cū apostolica.idemOldra.consilio.396.Zaba.in cle.1.in principio.in'20.q.de.sup.neg.præl.Sicu.in.cura de iure patro.glo.in cle.in ver.ad mēsā de excessi præl.Pe.de Anch.cōsil.157.ad idē in.c.1.de præscrip.l.6.Bal.in.l.cū de in rē verso.ff.de vsuris.

Quod aūt facultas cognoscendi ciuiliterque puniendi de certis criminib. aliquorum clericorum per iudicem sæcularē sit quæsibilis priuilegio iam satis tactum esse videtur supra in prima fallentia, Vltra quæ adde quod dicit Sicul.in alleg.c.causam de præscrip.quod priuilegiū Papæ potest cōcedere laico capacitatem spiritualē.gl.in.c.imperiū.10.di. & 25. q.7. in summa in fi.Io.An.in addi.Specu.ti.de lega.§. nūc tractemus.ver.sed nunquid legatus. Inno. in.c.quod sicut in gl. Epis.de elec.Antho. post Io.An.in.c.nobis de iur.patro.Io.An.inSpe.de præbē.§.penul.gl.in c.laicis 16.q.7. Bal.in.l.re scrip.penul.colū.C.de princi.impe.offe.Pe. de Anch.in cle. p literas de pbē.Anth.in.c.Masana de elec.c.in nostra.de pscrip. ca. quāto.de iud. &c.pterea.lo.1.de iur.patro.Sicu.in.c.dilectus

de offi.l.Imol.in.c.quod in dubijs.de renun.& in.cap. ad supplicationem. eo. titul. & Zaba, consilio 99.

Sed sic est quod in nostrō casu vna cum prędicta possessione immemorabili concurrit fama priuilegij. Nam sicut notorium est quod officiarij regij,& alij regnicolæ prædictum casum violationis saluæguardię & quosdā alios de quibus domino concedente subdicetur, căsus priuilegiatos appellant. Igitur prædictum priuilegium ex tanto temporis cursu cuius initij,&c. præsumptiuè censetur esse sufficienter probatum per rationes& iura ac oppositionum Doctores& concordantias superius alle.

Et præsertim quia sciencia principis cum tolerantia in materia quæsibili priuilegio, facit validam consuetudinem generalem pænitentis regni.Vt no.Ant.& Sicul.in.c.1.quia circa.de cōsan.& affi.& idem Sicu.in.c.1.de treu. & pace.Item Domi.in.c.catholica.11. di. alle. gloss.pe.in.c.pæni.de.fi.presby. Oldra. consil. 253.vbi dicit esse regulam generalem,quod cōsuetudo nota ei qui priuilegiare,alle.Inno. in c.cum contingat.de fo.compe.& in.c.nouit de iud.& in.c.si diligenti.de præscrip.vnde Arch. in.c.obeuntibus.63.di.dicit illi canoni esse derogatum per contrariam consuetudinem, quā Papa scit & tolerat.

De saluaguardia & quo & per quem debeat impetrari & concedi & quæsit.violatores & à quibus sint puniendi,ego latè posui in addi.ad quæstio.cap.489.& vide concor.quas posui in stilo cur.ti.de assecura.§.ff.

ADDE

De violatore saluaguardiæ latissime Guido decis. 418. & Capella Tholoss. q. 489. Math. Boyss D.

Sciendum est autem quod executio emendæ per clericum debitæ, ratione violationis prædictæ, fieri debet in bonis immobilibus téporalibus, quod no. Oldra. consi. 17. & ita fuit consilium in concordatis factis inter officiarios spirituales & temporales præsentis ciuitatis Tholosæ. Anno Domini. 1386. & antiquitus dicebatur per curiam sęcularem quod temporale Clerici in huiusmodi & similibus casibus detineretur ad manum regis donec sibi soluta fuisset emenda. Hodie vero vtuntur alijs verbis scilicet condemnationis.

Vnde anno domini 1399. de prima Martij cum quidam clericus in simili casu cõdemnatus in emendam, non haberet temporale, dictum fuit per curiam parlamenti, quod idem clericus solutus teneret præsionem in curia episcopi parisi. vsq; ad satisfactioné. Et hoc ne arrestum primum remaneret illusorium: & quia dicta emenda descendebat ex delicto ad quod fa. c. grauis. de depo.

ij. LIMITAT.

In portu armorum. quoniam cle. de huiusmodi delicto per iudicem sæcularem possunt ciuiliter puniri. pro quo videtur tex. secundũ Io. Fa. in. l. addictos. C. de epi. audi. & ibi gl. super verbo vindicetur. Nam armorum delatio clericis est interdicta. c. 2. de. vi. & ho. cleri. & l. laicis. C. vt armo. vsus inscio principe interdictus

dictus sit.li.11. Et de hoc Rex & eius officiarij in præsenti regno sunt in possessione, & saisina à tempore cuius initij memoria non existit concurrente fama priuilegij,& propterea dicitur iste vnus ex casibus priuilegiatis, ad quod vide quæ scripsit in præcedenti fallentia.

ADDE.

Hanc Fallentiam quoq; tradit Ioannes Redin Gallus tractat:de maiestate principis. 2 part.num 166. in verbo Non armis solum decoratam. Qui habetur in Tomo 16 tract. Sed eam de iure impugnat Couuarrúuias in pract. quæstionibus c. 33. nu. 7 quem sequitur Ignatius Lopes ad practicam canonicam Bernardi Dias cap. 55. in §. apud Gallos. vbi citat hunc nostrum authorem, dicitque hanc fallentiam ex priuilegio esse Romanorum Pontificum, & putat illud priuilegium iam per Bullam Cena Domini reuocatam esse. Vide Clarum de criminal. §. fin quæstion. 36. num. 26. Matthæus Boyss Doct.

Et intelligo prædicta in armis offendibilib. secus autem de armis defensibilibus. Nam ista possunt assumere clerici ad sui defensionem. vt in.c.dilectio.de sen.excom.li.6.& c.olim.1. de resti.spoli.& ibi Bald.Sicul.& Doct. Et appellatione armorum veniunt arma facta principaliter ad nocendum. Ange.in.l. armatos.ff. ad.l.Iul.de vi.pub. Non tamen venit cultellus ad scindendum panem, pro quo gl. no.in auth. de armis.§.fi.col.6.& glo.super rubrica. de fabricen.l.li.6. Si vis latius videre quid veniat appellatione armorũ in statutis vel iure cõmuni,

vide

vide. Ange. Are. in ver. stoco ferro. in tracta. de crimi.

ADDE.

Armorum appellatione veniunt propriè loquendo tãtum gladij, hasta, sagitta, framea, siue lancea scuta, lorica, arcus, galea Sed impropriè veniunt etiam lapides & fustes, de quib. vide §. Telum, de publicis iudicijs. §. Qui autem versa morã de interdictis, plura Alciatus & Mãtua Patauinus in l. armorum. De verb. sign. fi. at. latissimè Menochius de arb. iud. casu. 394. luculenter admodum Ioannes Petrus Molignatus tract. de verb signifi: in verbo armorum appellatione; vbi monet, quod appellatione armorum veniat omne, quod aptum est ad nocendum, per apostillam ad Bart. in. l. 3 §. idem de vi & vi armata. Distinguit etiam ibidem inter arma offensiua & defensiua. Antiquis manus, vngues, & dentes arma fuerunt. Hinc illud Lucretij.

Arma antiqua manus, vngues, dentesq́; fuerũt.
Et lapides duri, & syluarum fragmina rami.
Sic Horatius.
Vnguib. & pugnis, dein fustibus, atq́; ita porrò
Pugnabant armis, Matthaeus Boyß Doct.

Aduerte quod de cõsuetudine generali. Frãc. officiarij regij cognoscunt de portu armorũ facto in terra Comitum & Baronũ, quamuis de iure communi omnes habentes merum imperium de illo possint cognoscere, vt tenet Pet. Iacob. in titul. de condictio. ex. l. Insti. de ac. §. quadrupli.

Siendum est tamen quod in concordatis officiorum curiarum spirituali & Regiæ Tholosæ fuit inter alia conclusum quód gentes regiæ compositiones non reciperent à clericis nisi in casib. à iure permissis, vel de generali consuetudine regni vt portationis armorum per medium turbæ in numero decem, quod tamen impræsentiarum malè seruatur quo ad vltimum.

14. LIMITATIO.

22 Cum per clericos sit offensa regijs officiarijs officiendo, & ita fuit etiam in præalle. concordatis conuentum per l. vnicam. ff. si quis ius. di. nō ob. vbi tex. quód omnes iudices possunt inobediētes punire & suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere, videlicet magnus iudex in magnis causis, & magnis multis, paruus in paruis, & paruis multis secundum Bart, & Bald. ibidem iuncta glossa. Alias iurisdictio temporalis ludibrio posset esse, & illusoria. ad quod tex. in. c 1. & ibi. Inno. Sicul. & Doct. de. offi. dele. ad quod bene facit. c. Romana. de pænis. li. 6. Specu. in ti. de Iur. ōn. iudi. in ver. fi. & ibi Io. An. propterea Inno. Hosti. & Doc. in c. dilectus. 2. de rescrip. dicunt quod iudicis interest suam tueri iurisdictionem. Ad quod fa. no. per Bal. in. l. si quis. ff. de iuris. ōn. iud. vbi dicit quod vbicūq; est offensa iurisdictio vel fracti fines aut spretum præceptum iudicis qui scilicet de populo admittitur ad accusandū refert Dy. ita consuluisse per dictam. l. Dicitur autem offendi iurisdictio secundum Bart. sed clarius per Bart. per alle. l. vnica. Primo per contumaciam & hoc in quolibet genere contumaciæ

tumaciæ quæ habet impedire partes iudicis quominus ſortiantur effectum vt in contumacia non veniendi.l.contumacia.ff.de re.iud. In contumacia non patiendi. ff. ne vis fiat ei.ſ. ſi quis iuſſu.Et in contumacia non reſtituendi. l.qui reſtituere.ff.de rei ven. de ap.l.creditor. §.iuſſus Per contumaciam autem non probandi non offenditur prætor,& ideo nõ punit niſi per excluſionem à iure probandi.l.non ex omnibus ff.de arb.c.coram.de in integ.reſti.Neq; per contumaciam non agendi vel non accuſandi,imo non mulctat cõtumax ſed à iudicio excluditur.l. diffamari.C.de inge.& manu. & p inno.& Doct.in.c.cõquerente de offi.ordi.Neque per contumaciam non appellandi,ſed benè per contumaciã nõ reſpõdendi : quia iudex non poteſt impunè cõtemni.vnde poterit mulctare.vt in.§.ſi.d.l.vnicæ,Offendit & per caluũ. vt no.inſti.in prohe.in ver.calumniatione iniquitatis:i.deo.poteſt calũniantẽ necẽ excipiẽtẽ repellere vt.l.qui cũ maior.§.ſi patris.ff.de bo. li.Etiã offẽditur magiſtratus & dignitas ſua p verũ delictũ in eũ cõmiſſum,vt dicã in fallẽtia ſequenti,ſed nõ eſt omittẽdũ ꝙ de caſu poſſũt, fallẽtiæ Rex & eius offic.ſunt in poſſeſſione & ſaiſina,ſicut dictũ eſt de caſu fallẽt.prçcedẽtis.

XV. fallit vbi cle.volunt vſurpare iuriſdictionẽ regiam,nam tunc poſſunt mulctari, per iudicem ſæcularẽ. Et ita cauetur in prçallegatis cõcordantijs,& de hoc Rex &eius officiũ ſunt in poſſeſſione,&c.ſicut in præcedẽtib.fallẽtijs iã demũ eſt.Ad quod videtur facere.c.ex parte de verb.ſign.vbi permittitur iudi.defẽdere iuriſdictionem & territorium ſuum. ad idẽ tex. 23

in all.c.dilecto.de sen.ex.li.6. iūctis no. per In no.1.c.olim.inf.de rest.spo.&c.dilectus.de pe. vbi dicit ordinario cōpetere iurisdictionē in extraneos impedientes eius iurisdictionē per dictum c.1.de offi.dele. Quia omnia sine quib. &c.vt in.c.praeterea.c.sanè & c. prudentia. de of.dele.l.ad legatū & l.ad rē mobilē.ff.de pcu. & l.2 ff.de iuris.om.iudi.Et similiter quādo ad uocati deficerēt in aduocatione corā eo,vel te-stes in testificando,aut scripturis in act. alle.l. moris.ff.de pen.l.nullū.C.de testi.& l.quaesitū ff.eo.ti.facit quae dixi supr.in.2.fallē.& no.per Inno.in.ca.venerabili.de censi.Quinimo dicit Bal.in Marga.in.ver.iudex.ꝙ iudex superior in aliquo territorio,potest suā iurisdictionē defē dere etiā cū ense & in bello;quod dicit esse ve-rū,si iurisdictio erat euidēs & notoria,sed sub ditus vel aliter subtrahebat sibi exercitium iurisdictionis.

16. FALLIT.

24 In cler.artifice in artificio delinquēte,quia se cūdū Bal.in addi.Spe.ti.de reo.ver.Sed quid si scholaris &c.potest cōueniri sub rect. vel car-melingo occasione illi' artis.l.fi.C.de iuri.om iud.nā cler. negociatores quantū pertinet ad il lā negociationē secūdūTācre.iure cōmuni lai-corū vti dñt.C.de Epis.& Cle.l.2. Isti enim vt dicit,nō sunt puri clerici. ar.C.de Sacrosā. Ec-cle.l.sub praetex.& de vita & ho.cle.c.fi.& op-timè fa.praedicta. l. fi. vbi miles exñs in colle-gio nō potest declinare iurisdic. Rectoris vel praepositi ipsius collegij praetextu cuiuslibet militiae vel cinguli,aut dignitatis, fa. no. per. Inno.&Doct.in.c.cum ab Ecclesiarum.de offi.
ordi.

ordi. vnde Ab. Ant. in. c. fi. de vita & ho. cle. tenēt quod clerici tenētur seruare statuta loci vbi negociātur, & ita etiā dicit Bal. in marga. ver. clericus. ver. 19. quod similiter tenet Bar. in. l. cunctos populos. C. de Sum. Tri. sed illud intelligitur quādo statuta non sunt contra priuilegia clericorum, quia talia non ligant clericos nisi post trinam monitionem iuxta prę alle. c. fi. secundum Anto. & Sicu. ibidem.

ADDE.

Latißimè hanc fallentiam explicat Cassaneus in consuetudines Burgundiæ rubr. 1. glo. 5. in verbo silnia' grace num 90. Matth. Boyß Doct.

Vnde dicit ibidem Sicu. in. di. c, cū ab Ecclesiarum, ꝙ de laicis certū est quod si exercēt a i quā professionē licitam, puta quia sunt scholares, barbitōsores, sutores, & similes, possūt isti cōgregari & eligere rectorē, qui su p eos habeat iurisdictionem ordinariā in ciuilib. in his quæ sunt occasione societatis, & professionis, vt est casus no. in præal. l. fi. dicit tamen in cleri. multū dubitare propter. c. signifi. de fo. cōpe. & ca. de persona. 11. q. 1. vnde nō recederet, vt dicit à canonib. disponentib. super iurisdict. clericorū, ꝓpter illā. l. fi. Sed dic ꝙ dicta. l. fi nedū, habet locum in ciuilibus, imo etiā in priuato delicto cōcernente professionē, vt quia venit contra statutum, vel negociationem in aliqua sui specie, vel falsificauit secūdum Bart. Bal. & Sali. in alle. l. fi. & Ange. consil. 5. Et quicquid sit à tempore cuius initij, &c. clerici artifices quādo delinquūt in illa arte vel abutūtur iudicātur p baiulos illius artis, & per iudices sæculares huiusmodi in hoc casu ciuiliter puniūtur

Vnde anno domini. 1394. per arrestum curiæ parlamenti Parisijs, dictũ fuit quod cler. committẽs abusum in officio chirurgiç vel Policia super hoc tenetur corã sçculari iud. respõdere.

17. FALLIT.

45 In clerico assumente administrat. & officia laicorũ, in quibus si delinquant curia sæcularis consueuit illos ciuiliter punire pro quo fa. tex. in. c. sacerdotib. ne cle. vel mo. scilicet opi. illorũ, qui sumũt ar. ex illo tex. quod laicus iudex auctorit illius. c. possit clericum occasione administrationis capere, priuil. clericali cessante quasi videãtur dicto casu nudati priuilegio prædicto propter ꝙ ab ecclesia non defenduntur, quia frustra legis auxilium, &c. c. quia frustra. de vsur. & indignũ est ab eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat scandalum in Ecclesia generari, vt in di. c. sacerdotibus.

ADDE.

Hanc Fallentiam citat Benedictus in c. Rainutius §. vxorem Andalisiam nu. 155. vbi plures alias refert limitationes, Matthæus Boyß Doct.

Sed istorũ opinio reputatur falsa. per gl. Gofri. Inno. Host. & Sicu. ibi. & per Clauas. in ver clericus. 9. §. 3. qui dicũt hoc locũ nõ habere nisi præcedente trina monitione, per dictũ. ca. fi. de vita & hone. cle. vel secũdũ Host. in summa. in ti. ne cle. vel mo. facta synodali prohibitione & monitione, vt desistãt à talib. sub pœna perditionis priuilegij cle. quæ monitio synodalis secũdũ eũ videt æquipollere trinæ monitioni & istud ait Hostiẽ. vbi Proxi. supr. §. 2. ver. Ego intelligo, ꝙ Sicu. nõ placet, quia vbicũq; agitur ad pœnã incurrẽdã, & ius exigit trinã monitionẽ vel citationẽ vna etiã perẽptoria nõ sufficit

nec habet vim trinę monitionis, aut citationis: & hoc voluit gl. in Cle. 1. de vita & ho. Cler. in ver. 3. Io. An. in c. ex tuæ. dę Cle. non resi. idem Io. An. in addi. Specul. super eodem titu. idem dicit Sicu. in alle. c. fi.

Addens quod non sufficeret citatio generalis, vt omnes Clerici desistant à talibus, immò requiritur quod sit specifica, ita quod apprehendat eos, quod dicit esse contra quosdam prælatos, qui faciunt huiusmodi monitiones in genere, veruntamen in casu nostro pro opi. Hosti bene facit tex. dicti cap. sacerdotibus in princ.

Et non obstãte opi. communi, dę qua supra, de tempore meo vidi, quod officiarij regij cũ delinquunt in officio, licet sint Clerici coniugati cum vnica & virgine incedentes in habitu & tonsura Clericalibus, aut etiam Clerici soluti, vel etiam presbyteri; puniuntur per iudices seculares, & inter alios vidi de quodã iudice in curia parlamenti, qui ibidem licet esset Clericus coniugatus cum vnica & virgine, nihilominus coactus fuit respondere, de abusu sibi imposito in decapitatione eiusdem notabilis in loco de Miramonte, & de pluribus alijs, vide Petrum Iacobi, in tit. de condictione ex §. Quadrupli. instit. de actionibus.

ADDE. ad fal. 17.

Clericus consiliarius Principis, si in officio delinquat, à seculari puniri non potest. Hunc citat locum Conuaruuias in practicis obseruationibus, cap. 33. num. 6. Clarus §. final. in criminal. qu. 26.

Sed tamen addit malè seruari consuetudinem per Principes seculares, qui tales Clericos officiarios premant, nec non pecuniarijs pœnis mulctent nec etiam in Gallia seruatur ius commune. Cassaneus in consuetud. Burgundiæ rub. 1. § 5. in glossa, filnia gracè. Notauit Ignatius Lopes ad Bernardum Dias in praxi criminali cap. 61. litera B. Mattheus Boyß D.

18 Fal. In Assaßino.

Decimo octauo fallit in Clerico Assassino. Quia talis poteſt etiam criminaliter puniri per iudicem temporalem abſque alia degradatione, per cap. 1. de homi. libr. 6. vbi qui cunque princeps, & quantumcunque magnus prælatus ſeu quæuis alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis quempiam Chriſtianorum aſſaſſinos occidi fecerit, vel mandauerit quam uis mors ſecuta non ſit, aut eos receptauerit vel occultauerit, aut defenſauerit excommunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio & beneficio incurrit ſententias ipſo facto, eſt etiam cum omnibus ſuis bonis mundanis perpetuò diffidatus, & bannitus à toto populo Chriſtiano, quæ verba important quod impunè poſſit occidi, ſecundum Angel. Peruſi. conſilio 13. & ſequitur Gemi. in alle. ca. 1. quia idem eſt bannire & diffidare, quod ſtatuere & præcipere, vt impunè poſſit occidi. vt no. in l. reos. C. de accuſa. Quod etiam in conſcientia liceret quãdo fieret zelo iuſtitię, aliàs non, ſecundum Claua. in ver. aſſaſſinus. verſi. 2. diffidati enim de iure canonico videntur pro iure degradati, nam ſunt huiuſmodi perſonæ

à iure

à iure expositæ, & datur cuicunque facultas capiendi personas.vt in cap. vnico de schisma, sunt enim diffidati cum personis & rebus, & sic à iure videntur spoliati priuilegio Clericali,& positi in potestate cuiuslibet Christiani, vt vult tex.in alle.c.1.

A d d e,

Adde de Clerico Assasino,quod per Laicum puniatur, & de origine eorum vide pulcherrima apud Ignatium Lopes in pract. Canonica, cap. 96. numer. 4. & sequ. Clarum quæstione 62 numer, 29. Gabrielium latissimè in communi opinio. Matthæus Boyß D.

Nec requiritur alia sententia, postquam probabilibus constiterit argumentis.istud scelus commisisse, vt continetur ibidem quod intelligit Claua.vbi supra ver.4.vt non requiratur alia sententia, secundum quæ det licentiã occidendi & huiusmodi, quia sufficit quod sit declaratus assassinus vel fautor, ad quod bene fa.c.cum secundum leges.de hære.libr.6. Degradatio autem nihil aliud est quam denudatio omnium priuilegiorum Clericalium.vt in c.degradatio.de pe.eo.libr. facit quod not.Io, And.in ca.cum non ab homine. de iudi. vbi tenet quod Clericus incorrigibilis potest per Laicum puniri absq; aliqua degradatione. Ita dicit & tenet Domi.in alle.c. 1. in fi.de quo vltimo dicto vide quæ supra scripsi in secunda fal.

Decimonono fallit in Clerico, qui post assumptum Clericatũ immiscuit se enormitatibus 27.

bus

pus & sæuis,& diu in illis perseuerauit habitu & tonsura dimissis, qui deprehenditur in delicto,quia talis non potest se pro Clerico defendere,quominus per iudicem secularem puniatur.pro quo est tex.secundum vnum intellectũ in c.ex parte,de priuil.& de hoc etiam videtur esse tex.in c.perpendimus.de sen.excom.secundum gl.Vincentij Tancre.Philip.Ab.Anton.& Host.ac Io.An.qui ad hoc inducit tex.in c.vnico.lib.6.de vi.& ho.Cler.vbi Clerici Golifardi & bufones exercentes illam artem per annum perdunt omne priuilegium Clericale, vnde à fortiori debent illud perdere,quando diu se immiscent huiusmodi sæuis & enormitatibus:& idem voluit Anton. idem communiter Pet.de Ancha.in regula iuris,eaque lib.6.q.12. circa fi.quæstionis.Licet Zaba.in repe.d.c.perpendimus. & Sicul. ibidem. & Clauas. in ver- Clericus.10.§.1.teneant contrarium , dicentes quod tales bene perdunt priuilegium.c.si quis suadente.17.q.4.vt in præalle.c. perpendimus, & de aposta.ca.1.in princ. priuilegium autem fori non amittunt nisi post monitionem.fa.c.si iudex de sen.excom.lib.6.

Attamen præcedens opi. tanquam magis cõmunis obseruatur,& de tẽpore meo fuit obseruata in personam filij Domini de Lanario,qui per insidias occiderat virum , cuius vxor erat eius adultera . Et similiter in personam cuiusdam principis regni pœnitentis accusati de crimine lesæ maiestatis. Et illis, qui in sua causa tenuerant opi. Sicul. & Zaba. non bene successit.Si autem bene vel malè nouit ille, qui nihil ignorat.

20. Fal-

20. Fallentia.

20. Fallit in Clerico, qui relicto ordine Clericali & habitu suo, in apostasia tanquam Laicus conuersatur: quia si in crimine prehensus fuerit, per Ecclesiam non liberatur: ergo videtur per iudicē secularem posse puniri per tex. secundum vnum intellectum in c. 1. de aposta.

ADDE.

Hanc fallentiam ponit Cassaneus in consuet. Burgundiæ tit. de iustitia. §. 5. nu. 51.

NOTA DE CONSTITVTIONE Leonis 10.

Nota vlterius, quod Leo Pontifex 10. contra tales Clericos ordine Clericali, & habitu relicto in Apostasia, tanquam Laicos ambulantes, & in crimine deprehensos statuerit, quod per iudicem secularem capi, inquiri, & distringi debeant, & vbi vetat omnibus ordinarijs iudicibus, ne quouis modo directè vel indirectè Iudices seculares in eo impediant sub pœna suspensionis à diuinis. Promulgata est ista constitutio Anno 1506. Hanc eandem constitutionē ad verbum posuit Cassaneus dict. loco, & quoq; Boerius post decis. 59. vbi eam legere licet. Matthew Boyß D.

Et idem in Clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma: nam talis ipso facto perdit priuilegium Clericale secun Inno. in all. c. 1. quem sequitur Sicu. ibidem: nā hoc faciendo exercet actum omnino contrarium Clericatui. Sola verò militia secundū eundem Sicu. non sufficeret, nisi exerceat arma vel

sæua.

saeua. Et sic ista fal. videtur in idē recidere, quod praecedens, saluo quod in fallentia praecedenti non loquitur de Clerico milite. Exempla verò posita inibi melius seu saltem magis congrue re videntur huic 20. fallen. quam praecedenti. idem quod Inno. & Sicul. tenet Milis in reperto. in §. Clericus. ver. Clericus eo ipso: & idem Sicu. in c. fi. de Cle. coniugatis.

21. Fallentia.

21. Fallit in Clerico arma militaria deferente, qui si tertio monitus à suo praelato non destiterit, perdit omne priuilegium Clericale, vt in ca. audientia. de sen. excom. Adeò quod secundum Sicul. & Doct. modo non est opus alia de gradatione, quia per dictam monitionem trinam, si non deposuerit, est exutus omni priuilegio Clericali, & relinquitur iudicio seculari. Et dicit ibi Sicul. idem in Clerico alias inhoneste viuente, qui si tertio monitus non se correxerit, perdit priuilegium Clericale. cap. contingit. 2. de sen. excom.

28. Et licet tex. in alle. c. in audiētia dicat, quod tales de priuilegio Clericali non debent habere subsidium, tamen Doct. illud intelligunt de omni priuilegio per glos. singularem in Cle. 1. de offi. ordi. in ver. quod priuilegij. quae dicit appellatione priuilegij Clericalis intelligitur tam de priuilegio. c. si quis suadente, quàm de priuilegio fori, quam glo. ibidem sequitur Bonifac. Ioan. de Imol. & Zaba.

ADDI

ADDE.

22. Adde quod parricida & homicidium enorme perpetrans, puta si Episcopum vel presbyterum Clericus occidat, statim traditur Curiæ seculari. Bernardus Dias in praxi Criminali. cap. 90.
23. Schismaticus quoq;. Dias eodem loco, cap. 105.
24. Idem in hæretico. Dias cap 106.
25. Idem de receptatoribus & fautoribus hæreticorum, cap. 107.
26. Idem de falsarijs Apostolicarum literarum, vt iudici Laico tradantur. Dias cap. 108.
27. Idem in læsæ maiestatis crimine, ca 110. Dias. hac Lancilotus in Tractat. de officio pratoris, titu. de Inquisitione. numer. 8. in fine. Matthews Boyß Doctor.

SVMMARIA AD REGVL. II. sequentem.

1. Clerici an in caussa ciuili possint coram seculari iudice conueniri contraria consuetudine non obstante.
2. Dominus feudi debet de caussa feudali cognoscere etiam si Clerici sint Vasalli.
3. Episcopus vel Clericus habens iurisdictionem temporalem, potest cognoscere de caussa.
4. Clericus agens contra Laicum coram iudice secu-

seculari, an poterit coram eodem reconueniri.

5. *Clericus an super actione reali possit coram iudice Laico conueniri.*

6. *Lite mota emptori Laico coram iudice seculari, si Clericus venditor vocetur ad eundem iudicem, pro euictione ibidem defensionem suscipere.*

7. *Clericus effectus hæres Laici iam conuenti coram iudice seculari, suscipit in se talem instantiam.*

8. *Pater emancipare volens filium Clericum, debet coram iudice seculari procedere.*

9. *Insinuatio donationis fienda per Laicum Clerico, debet per iudicem Laicum fieri.*

10. *Clericus volens contra executionem sententiã per Laicum lata se opponere, non debet iudicẽ mutare.*

11. *Laicus hæres si faciat publicationem testamenti in præiudicium Clerici successuri, coram quo iudice debeat Clericus causam agitare.*

12. *Confectio inuentarij fieri debet per Laicum hæredem.*

13. *Iudex secularis an possit cõgere Clericum ad restitutionem, vbi succedit prædoni in fraudẽ iurisdictionis.*

14. *Clericus apud quem ex ordinatione iudicis secularis factum est depositum, potest cogi ad restitutionem.*

15. *In iudicijs duplicibus, in quibus, si sint plures cõtendentes, inter quos sit vnus Clericus debet ille cum cæteris conueniri.*

16. Vni-

16. *Vniuersitas clericorum & laicorum conueniendo, coram quo iudice conuenietur.*

17. *Vbi clericus & laicus compromiserunt in laicum à suo cuius laudo fuit appellatum, coram quo erit hoc agendum.*

18. *Clericus alicui laicô obligatus in aliqua pecuniæ summa scedula manu sua signata, an poterit coram laicô conueniri.*

19. *Laicus obligatus Clericô, si prætendat obligationem factam sine causa, an posit Ciuiliter conuenire.*

20. *Clericus an posit se obligare Curiæ seculari, Item quod posit per illam compelli & per illam agitari.*

21. *Papa an posit causas spirituales Laico delegare, & hoc casu Clerici tenentur coram tali respondere.*

22. *Banno per iudicem secularem in bonis Clerici appositio, si Clericus ad iudicem secularem appellet, an valebit per talem lata sententia, & an per Laicum fiet executio talis sententiæ contra Clericum.*

23. *Clericus communi opinione habitus pro Laicô debet curiæ seculari subiacere.*

24. *Clericus in possessione sua Ecclesiæ, vel aliorum iurium Ecclesiasticorum turbatus etiam per Clericum, an posit agere coram iudice seculari.*

25. *Iudices regij possunt cognoscere in causa proprietatis beneficiorum in regalia vacantium, aut illorum quorum collatio spectat ad regem.*

R 26. Cle-

26. *Clerici etiam prælati coguntur in iudicio seculari respondere, vbi agitur de Ecclesiarum reparatione.*
27. *Pro censibus & tributis Clerici possunt ciuiliter conueniri.*
28. *Sacerdos an à iudice Laico poßit dari in tutorem.*
29. *Clericus minor litigans coram iudice seculari an illius prouisioni de curatore subiacebit.*
30. *In regno Franciæ communiter status Ecclesiasticus seculari subest prouisioni.*
31. *Prælati Clerici contra decreta Basilien. concilij & prachmaticam sancionem intendentes per secularem coercentur potestatem.*
32. *Clericus negotiator tenetur ad gabellas negotiationem concernentes.*
33. *Differens opponere exceptionem sibi competentem venit in expensis condemnandus.*
34. *Concubinæ Clericorum an subiaceant foro Clericali.*
35. *Vxores Clericorum coniugatorum idem forum cum illis Clericis sortiuntur.*
36. *Familia Clericorum an in eodem priuilegio gaudeat cum ipsis Clericis.*
37. *Eremita an sint de foro Ecclesiastico.*
38. *Rectores hospitalium an gaudeant priuilegijs Clericorum.*
39. *Fratres tertij ordinis an sint de foro Ecclesia seu Clericali.*
40. *Casus, quibus Clerici subiacent foro Laicali,*

an

an ipsi Clerici poßint stylo, consuetudine vel statutis fori secularis ligari.

REGVLA SECVNDA, CONCERNENS *priuilegium fori in ciuilibus.*

Clerici in caussa ciuili, etiamsi voluerint, de iure non possunt coram seculari iudice conueniri, contraria consuetudine non obstante.

PRO qua est textus in cap. inclita, cap. placuit. & cap. Episcopus. 11. qu. 1. cap. si diligenti. & cap. Significasti. de foro competenti. cap. qualiter & quando. de iudicijs. auth. statuimus. C. de Episcopis & Clericis.

ADDE.

Hanc regulam ponit, itemq; authorem nostrum citat cum multis pulcherrimis iuribus Roland. à Valle consil. 4. volum. 1. nume. 13. vbi Rotam citat decis. 10. titu. de consuetud. in antiquis. Eandem hanc regulam cum ijsdem limitationibus triginta duabus posuit Gabriel Saraci in additionibus ad singulare Romani 419 Matth. Boyß D.

do decis.139.Menoch.remed.3.retinend.num.374. & 396. Mattheus Boyß D.

Præmissa tamen procedunt in causa feudali ciuili.quo casu dicit Inno.in cap.verum.quod dominus,quantuncunque vilis est rusticus, super rebus feudalibusiurisdictionem non habet per l.imperial. de prohibi.feu.alie, per Feder. & c.cæterum alle.Secus,si ageretur contra Clericum vasallum ad amissionem feudi criminaliter aut ciuiliter propter crimen, quia tunc secundum eundem Inno.& Sicu.& Io.An.remittenda est cognitio ad prælatum suum , etiam si feudum sit paternum . Dicit tamen Innoc. quod si per Prælatum suum de proditione, vel alio crimine,propter quod debebat feudum amittere,fuerit condemnatus,tunc dominus auferet feudum pro velle suo.Et si fuerit absolutus,tunc vlterius non poterit dominus ei propter crimen auferre.

De crimine enim Clericorum nec directè, nec indirectè,nec incidenter,potest Laicus cognoscere secundum eum alle.c.at si Clerici. de iudi . Adijciens,cum quilibet dominus feudi sit iudex ordinarius , suas sententias exequetur , etiam Laicus contra Clericos vasallos. Nec incidit in excommunicationem, si eos resistentes compellat.ar.cap.olim. de restit.spo. Huiusmodi tamen vltimum dictum de ablatione & executione violenta, Docto. supradicti communiter dicunt non esse verum,tenentes,quod Dominus feudi prætextu huiusmodi inter Clericum vasallum non habet districtionem personalem; & expresse Ioan. Andr. &

Sicul.in allegat.cap. verum.idem Ioan. Andr. & Domi.in allega.cap.vnico.de Cle. coniuga. libr.6.& Doćto.in allega.Cle.1.de offi.ordi.& Cle. paſtoralis, de re iud.sed non credo, quod Officiarij Regij admitterent iſtud, vbi Clericus vaſallus poſt ſententiam latam per dominum de facto reſiſteret non permittendo executioni ſententiam demandari, per illud quod dixi ſupra in fallen.& ſequen.

Præterea vbi ageretur ad aperturam feudi, ex alia cauſa quam ex crimine, cum iſto caſu cognitio pertineat ad pares curiæ, vel ad ordinarium, etiam ſi Laici fuerint, poterunt cognoſcere contra Clericum vaſallum per iura & dićta Doc. vbi ſupra, etiam ſi agatur poſſeſſorio, vt glo.in allega.c cæterum. & Doćtor. vbi ſupra. Ad quod fa.quod dicam infra in proxi. ſequenti. 4. fallent. vide latius per me ſcripta in prædićta repetitione, in qua concluſiuè tenui, quod Laico domino Clericum eius vaſallum à feudo violenter de iure communi non licet expellere,

ADDE DE POSSESSORIA CAVSſa feudali.

Nota, contra gloſſam allegatam in cap, cęterũ de iudicijs, communiter D D. tenent, quod cauſa poſſeſſoria feudalis eodem modo ſicut petitoria coram Ordinario terminanda ſit, ea ratione, quod idem

dem sit Iudex competens, & possessionis & proprietatis. Probat Clarus quæst 90. num 91 Iunior Curtius par. 7. q. 6. num. 21. 22. 24. in verbis, sed omissa longiori. Et sic in effectu num. 24. Iacobinus de sancto Georgio vers. & dicti Vasalli num. 5. Mattheus de afflict. in feudis tit. Ex quibus causis feud. amitta § item qui domino. nu. 10. Zasius in feudis par. vltim. num. 21. 22 Fischardus in commun. ap. ad Baptistam Villalol. in verbo Possessorij caussam. eandem sententiam tenet Schraderus de feudis part. 10. sect. 1 Amplia. 20 num. 77 contra glossam hic allegatam. Et procedit hæc opinio in retinenda recuperanda & adipiscenda possessione. Vt ibidem Schraderus nu 90. 88 91. hanc sequitur quoque sententiam Schurffius consil. 32. nu. 2. in fine. Matth. Boyss D.

2. Limitatio.

Secundò fallit in Episcopo vel Clerico habente iurisdictionem temporalem iure feudi. Nam dato, quod vasalli sint Clerici ad superiorem secularem appellabitur, pro quo videtur textus cum glos. in capite Romana. §. debet de senten. excommun. libr. 6. glos. in cap. 2. de deli. pue. Innocentius & Siculus in cap. solitæ de maior. & obed. Bartolus in l. 1. §. si quis de appel. Siculus & Ana. in allegat. cap. 2. de deli. pue. Siculus in cap. verum de foro competenti Ludo Roman. in leg. 2. in princip. 8. colum.

ver.quid si in eadem.ff.de ver.obli.Archi. in §. his ita in fi. 11.qu.1.vbi alleg.Specu. & Hosti.idem Sicul.in c.dilectus.3.de preben.idem Bar. in l.si quando.C.de appel.

Limita tamen istud,vbi Episcopus vel alius Clericus,recognoscit huiusmodi iurisdictionem temporalem à Rege val alio Domino temporali,vel sibi collata non fuit purè, quia Dominus retinuit sibi aliquod seruitium;sicut videmus respectu temporalitatis Archiepiscopatus Tholosæ, in qua Rex sibi retinuit vnum militem armatum per totum comitatum Tholosanum.ad hoc fa.no.per Sicul.in cap.licet ex suscepto,colum.pe.& in cap.verum.8.colum. ver,Quæro nunc de facultate appellandi.si autem temporalitas sit in totum translata apud Ecclesiam,vel simpliciter concessa fuit,tunc erit appellandum ad superiorem Ecclesiasticum,secundum glo.in alle.cap.2. & dicto §.debet,& ibi domi. Nisi consuetudo vel priuilegium aliud inducat. Ita Sicul. vbi supra idem Sicul.& propo.in rubrica de app.

Fallentia 3. in caussa Reconuentionis.

4. Tertio fallit in causa reconuentionis, nam Clericus agens contra Laicum coram iudice temporali vel seculari, poterit ibi reconueniri in qu.8.cap.cuius in agendo,glo in cap.denique.96.dict.glos.in cap.multi.2.qu.1.glo.11. in summa, quanquam glo.in cap.Clericum,nullum videtur tenere contrarium : sed pro nostra fallentia,facit etiam glo. in cap. at si Clerici de iudi. Innocentius in capite 2. de foro

compe.

compe. Hostien. in summa, eod. titul. §. quibus ver. licet 9. colum. & de mutu. peri. §.3.2. col. ver. restat. idem Io. An. in alleg. c. at si clerici. dicens ita de consuetudine seruari, & imo minimè mutanda sunt, & c. l. minimè. ff. de legi. & idem Sicu. data cõsuetudine. idem Imol. in alle. c. at si clerici. & Bald. ibidem. idẽ Spec. ti. de reo §.1. ver. Item Clericus. Ludo. Rom. in singularibus. in ver. Reconuentio. idem Io. Fa. Bar. Bal. & Sali. in authen. & consequenter. C. de senten. & interlo. o. iudi. & de iure ciuili est tex. in authen. de sancti. Epi. §. Reuereudissimi & istam partem tanquam æquiorem sequitur Pe. de Ancha in repeti. c. ea quæ. quæstio. 14. Et ista est opinio magis communis, & quæ de cõsuetudine seruatur.

Limita tamen primo nisi clericus in fraudẽ conuenisset laicum coram sæculari, vt ibidem reconueniretur, nam detecta tali fraude non reconuenietur, etiam si Clericus hoc petierit. tenet Angel. in. l. 2. § sed si agat. ff. de iudi.

Secũdò limita, nisi laicus procurasset in fraudem à Clerico conueniri ad hoc, vt ibidem ipsum posset recõuenire, pro quo videtur esse bo tex. in. c. relatum. iuncta glo. in ver. sæculari, de iure patro. tenet Antho. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Specul. tit. de recon. §. 1. ver. quod si laicus iniuriatur, & facit tex. in alle. l. 2 §. sed si agat.

Tertiò limita, nisi Clericus conueniret laicum super actione famosa, vel pro iniuria sibi facta, tenent Bald. & Sali. in authen. & consequenter alle. & Angel. vbi. supr.

Quartò limita, nisi reconuentio tangeret

causā spiritualē vel illi annexā, nūc enim nullo modo fieri posset corā laico. Inno. & cōit. doc. in.c.1.de mutu.peti.doc.in.al.c.at si Clerici & maximè Sicu.9.colū.ver.aduerte.& ibi etiam Bal.idē Bal.& Salice.in alle.authen.

Quintò, nisi reconueniretur de crimine. Nā vt ait Sicu.vbi supr.Io.An. ibidē. & in.ca.1.de mutu.peti.& quasi cōmuniter Canonistę concludentes faciunt regulā quod super crimē Clerici.nō habet locū reconuentio corā iudice sæculari, siue veniat imponēda pecuniaria pœna siue infamię, siue agatur de crimine criminaliter, siue ciuiliter.idē tenet Bal.in.c.1.de cōtro. apud pares termi.idē Imo.in alle.c.at si clerici alle.c.vnicum.de cle.coniuga.lib.6.

Sextò, nisi ageretur de distringendo personā clerici virtute recōuentionis, quia illa semper est interdicēda iudici sæculari, licet ei permittatur cognitio causæ recōnentionalis. ita dicit Arch.in al.c.vnico de Cler.cōiuga.li.6.ad quę. vide quæ dixi supra in prima fallentia secūdæ regulæ. Adde quod Clericus sicut præmittitur reconuentus, appellabit si grauetur ad superiorem iudicis sæcularis.tenet Archi.in.c.non ita 3.q.5.Imol.in.c.significantibus de offi.dele.

A D D E.

Marianus Socinus in cap.1.nu.91.de mutuis petitionibus hanc dat fallentiam 17 quod in actione iniuriarum vel furti, Clericus non reconueniatur coram laico, quando Laicus eo animo clerico furtum vel iniuriam fecit, vt ab eo conuentus, reconueniret ipsum, veluti si quis malitiose curet Cle-

ricum

ricum verberari, vt eum coram laico reconuenire possit, hac fraus ei patrocinari non debet. Ita Socinus dicto loco num. 28 art. 5. principali. Cui adde hanc regulam, Accusans aliquem de crimine ciuiliter, si suam iniuriam prosequatur, tunc reconueniri potest coram eodem iudice si sit iudex actoris, alioquin si actoris Iudex non sit, reconueniri non potest. Nam quando Actor tali casu ex necessitate eligit iudicem, tunc si suus Iudex non sit, non potest apud eum reconueniri. Vide Marandam de reconuentione numer, 59 & 86. Panormitanum cap. 1. de mutuis petitio, nume. 22. ante num. 23. & num. 25. 4. membro. Facit qui testem futurum contra se iniuria afficit, hoc ei non prodest ad euitandum eius testimonium. Vide Costalium in l. 2 §. Sed si agant...e iudicijs. Matthæus Boyß Doct.

Fallent. 4 in actione Reali.

In actione reali, super qua Clericus potest scilicet aliquis coram sæculari iudice conueniri, ad quod facit dictum Innoce. in. cap. non minus. de immunitat. Ecclesiast. vbi dicit quod res Clericorum sunt de foro laici, & idem Innocent. in. cap. nouerint. de sentent. ex communi. dicit quod in temporalibus solus Imperator vniuersis Clericis & Laicis præesse debet, & priuilegia concedere, sic in actione in rem videtur quod Clerici debeant in sæculari iudicio respondere. Et ita seruatur de consuetudine in præsenti regno: vt testatur Ioan. Fa. institut. de satisdat. §. fin. dicens

quic-

quicquid sit de iure, scio quod Cardinales & Episcopi respondent in Regno Franciæ in foro sæculari in realibus,& cum sim de regno,leges regni non impugno, & ita refert tenere Guill. de Eug.Bal.in authen.Clericus.C.de Episc. & Cle.Dum ait,vel potest poni exemplum,si clericus conueniatur reali iudicio, nam ratione possessionis est sub foro præsidis secũdũ Guill. & ita seruatur in Francia,&c,pro quo videtur casus in.cap.cum venissent.de eo qui mitti. in possess. cau. rei. ser. quod loquitur in actione reali,& tamen dicit esse seruandam consuetudinem populi,si consuetudo sit laudabilis.Nã tunc res & non personę conueniuntur,vt.ff.de publi.vecti.& co.l.imperatores.

Præterea in actione in rem,nulla est obligatio,insti.de acti. §. 1. fa.l.fi. C.vbi in rem acti. vbi dicitur,quod in locis,in quibus res constitutæ sunt,potest actio in rem contra possidentes moueri.Sed res maximè prophanæ sunt in locis & territorio iurisdictionis tẽporalis seu iudicis secularis,ergo,&c.Fa.l.viros.C.de pala.sacra.largi.lib.11.& l.de his. C. de Episc. & Cle.& l.1.§.si aliter.fundus. ff. fini. regum.ibi quoniam magis fundo quam personis adiudicari partes intelliguntur. Fa.l. quæ aliena.de neg.gest.ibique sine prædio dantur.

Adde

Vide supra in repetitione,num. 87. & infra in hac eadem fallentia.Matth.Boyß Doct.

Et prædictam opi.Guil.refert idem Bald. in c.decernimus in fi.de iudi.& in alle.c.cum venissent,& allegatur per barba. super rubrica.

de

de re.ec.non alie.in.2.quæst. principali, quam sequi videtur Fede.de se. confi. 94. incipiente factum quod proponit ver. Item ad id quod obijcitur.dũ innuit quod executio pœnæ accusationis calumniosæ vel testimonij falsi commissi coram iudice sæculari, si facienda sit in persona,reseruanda est Episcopo,si autem realis executio facienda sit in bonis,eam potest facere iudex sæcularis vel distringendo fideiussores quos Clericus dederit.l. 4. C. qui accus. non poss.

Contrariam tamen opi. quod Clericus etiã super realibus non possit coram sæculari iudice conueniri, per regulam iam suprapositã tenent Collect.in.ca. at si Clerici de iud.Bald.in præalleg.authen.Clericus,& in prælle. c. decernimus,& in.c.cum.venissent.idem Rota.in antiquis deci.540. vbi multis rationib. improbat consuetudinẽ regni Angliæ,quæ est in contrarium.idem tenet Archi.in. c. vnico de Cle. coniu.lib.6.idem Specu.ti.di reo.§.1.ver.item Clericus,& de compe.iudi.adi.§.1.ver.in Cle. idem Io.de Pla.in alle.l. viros, idem per Iaco. ti.de duello 6.colum. ver. quidam dixerunt idem in arbore succes.Regi.Fran.fo.c. idem Sicul.in.c.Ecclesia sanctæ Mariæ de consti.& melius in.c.qualiter & quando de iudi. idem Io. Fa.in authen.statuimus.C.de epis.& cle.

ADDE.

Decisio Rota hic allegata 540. Non est rectè allegata,est sub nu. 840. Nunc 10. decis. in tit. de consuetud. in antiquis, qua tũ loquitur in ciuilibus, personalibus & in criminalibus Ciuiliter motis. Est alia Ro-

lia Rotæ decis. 55. in antiq nun: 5. tit. de foro competenti, qui loquitur iu reali dictione. Matth. Boyss Doctor.

Et in summa ista est cõmunis opi. Doct. cui adhæret stilus curiæ Romanæ, secundũ quem si iudex sæcularis condemnaret Clericũ in causa reali darentur litteræ per cancellarium super nullitate sententiæ.

Contrarium tamẽ notoriè seruatur in præsenti regno etiam in actione hypothecaria. vnde. Io. Fa. in. §. itẽ Seruiana. insti. de actio. dicit quod actio hypothecaria est realis, & facit, vt ait, quod prælati regni Franciæ, quib. est inter dictum ne cognoscant de actione reali, vt non possit cognoscere de hypothecaria. Et de hoc sunt plura arresta, & inter alia. Anno domini. 1385. per dominum Arnoldum de corbię primũ præsidentem in parlamento pronunciatũ fuit arrestum, quo dictum fuit Episc. Cadilonens. non esse recipiendũ ad manutenẽdum quod in eius curia spirituali posset cognoscere de actione reali, & fuit condemnatus ad cessandũ de cætero ab impedimentis per eum super hoc factis, & fuit releuatus ab emenda, quam aduersus eum petebat procurat. regius & Procurat. Ducis Burgundiæ. eo quod de ipsis cognouisset & etiam ab expens.

Et anno Domini 1463. capitulũ S. Maxencij fuit cõdemnatũ. in. 200. li. quia cognouerat de actione reali virtute iurisdictionis spiritualis,

ADDE.

Clericus coram iudice sæculari trahi non potest, siue agatur reali, siue personali, siue petitorio, siue posses-

possessorio, siue sit iudicium summarium, siue ordinarium, Adeo quod nec consuetudo, neq; pontifex hoc priuilegium tollere possit, quia hoc priuilegium est de iure diuino. In hanc materiam consuluit egregiè Rolandus à Valle cons. 4. Itē cons. 12. à numer. 31. vsque ad finem, deinde cons. 23 per totum.

Sed tamen, quod Clericus in reali actione coram sæculari conueniatur vt id seruatur in Parlamentis per totum regnum Franciæ, de quo Author hic, & supra in repetitione sub num. 87. Costalius in l. Venditor. de Iud. Boerius decis. 59. nu. 7 Molineus Parisiensis cons. 12. nu 8. ita quoq; in Camera imperatoris eadem decisio seruatur, & secundum eam iudicatur, vt testatur Minsingerus obs. 22. cent. 1. & obs. 95. cent. 4. Rursus obs. 93. cent. 5. idē testatur Reib. obs 37 num. 4. & rursus obser. 7. de pignoration. Matthæus Boyss Doct.

Quid autem hipothecaria sit realis & rem. tex. est in l. pignoris. C. de pigno. & ibi. Cy, Bar Bal. Io. Fa. gloss. & Salice. tex. etiam in. l. pignoris ff. eo. ti. & ibi. Bart.

Etiam videmus quod aduersus Clericos curia sæcularis cognoscit de possessorio. quæritur licet interdictę sint actiones personales, & vt ait Bart. in. l. 1. de interdict. dantur contra eū qui est obligatus ex possessione, & ideo dicuntur in rem scriptæ. vt in allegat. l. 1. in fi. & pro hoc facere videtur. c. causam qui fil. sint legit. ibi. Nos attendētes quod ad Regē & non ad Ecclesiā pertinet de talibus possessionib. iudicare

&c. de

&c.de hoc tamen infr.domino concedente lâtius dicetur.

Et idem videmus in Arreragijs censûs annui,quia pro illis quando medium concludendum est reale,vt quia petitur ratione prædiorum censualium,conueniri possunt Clerici corâm iudice sæculari,quia tunc magis videntur conueniri prædia quam personæ, scilicet possessores prædiorum,vt in.l.Imperatores superius alleg.& C.sine censu vel reliq.l. fi. cum similibus.& ita cauetur in concordatis officiorum vtriusq; potestatis superius alleg.

Si autem medium concludendi sit personale,vt quia prædicta arreragia petuntur ex stipulatione vel obligatione personali,tûc secus esset dicendum,nisi prædicta arreragia essent in stipulationem deducta ad fraudandum iurisdictionem regiam fori mutandi causa,nam tunc stipulatio non proficeret.per.l 2.in.§.sed si agant. ff.de iudi.& de hoc sunt etiam præallata arresta.

Et inter alia in parlamento anni.1385.contra abbatem Sancti Vincentij qui ob talem fraudê fuit condemnatus in.16.lib.Paris.

A D D E quando personalis actio detur contra feudi possessorem singulare.

Ad præmissa de Arreragijs pertinet, quod licet actio personalis fundum non sequatur,tamê in annuis pensionibus & redditibus pro Arreragijs fundi possessor,pro tempore quo possedit, tenetur, Idque ex quasi contracto, quia fructus percepit ex re alteri obligata. Elegans est quæstio Guidonis Papæ 576. Idem

376. Idē Præses Cons. 147. & Couuaruuias, lib. 3. Resolut. cap. 7. per Castrens. in l. Imperatores, de Publicanis. Tradit etiam Costalius Clericum in Regno Franciæ corām laicō in personalibus conueniri, si personali actioni hypotheca sit adiuncta, in l. venditor, de iudiciis idem Antonius de Tremolis in Addit. ad Practicam Bonacursi. tit. quibus modis suo nomine agentes ciuiliter, &c. sub fallēt. 20 Quod hic dicitur de medio personali concludendi vide infra regula 4. Fallent. 19. Math. Boyß D.

5. Fallent. De clerico venditore.

Vbi lite mota emptori laico corām iudice sæculari Clericus venditor vocatur ad eūdem iudicem sæcularem pro euictione & guirētia: Nam ibidem defensionem suscipere debet nec erit (etiam si id petierit) suo iudici remittendus. nam ex persona defensoris venientis ad causam non debet mutari forus, vt. l. 1. C. vbi in rē actio. & videtur esse casus. in. l. venditor. ff. de iudi. ita tenere videtur Bal. in alle. l. 1. idē Ange. in. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsuca. istud tenet formaliter Pe. de Ancha. in regula iuris ea quæ 17. quæstio. idem tenere videtur Bal. in authen. Clericus. C. de epis. & Cle. idem tenent Antho. & Sicu. in. c. quoniam frequēter §. fi. vt lit. non conte. alle. gloss. 11. quæstion. 1. vbi hoc tenet Archi. in. c. Clericus nullum. idē Sicul. in. c. fi. de empt. & ven. 2. col. idem tenet Bal. in. l. emptor. C. de euictio. idem Ange. Are §. actionum. 7. Cur. insti. de actiō. idem Bal. in alleg. l. venditor. Et ita de consuetudine seruatur in præsenti regno, licet gloss. in. c. Clericus 13

 nullum.

nullum.11.quæſt.1.Specu.in ti.de primo & ſecundo decre.§.reſtat.ver.quid ſi dominusClericus & ſeq.& Io.Fa.inſti.de ſatiſdá.§. fi.& in alle.l.1.videantur tenere contrariũ. Quorum rationes & illarum ſolutiones vide per Anch. vbi ſupra.

Sexto fallit,vt Clericus efficitur hęres laici iam conuenti coram iudice ſæculari, quia talis inſtantia ſicut præmittitur cum laico inchoata,tranſit inClericũ ſecundũ Imol.in.l. ſi eum hominem.de fideiuſſo.Pau.de ca.in.l.hæres abſens.ff.de iudi.Idem.Pau.& Ludo.Pōtha in.l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſolu.matri.&moder.in c.quia vero.de iud.Alias tertius læderetur ſine culpa, qui inchoauit litem cũ defuncto, ſi neceſſitaretur deſerere prius iudicium inceptũ coram ſæculari iudice, & incipere aliud corã Eccleſiaſtico. Alterius enim conditio ex perſona ſucceſſoris alicuius deterior fieri non debet.l.2.§.ex his.ff.de ver. oblig. erat autem obligatus defunctus ſubire iudicium in iudicijs. quaſi contrahatur in. l. 3. §. idem ſcribitur. ff. de pecu. vbi ergo cœptum eſt iudicium, ibi finem accipere debet.l.vbi cœptum ff. de iudicijs. Et iſta opin. maxima æquitate fulciri videtur.

ADDE

Quod Clericus ſucceſſor coram eodem iudice ſæculari inſtantiam continuare cogatur ea ſentētia verior eſt & æquior, vt tradit Viuius in com. op. lib. 2. opin. 48. Clericus, Eccleſia, ſiue Monaſterium licet Maranta perperam contrarium tradat in 5.parte,de inſtantia numer.13. Quem rectè

Viuius

Viuius d. loco. reprehendit. hanc sequitur sententiam Boerius decis. 69 num. 32. Quod nimirum inceptum Iudicium coram Laico Clericus successor peragere teneatur. Vide tamen dissimilem adhuc aliam decis Rota. 5. de foro competenti in antiquis vbi clericus successor in executiua obligatione remittitur ad suum iudicem, Matth. Boyss Doct.

Contrarium tamen tenent Bald. in. l. 1. C. si pendente. app. mors inter. Angel. in l. tam ex contractibus. ff. de iudi. & Bald. in cap. in præsentia de probat. vbi & in allegat. l. 1. dicit quod instantia litis non transit in monasterium monacho profitente. idem Anthon. & Sicul. in allegatib. cap. quia vero. & Ioann. Andr. in regula iuris, qui in ius, &c. lib. 6. & dicunt aliqui istam partem esse veriorem, vt stetur regulæ supradictæ. Alij vero qui bus assentior, dicunt priorem æquitati magis esse consonam.

7. FALLIT.

Vbi pater vult emancipare filium Clericum, quia tunc coram sæculari iudice fieri debet secundum Rotam decis. 181. & Petr. de Ancha. in regula iuris ea quæ sæpius allega. quæst. 17. idem tenet Nicho. mil. in ver. iudex sæcularis.

8. FALLIT.

In insinuatione donationis excedentis summam. 5. aureorum fienda per laicum Clerico. Quia illa fieri debet coram iudice

saeculari secundum Rom.& Anca.vbi supra.

Nono fallit, vbi statuto cauetur quod non valeant legata,nisi insinuatione testamenti facta coram vicario Capitanei populi alicuius ciuitatis,& occurrat clericũ institui in testamento,in quo fiebant laicis legata, & ipsi petentes insinuationem testamenti fecerunt Clericum hæredem citari coram tali iudice sæculari,valebit citatio secundum Bald.in.l.testamenta.C.de testa. & ibi Pau.de Ca. dicens ita consuluisse nondum viso Bald.idem tenet Saly.in.l.consulta.C.eod.titul.& Pet.de Ancha. in regula iur. ea. quæ. lib. 6. quæstion.17. ver. pro pleniori. Angel.in.l.1.§. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam. per l. Falci. & ibi Imol.idem Bald.in Authen.Clericus C.de Episco.& Cleric.idem Antho.de Cana.in suo tracta. de insinua.quæstion. 57. ad quod faciunt dicta Bart. in.l. cunctos populos. 6. quæstio.C.de summa trinitate.

Decimò fallit vbi Clericus tanquam tertius possessor rei super qua lata est sententia, vult contra executionem sententiæ super hoc latæ inter laicos per iudicem sæcularem se opponere ad impediendum , quia hoc fieri debebit coram eodem iudice secundum Bal. in alleg.l. testamenta.& Salice.in dicta.l.consulta.& Antho.de cana vbi supr.qui alleg.dictum Bald.in l.fi.C.de edict. diui Adri. tol. in 12. colum.vbi dicit quod si hæres scriptus petat se mitti in possessionem hæreditatis ex beneficio dictæ,l. coram iudice sæculari , Clericus qui voluerit contradicere, dictum iudicem sæcularem debet adire, ad quod bene facit quod scriptum est

est in præcedenti fallentia.

Vndecimo fallit, vbi laicus hæres vult facere publicationem testamenti, iuxta. l. publicati. &. l. testamenta & l. consulta. C. de testamentis. Nam si cessante testamento Clericus esset successurus, aut alias haberet interesse ꝑ dicta publicatione in vrbe Rom, vocaretur coram magistro census, vt in alleg. l. testamenta. & l. consulta. Alioquin publicatio non teneret secundum But. Bart. Bal. Salice. & Ioan. Fa. in alle. l. testamenta. vel fieri debet apud præsidē prouinciæ in prouincijs, aut coram defensore ciuitatis, vt in authen. de deten. ciui. §. nullà. idem glo. & Odo. in. alle. l. testamēta. & de hoc in. l. repetita. C. de Episc. & Cleri. & si quis ex consensu. C. de Epis. audien. ver. idem tenent. Sicul. & Bal. in. c. fi. de fide instru. Vnde Bar. in allegat. l. consulta dicit, quod huiusmodi insinuatio siue publicatio testamenti fieri non potest apud rectores Ecclesiarum. Idem Salice. ibidem. Certum est autem quod in huiusmodi publicatione sunt vocandi quorum interest. tenet Inno. Hostien. Ioh. And. Bal. & Sicul. in. ca. Albericus de testit, & in. c. fi. alle. Bart. Bald. & Salice. in allegat. l. publicati, & Io. Fa. in alle. l. testamenta. & Specu. ti. de instru. edi. §. ostenso ver. qualiter. ver. & vt plenus.

12. FALLIT.

In confectione inuentarij fienda per laicum hæredem. quod fieri non debet, nisi citatis creditoribus & legatarijs per. l. fi. in. §. cum igitur C. de iure deli. & ibi Bal. Salice. & Doc. & Bar in authē. sed eum testator. C. ad. l. Falci. Pau. de cast. consi. 203. & Bart. in l. 2. §. prius. ff. de

vulga. Bal. in authen. si omnes. C. si vt ab hære- se absti. Et hoc in præsentia iudicis. ita etiam tenet Specu. ti. de instrum. edi. §. fin. ver. quid si hæres fecit scribi, &c. Nam si Clericus sit v- nus ex creditoribus aut legatarijs, vocandus erit coram iudice sæculari, si alij legatarij, & creditores sint laici, per rationes positas per Bald. in allegat. l. testamen. cum concor. al- legat. in. 9. fallent. huius secundæ regulæ. Et i- dem in inuentario tutorum aut curatorum, quod per Specu. æquiparantur quo ad formam inuentario hæredis vbi. supra. vers. huius autē inuentarij. Et idem videretur generaliter, vbi- cunque imminet aliquis actus fiendus coram iudice sæculari vocatis quorum interest. quia si vnus illorum interesse habentium reperia- tur Clericus, ne continentia causæ diuidatur, vocabitur corā iudice sæculari, vt in casu præ- dictæ authen. si omnes. & idē videretur in simi- libus. idem Ancha. vbi. supr. ver. occurrit. Ad- de quod Episcopus executor testatoris tenetur conficere inuentarium, etiā coram iudice lai- co, secundum Ange. in. l. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per. l. Falcidiam.

13. FALLIT.

In Clerico qui successit prædoni in fraudē iurisdictionis, nam tunc secundū Bal. in alle. l. fi. C. de edic. diui. ad. tol. 13. col. non erit curan- dum vnum obolū de prædicto Clericatu, quia Ecclesia quod vult in se vt sua iurisdictio non fraudetur, ita velle debet in alijs. 10. col. de alie feu. ver. Ecclesia, quasi velit innuere, quod iu- dex poterit cogere talem Clericum hæredem ad reū ituendum furtum, ad quæ fa. quæ scrip- si in

si in huius secundæ regulæ tertia fallentia.

Decimoquartò fallit in Clerico, apud quē ex ordinatione iudicis sæcularis factum fuit depositum. Nam talis Clericus depositarius poterit cogi ad restitutionem depositi officio dicti iudicis sæcularis, quasi non proceditur propriè contra eum per modū iudicij, sed executiuè & ex consequentia officij suscepti. ita dicit Bal. & post eum Sali. in. l. acceptam. C. de vsu propter verbum, vel sacratissimas ædes.

ADDE

Probat Tiraq. de retract. reconuenti. § 4. glos. 7. num. 9. Vbi citat nunc auctorem. Tolosa. capel. decis. 167. Matthæus Boyß Doct.

Et istud posset adduci in sequestris qui quotidie per sæculares iudices deputantur, quorum aliqui sæpenumero sunt Clerici, & consueuerunt compelli ad reddendum rationem, & reliqua per eosdem sæculares iudices.

15. FALLENT.

In iudicijs duplicibus, de quibus in. cap. ex litteris de proba. in quibus si sunt plures contendentes quorum vnus sit Clericus, conuenietur sicut alij coram iudice sæculari, per. l. 1. ff. de qui. re. apud eundem iudi. ea. Et hoc secundum gloss. ibidem ratione connexitatis causæ, quia consortes & coniuncti sunt. le. nulli. C. de iudi. & no. in. cap. cum Martinus de consti. Secūdo ratione reconuentionis, quia quilibet est actor & reus, & quilibet agit & conuenitur, ergo apud eundem iudicem. C. de sent. l. Papinianus & in Authen. & consequen-

ter & ff. de iudi. l. qui non cogitur. & 3. q. 8. cuius in agendo. Tertio ratione absurditatis euitandæ, nam posset accidere quod vnus aliter iudicaret quam alius vel dicta. l. 1.

Et hoc maximè procedere crederem in præsenti regno in quo (sicut supra tactum est) in huius secundæ regulæ fallentia quarta prælati non cognoscunt de realibus. Et idem videretur in pluribus tutoribus, quorum vnus esset Clericus: quia pro redditione computorum & administrationis conueniri poterit Clericus cum alijs coram iudice sæculari, per dictam. l. 1. Eo præsertim, quia omnia bona dictorum tutorũ aut curatorum de iure sunt hypothetica pro redditione administrationis, vt in. l. pro officio. C. de admini. tuto. cum concor.

De qua quidem actione hypothecaria (cũ sit realis) vt dictum est in præalle. fallentia. 4. prælati Franciæ de consuetudine non cognoscunt, quamquam contra prædicta multum facere videatur dictum Bart. in. l. solent vlt. col. ver. Sed ponamus. ff. de ali. & ciba. lega. vbi sic inquit. Si vnus hæredum sit Clericus, & alius laicus, & ab eis petantur alimenta, iudex Ecclesiasticus erit adeundus. & istud ibidẽ Doct. cõmuniter sequuntur. ad ꝙ faciunt no. per eũdẽ Bar. in. l. præcipimus in. fi. C. de app. & lib. Bal. & Salice. & Anchar. in al. regu. iur. ea quæ de regulis iuris. li. 6. quæst. 1. Et domino concedente latius dicere decreui infr. circa finem vltimæ partis.

Decimo sextò fallit, vbi conuenienda esset vniuersitas Clericorũ & laicorũ, cuius tamen pars maior esset laicorum, quia tunc tota esset sæcula-

ſecularis,& ideo conuenitur coram iudice ſeculari,ſecundum Barto.in l.fina.ff.de colle.illici. ver. Sed coram quibus.idem tenet Sicul. in alleg.ca.ex literis de conſti.& in c.ſi diligenti de foro compet.idem Flori. in l. repetunda. §.Hermofroditus in fi.ff.de teſti. Bal.in authe. habita.C.ne fi.pro Pa.15.columo. ver. dicto de ſcholaribus.idem Salicet. ibidem in penul.colum.ver.quæro coram quo.Pet.de Ancha. vbi ſupra.qu.16.Bartol.in l.cum ſenatus ad fi.ff.de re.du. Sicul. in ca.cum ab Eccleſiarum de offi. ordin.& Zaba. in ca. accepimus de fide inſtrumen.

17. Fallentia.

Decimoſeptimo fallit,vbi Clericus & Laicus compromiſerunt in Laicum,à cuius laudo fuit appellatum, vel Laicus vult recurrere ad arbitrium boni viri:quia hoc erit fiendum coram iudice ſuperiore ipſius Laici ſecundum Ancha.qui ita tenet in eius diſputatione, quæ incipit ca.Clericus &c. Niſi compromiſſum fuiſſet ſuper cauſa Eccleſiaſtica.per c expoſita & ca.peruenit de arbi.tenet idem Ancha.in alleg.regula ea quæ in quæſtione 17.in ver.Et iuxta prædicta idem tenet Ludo Ro.conſi.165.& Sicul.poſt Antho in c.quintauallis.35.col.ver. ſed dubitat de iureiur. idem Bar. in eius conſi. incipiente viſis conſilijs Doctor. famoſorum. &c.idem tenere videtur Lanfran.in tractat.de arbi.qu. 19.

18. Fallentia.

Decimo octauo fallit, vbi prælatus vel Clericus eſt obligatus alicui Laico,vel etiam Clerico

rico in aliqua pecuniæ summa cum scedula ma nu sua signata, vel eius sigillo sigillata. Nam si adornetur in curia parlamenti, comparere tenebitur, ac in negotio procedere, cognitaque scedula cogetur curiæ manum garnire de summa in eadem contenta, & in eius defectu condemnabitur, & fiet executio super eius temporalitate. Veruntamen nunquam mihi visum fuit istud de iure posse sustineri per c. 2. de foro compe. li. 6. cum alijs iur. alle. in prælle. regula 1. & 2. maximè cum ista sit actio merè personalis, nisi fortè in eadem scedula vel obligatione sit hypotheca; de qua ex cōsuetudine regni prælati non cognoscunt, vt dixi supra huius secundæ regulæ 4. fallen. Et propterea antiquitus cognita scedula vel obligatione ob defectū garnimenti, dicebatur per curiam, quod temporale Prælati vel Clerici ad manum Regis detineretur, donec fuisset debitori satisfactum. quod videtur esse quasi finis hypothecariæ, vt l. si cū venditor. in prin. de euictio. & l. fundus. §. creditor. ff. de pigno. & facit quod dicunt quidam Clericos ratione temporalium dominis temporalibus esse subiectos 11. q. 1. c. cum ergo §. his ita respondetur. & 33. q. 3. §. sed notandum de maio. & obed. c. solitæ. l. de his. C. de Epi. & Cle. & c. quo iure. 8. dist. Oldra cons. 17. & Pet. de Ancha. in sæpe dicta regula iuris ea quæ lib. 6. sub. q. 22. ver. huiusmodi gratia &c. & quod scripsi post Frede. supra in 2. fallen. primæ reg.

Et de præmissis sunt plura arresta, & inter alia in curia parlamenti Parisijs Anno D. 1391. dictum fuit quod litrera obligatoria Prioris & conuentus sancti Martini de campis eorum sigillo sigillata post obitum Prioris recoguita

pareret executionem super bonis Conuentus, Et Anno D.1444 18. Augu. in parlamento Tholosæ dictum fuit, quod Dominus Philippus de Leuis Archiepiscopus Anxitanus, ad instantiā Ottonis Castellani veniret in curiā cognitur⁹ vel negaturus suam scedulam infra finem eiusdem mensis. Aliàs extunc scedula prædicta haberetur pro confessata. Deinde 7. sebtembr. dictum fuit, quod curia tenebat prædictam scedulam pro confessata, per quam ex causis in ea dem contentis, idem Archiepiscopus eidē Castellano promiserat soluere summā mille scutorum auri. Et curia condemnauit ipsum ad garniendum manum in eadem curia de prædicta summa infra festum omnium Sanctorum.

19. Fallentia.

Decimonono fallit, cùm Laicus obligatus Clerico prætendit obligationem factam sine causa, vel debitum solutum, ob quod super ipsius obligationis inefficacia, vel instrumenti cancellariorum vult experiri iuxta l. dissolutę & l. fin. C. de conditio. ex l. nam in huiusmodi causa poterit Clericus coram iudice seculari conueniri, licet huiusmodi conditio sit actio personalis, vt iusti. de actio. §. appellamus: ita nihilominus de facto seruatur in præsenti reg no. Quod non videtur posse sustineri de iure per iur. in huiusmodi secunda reg. alleg. Cogitaui id fortè fieri eo quod communiter in huiusmodi instrumentis & obligationibus apponitur hypotheca, & obligatio ad vires & rigores sigillorum regiorum. Igitur pro declara tione inefficaciæ huius obligationis, vel ipsius cancellatione, curia secularis præsertim iudices huiusmodi sigillorum adiri possunt

Et quatenus tangit reparationes prædictas pro dicta ordinatione facere videtur. c. decreuimus.

uimus 10.quæst.1.vbi text.quod Episcopus visitando Ecclesiam si inueniat eam destitutam sacerdoti eius reparari,præcipiet &c.c.vnio.ea cau.quæst.3.vbi tex.quod Episcopus non debet percipere tertiam nisi diruptas ecclesias velit reparare.&l.ne splendidissimè.C.de ope.pub. vbi tex.quod si vrbes vel opida vetustate labâtur. vel egeant reparatione tertia pars redditu um pro muris & thermis publicis conceditur.& l.fi.C. de vectiga. vbi duæ partes applicantur fisco,& tertia ciuitati. & fa. ad idem.l. ex præstatione.eo.tit. & in authen.de colla. §. iubemus colum. 9. & C.de diuer.pred.vrb.& rusti.l.3.in.fi.li.11.vbi tex.sicut in al.l.ne splendidissimè.& l.si in aliquam. ff. de offi.proconsul.& lega.& 96.di.c.Boni principis. vbi text. in hæc verba ædes sacras & opera publica,circũire inspiciendi gratia an sarta tectaque sint, vel aliqua refectione indigeât,& si qua cœpta sunt consummentur,prout vires illius Reipublicæ permittunt, proconsul curare debet. Curatores quoque operum diligentes solemniter proponere, ministeria quoque militaria si opus fuerit ad curatores adiuuandos dare.

Ex qua colligitur, quod etiam ædificia noua debent continuari,de quo per Sicul.in.cap. 1.c.tua nos.& cap.de his de Eccles. ædifi. vide quæ scripsi in addi.ad quæst.1.599.

ADDE.

Clericus vt pro reparatione Ecclesiarum, ita quoq; pro instructione murorum, portarum ciuitatu, viarum, pontiumq; contribuere tenetur. Egregiè tradit hoc Viuius in comm. opin. in verbo Cleri-

ci.lib. 2.opin. 42 Guido Papa q. 78 Compelluntur tamen per iudicem Ecclesiasticum Latè tradit Benedictus de Capra in comm.opin.in leg. 96. num. 79. Item Clerici tenentur viam publicam ante domum suis expensis mundare. Idque per iudicem ecclesiasticum, non per sæcularem, licet Capolla contrarium teneat, titul. de seruitutibus rusticorum prædiorum, quem eo nomine reprehendit Ignatius Lopes in praxi, criminali. cap. 55. in additionibus. vers. 5. hinc emanat. Adde quoque quod clerici pro custodia Murorum *& ciuitatis tempore belli contribuere debeant. egregiè* Molineus *consf. 11. & 12. Præses in loco, A. persona. Grassus in commu. opi. in verb. Clericus. Caberanus decis. 93.* Minsing. *obs. 70. cent. 4. Matth. Boyß Doct.*

27. Fallentia.

In censibus & tributis, pro quibus clerici possunt coram sæculari iudice conueniri, quia videntur potius conueniri res eorum tâquam affectæ, quam personæ, ita tenet Guilher. de cug. in. l. de his. C. de Episcopi & Cle. allegat. l. viros. de pala. sacra. largi. libr. 11. idem Baldus dicens, quod non poterit aliquid in personam clerici. Et ista opinio communiter approbatur vbi tales possessiones & bona habent onus perpetuum annexum & inuariabile, quia talia transeunt ad clericos cum oneribus suis, pro quo facit Clemen. 1. de censi. Si autem onus sit variabile, & possessiones essent prius ascriptæ, pro solido & libra, sicut cômuniter fit in lingua Occitana, vbi æstimantur bona cuiusque vt soluat plus vel minus secundum impositionem

item collecte, & ad ista onera non tenentur Clerici vel Ecclesię secundũ veriorẽ opinionẽ. Et nõ potest hoc onus dici annexum possessionib: cũ non sit perpetuũ; sed variabile, & quandoq; imponitur personę pro reb. si ergo perueniant ad clericos debẽt cẽseri iure eccles. pro quo bo tex. in c. 1. de iure patrona. l. 6. & in l. fiscus de iure fisci. Et hanc opinionẽ tenet Io. An. de lig. Mathe. & Io. de Imol. in Cle. præsẽti de cẽsi. Io. An. An. Archi. Imol. & Dominicus in. cap. 1. de immu. Eccles. l. 6. Sic. in. c. fi. de vita & honesta. clericorũ. & eius consil. 3. Io. Fa. & Bal. in. l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. Zaba: in repetitio. c. perpendimus. de sent. excõ. Hosti. in summa. de immunitate eccles. §. in quib. versi. ad extra ordinaria: Landu. in clem: diœcesanis de vita & honesta. cle. Guido Papæ. quæst. 381.

Ad prædicta facit conclusio Sicul. quam ponit in alleg. cap. non. minus; vbi post longã disputationem tenet, quod Ecclesia vel clerici non teneantur ad collectam impositam pro fortificatione ciuitatis seu munitione aduersus hostes, nisi sponte illam velint subire approbante Episc. & Clerico, consultoque Romano Pontifice & vbi laicorum non suppeterent facultates per: c. aduersus. eo: tit. Nisi secundum eum tanta necessitas immineret quod non posset sine aliorum scandalo & periculo prius haberi recursus ad Papam. ar. op: in: l. tutor qui repertorium: ff. de admini. tuto. vide per eum in di: c. non minus vbi singulariter confirmat opinionem huiusmodi & ad. l: & contrarium. opi: clarissimè respondet.

Sed quo ad prim, ũ credo quod opinio Bart:

de qua in.l.rescripto.§. fi. ff. de mune.&ho.in facto seruaretur,videlicet quod vbi possessiones essent prius descriptæ in compendio pro solido & libra,sicut communiter fit in partib. istis quod tunc transirent ad clericos cum oneribus suis,&hoc casu possent ibi conueniri coram iudice sæculari,& ad hæc faciunt quæ scripsi supra in huius secūdę regulę fallen.quarta.

28. Fallentia.

In datione tutelæ. Nam à iudice laico dari potest sacerdos in tutorem secundum Ange. Are.insti.de attili.tuto.§.sed hoc iure.alle.authen.præsby.C.de Epis.& Cle. Nam vt ait iudex sęcularis est iudex cōpetens cuiuscūq; etiā clerici petentis tutelam vel aliquid aliud corā eo,vt.11.c.1.c.experientiæ & c.si clericus & ca. cū sit.de foro cōp.Adijciēs etiam quod Præses siue iudex sæcularis possit præsbyterū tutorē dare,quod videtur probari,in l.neq;.C.qui.da vel cu.pos.& gl.in authē presbyt.C.de Epis.& Cle.Pet.de Anch.in regula iur.ea quæ:de regu. iur.lib.6.sub.q.18.& Rota deci.181.remittunt ad dicta Bal.in.l.generaliter.C.de Episcop.& Cle.vbi Bal. refert Oldra.tenuisse quod exorcistę & alij clerici inferiores compellūtur per iudicem sæcularem suscipere tutelā legitimā, quia dati sunt à lege. Sed presbyter.& alij in sacris volentes possunt esse tutores legitimi nō autē testamentarij,vel datiui pro quo text. & gl.in.c.peruenit.86.di.& distin.sequen.c.in religiosum.Non tamen cogūtur,vt in al.auth. presbyter.tenet Spec.tit.de tu to.§.generaliter ver.Itē opponitur contra tutorē & idē Io.An. ibid.in adde.& Sicu.in.c.ex parte.2.de appel.

Et

Et quamuis de iure ciuili Episcopi vel Monachi non possint etiam volentes legitimā recipere, vt prææalle. authen. presbyt. dicit tamē gl. in al. c. peruenit, & Specul. vbi supra illam authen. esse correctam per dictum canonē, ita quod etiā Epis. vel Monachus possint si velint recipere legitimam tutelam, sed non testamētariam vel datiuam. dicit tamen Bald. in addi. Spec. vbi supra quod Monachus nō habet vnde soluat, nec habet bona quæ possit hypothecare pro administratione & mortuus est, ideo non possit esse tutor.

A D D E.

Vide in reg. 4. f. l. 25. Rebuff. de sententijs prouisional. ar. 3. gloss. vlt. num. 24. Math. Boyss D.

Sed ad tutelam miserabiliū personarū omnes Clerici siue Monachi tenentur, vt ibidē, & 88. di. c. 1. & c. Epis. gubernationem. & Specul. vbi supr. in ver. illud autem. dicit tamen quod forte non cogentur. Bald. in alle. l. generaliter, finaliter concludit quod Epis. & iudex sæcularis dabunt Clericum tutorem, & compellēt vt ex coniunctis iurisdictionibus reintegretur vnus effectus. ff. excu. tuto. l. iurisperitos. §. cum oriundum. & l. de creatoribus. C. de Epis. audi. & Isti. de atti. tu. §. nos autem.

29. Fallent.

In clerico Minore litigante coram iudice sæculari. Nam curatio ad huiusmodi causam sibi dabitur per dictum Iudicem sæcularem, ita tenet Oldra consil. 59. & Pet. & Iacob vt ipse refert & rota. deci. 181. Pe. de Ancha. in alle. regula. iur. ea quæ sub. quæst. 18. Domi. in. cap. si annum. de iudi. lib. 6. in compendio rotæ sub rubrica.

brica.de iudi.decis.5. Curator autem generalis ad lites eidem clerico per suum competentem iudicem dabitur secundum doct. præallega.

30. Fallentia.

In præsenti regno, vbi Ecclesiastica potestas abutitur notoriè sua iurisdictione vel potestate. Quo casu etiam contra clericos concedi solent per cancellariam litteræ in casu appelli (ab abusu notorio vulgariter nuncupatæ) de quib. sæpenumero dubitaui, vbi fundari poterant in iure. Audiui tamen frequenter officiarios pro hoc dicere esse bonum tex. in cap. filijs vel nepotibus. 16. quæst. 7. Quibus ego respondi dictum canonem esse correctum, vt tenet Sicu. in. c. qualiter de iudi. sed vlterius mihi allegauerunt Regiam Maiestatem ad hoc inter alia fuisse institutam, vt ministros ecclesię id est viros Ecclesiasticos protegat. Cum boni Regis sit tueri Ecclesiam & personas ecclesiasticas, vnde dicit tex. 96. di. Boni Principis est, ac religiosi ecclesias contritas atque concisas restaurare, nouasque ædificare, vt Dei sacerdotes honorare ac tueri, & 23. quæstion. 8. cap. tributum. ibi, quia nos tueri & defensare deberent, &. cap. principes. 23. quæstion. 5. ibi cognoscant sæculi principes se debere esse rationem reddituros propter Ecclesiam quam tuendam suscipiunt. & 23. quæstio. 3. cap. Maximianus. & 2. c. sequen. & 11. quæstio. 1. Christianis. dum Gelasius Papa Zeie comiti ait. Clericos tibi commendo tuæ sublimitatis tuitione vallentur, ne quid illis aut surreptio aut inimica legibus violentia necessitatis imponat, dicit etiam tex. 23. quæstio. 5.

Administratores planè sęcularium dignitatũ qui ad ecclesiarum tuitionem pupillorũ ac viduarum protectionẽ rapaciũq; refrenationẽ constituti proculdubio esse debent quoties ab Epis.& ecclesiasticis viris conuentę fuerint eorum querimonias attẽtius audient secundum quod necessitas expetierit, absq; negligẽtia examinent & studio diligenti corrigant. facit tex. in.c.Imperatorib. vbi dicit per Imperatorẽ obuiandũ peruersis, & pauperes defẽdi aduersus potentias diuitũ, alioquin qui potest perturbare peruersos,& eis obuiare & nõ facit, nihil aliud est quam fauere impietati eorum. c. qui potest.ea.cau.& q.

Insuper Regũ est officiũ proprium facere iudiciũ atq; iusticiã,& liberare de manu calumniantiũ vi oppressos vn in c.Regũ.23.q.5.Prętérea Archiep.notoria crimina subditorũ suorũ sui Suffraganei visitando punire potest ratione huius notorietatis quod alias facere nõ posset, vt in.c.romana.§.sanè.de censi. lib.6.& fa. c.romana.de pen.eo.lib.

Allegant insuper quod Regia potestas ad id etiam sit instituta, vt sanctorum antiquorumque Patrum decreta saluberrima Spiritu Dei promulgata exequi faciat,& inuiolabiter obseruari in authen. quo. opor.Episc.in prin. col.1.& in.l.fi.C.de Sum.Trini.& multas alias rationes pro se soliti sunt allegare. Nunquam tamen audiui neq; vidi nisi semel, quod super meritis huiusmodi causarũ appellationũ fuerit pronunciatũ, sed duntaxat vel appellationes annullari, aut ꝙ appellantes nõ erãt, vt appellãtes recipiẽdi, quia à iudice spirituali non

est ad sæcularem iudicem appellandum.

Fallent. 31. De pragmatica Sanctione.

Fallit etiam in præsenti regno vbicunq; per prælatos clericos, vel alios quoscunq; aliquid fit, vel attentatur contra decreta Basiliensis Concilij & Pragmaticam Sanctionem. Et fundant se iudices temporales dicentes huius honore cognitionem, eo quod dictum, consilium seu per suos creatores exhortatum fuit Regem Carolum huius nominis 7. obsecrando vt decreta statutaque & ordinationes ab ipsa sancta sinodo facta & condita recipere vellet & acceptare: eaque quantum suæ regiæ dignitatis interesset per vniuersum regnum suum, & delphinatum inuiolabiliter perpetuoque obseruari facere dignaretur.

Quæ decreta & ordinationes ac statuta in eadem pragmatica sanctione contenta. Archiepiscopi, Capitula notabilia, Decani, Abbates cæterique prælati & viri ecclesiastici, atq; sciẽtifici vniuersitatum studiorum generalium Bituris congregati, Ecclesiam regni & Delphinatus repræsentantes, recipienda cõsenserunt & acceptanda deliberauerunt & acceptarũt. Et apud Regem ipsum institerunt, vt ipse ex tunc ipsa decreta acceptaret, & approbaret, mandando districte ex tunc curiæ parlamenti & alijs iusticiarijs regni & Delphinatus, ac aliorum dominorum regni, quatenus de puncto in punctum præmissa inuiolabiliter & in perpetuum obseruarent & facerent obseruari, transgressores & contra facientes taliter puniendo, quod cæteris in posterum cæderet in exemplum.

Vnde

vnde rex ipse die 7. Iulij. Anno Domini 1438. regni sui 16. habita deliberatione cum principibus suæ regalis prosapiæ, ac alijs magnatibus & proceribus, multisque alijs viris prudẽtibus & scientificis Ecclesiasticis & secularibus regni & Delphinatus suorum eidem in eius magno consilio assistentibus, ad quorum supra requestam & supplicationem decreuit omnia per eos in prædicta congregatione deliberata in eius regno & Delphinatu, cæterisq; dominijs suis perpetuò teneri ac inuiolabiliter obseruari, suumque plenum & integrum absque alia publicatione à die prædicta sortiri effectum. Curiæ parlamenti, omnibusque iusticiarijs regni & Delphinatus suorum, cæterisque officiarijs & subditis suis, & eorum cuilibet, prout ad eum pertineret, mandauit districtius iniungendo, quatenus omnia præmissa & singula tenerent, custodirent, & conseruarent, in sua roboris firmitate. Et in causis quibuscunque occasione præmissorum decetero orituris & emersuris secundum deliberationes & conclusiones in eadem pragmatica sanctione contentas iudicarent, pronunciarẽt, & sententiarent. Atque ab omnibus subditis & incolis suorum regni & Delphinatus inuiolabiliter facerent in omnibus, & per omnia obseruari prædictas personas Ecclesiasticas & seculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis ab omni turbatione, violentia, impressione, molestatione, vexatione, damno, impedimento: & disturbio tuerentur, protegerent & defenderent. Omnes & quascunque personas cuiusuis conditionis aut sta-

tus forent contra facientes, aut venientes, taliter punienda, quod imposterum cæteris cederet in exemplum, vt hæc omnia patent tam in proœmio, quam in fine pragmaticæ sanctionis: Et ita de facto, tempore Caroli 8. seruari vidi. Vnde officiarij regij super his se fundant, sustinentes, quod curia parlamenti possit cogere Archiepiscopos & Episcopos ad confirmandum, vel infirmandum electiones suorum subditorum, dicunt enim valere etiam consuetudinem, vt casu quo Episcopus non potest esse iudex propter suspicionem det iudicem parti non suspectum, coram quo procedetur: & si appelletur à tali, appellabitur ad Episcopum, tamen poterit iterum recurri, ita dicit Hostie. in titulo desen. §. qualis 16. colum. ver. sed nunquam Episcopis. & ita dicit seruari per dominos temporales in Fancia, de quo meminit Lu. douic. in l. qui iurisdict. ff. de iurisd. om. iudic.

ADDE, de Pragmatica sanctione.

Hæc pragmatica sanctio apud Bituriges in Concilio Basiliensi à Carolo septimo Rege Francorum 7 nonis Iulij, Anno 1438. probata, & in Senatu Parisiensi 3. idus Iulij publicata est, & eodem tempore etiam deambulationes in templis, dum sacra peraguntur, damnata sunt. Postea verò Ludouicus 11. per Legatos missos ad Pium 2. obedientiam liberam Ecclesiæ præstitit, & abrogationẽ quoq; Pragmaticæ sanctionis prouidit, literis sequentis tenoris ad Pontificem missis.

Litteræ Ludouici 2. ad Pontif. Pium 2.

Beatißimo patri nostro Pio Papæ 2. obedientiam filialem. Te vicarium Dei viuentis, & veneratione prosequimur, vt sacra præsertim in Ecclesiasticis

rebus, tua monita, veluti vocem Pastoris audire, illiúq; parere prompta mente velimus. Te Principē totius Ecclesiæ, Antistitem sacrorum, te dominici gregis Pastorem profitemur, & scimus, teq; iubentem sequimur, tibi ac beatissimi Petri Cathedræ consentimus & iungimur. Itaq; sicut mādasti, pragmaticam sanctionē (tuæ sedi infensam, vtpotè quæ schismatis tempore, atq; per seditionem mota sit) à regno nostro, & Viennensi Delphinatu, & omni ditione nostra pellimus, deijcimus, penitusq; abrogamus. Data Turon sub magno sigillo nostro 27. mense Decēb. Anno D. 1461. & regni nostri primo, &c. Habentur hæ litteræ in li. 7. Decret. li. 3. c. 1. in fine.

Itaq; idem Ludouicus eo nomine Gallicanum Aurelianense concilium, ad tollendam pragmaticam sanctionē coegit, sed senatus Parisiensis adduci non potuit, vt illa tolleretur. Ita refert Genebrardus in Cronicis suis. Tandem Leo 10. hanc pragmaticam sanctionem reuocauit, cassauit, abrogauit, & damnauit sub magnis pœnis, Si quis ea in iudicialibus vel extraiudicialibus Actibus vteretur, Hæc Leonis constitutio extat dicto loco, lib 7. Decretalium nuper edito. Successerunt in locum huius Pragmaticæ sanctionis, concordata Galliæ inter Leonem 10. & Regem Franciæ, in qua D. Rebuffus doctissima sua scripsit commentaria. Cur autem Lodouicus secundus pragmaticæ sanctioni renunciare non debuerit, tradit Benedictus in cap. Rainutius. part. 2. in verb. si absq; liberis num 4. Vide Guidonem Papæ decis. 103. vbi hanc pragmaticam sanctionē dicit Loduicum Regem reuocasse Anno 1462. 28. Ianuar. Matthæus Boyß D. De

De Clerico negotiatore Fallen. 32.

Tricesimo secundo fallit in Clerico negociatore, quia tenetur ad gabellas in concernentibus negotiationem, tenet Fredericus consil. 91. incipiente, quæstio talis est vltima col. per textum cum glo. in Clemen. præsenti de censi. Et ideo casu prædicto poterunt huiusmodi ratione gabellarum coram seculari iudice conueniri, pro quo facit c. 2. ne Cle. vel mo. Idē quod Federi. tenent Matthe. Paulus, Stephanus, Zaba. & Imol. in alle. Cle. præsenti. Et bene facit c. recolentes, de statu monachorum, dum ibi dicitur. Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad communia volueritis aliorum monasteriorum iura diuertere, oportebit vos communi iure censeri, quia dignum est, vt qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, & facit quod per huiusmodi tex. principaliter consuluit Petrus de Ancha. consilio 104. incipiente, contra fratres, &c.

ADDE.

Clericus potest vendere vinum, granum, oleum ex proprijs fundis, & ob id non dicetur negotiator, minus si vendat fructus beneficij. Crauetta cons. 63 num. 3. Tyraquellus de nobilitate cap. 28. nu. 10. Et talis Clericus non soluit gabellas, etiamsi prohibitio sit facta publicè de non vendendo vinum Ignatius Lopes ad practicam criminalem Bernardi Dias cap. 55. versic. Ex quibus sequitur &c. vbi latè tradit de negotiatione Clericis interdicta, & si pec-

si peccet Clericus in hac negociatione licita, per secularem iudicem punitur, vt tradit Cassaneus in consuetudines Burgundiæ rubr. 1. §. 5. in vers. S'il n'a grace. num. 90. Vbi dicit Regem super hoc priuilegium speciale à Pontifice impetrasse. Impugnat tamen Lopes loco superius citato. Matthæus Boyß Doctor.

Adde præterea propter elegantiam text. alleg. cap. Recolentes. libuit videre Anchorani consilium quod non est sub num. Itaq; diu quærendo & inuestigando inuenit filius meus VVilhelmus Boyß in cons. 109. Vbi eleganter consuluit Cacheranus contra fratres mendicantes in qu. proposita. Vbi quæsitum est: Imposito charitatiuo subsidio, vel alio onere per litteras Apostolicas omnibus Clericis, cuiuscunq; status sint & ordinis: An etiam mendicantes, cum reliquis Clericis & Religiosis, cuiuscunq; ordinis pro rata bonorum quæ possidebant, conferre & contribuere teneantur. Et consuluit ibi Anchoranus decisiuè, quod mendicantes pro bonis quæ possident immunitate mendicitati concessa gaudere non debeat, per d. cap. Recolentes. Vbi textus habet, quod bona Ecclesiæ vel capellas contra sui ordinis instituta possidentes, amittunt priuilegium sui ordinis institutum, & cum alijs similem in ll. disciplinam subire tenentur; Dignum est enim, vt qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similē quoque sentiant in legibus disciplinam. vt allegat idem Anchoranus in consi. suo 2. num. 2.

33. *Fallentia.*

Trigesimo tertio fallit in Clerico permit-

tente

tente se à iudice seculari condemnari, & executionem committi, postea suum priuilegium allegante, quia talis venit condemnandus in
33. expensis. tenet Egidius Bellæ. decis. 216. ad hoc allegat c. exceptionem. de excep. vbi tex. quod maliciosè differens oppositione exceptionem sibi competentem, venit condemnandus in expensis. limita tamen prout in casu dicti cap. limitatur hoc dictum per Sicul. post Innoc. Hostien. & Docto. in alleg. c. Et ibi vide per eum, de quibus expensis intelligatur.

ADDE.

Clericus qui patitur se conueniri coram Laico, nec allegat se Clericum, ne quidem ab eo in expensas condemnari potest, sed iudicium nullum est. Ad de Decium cons. 150. & cons. 241. lib. 2. quem citat Vantius de nullitatibus. tit. ex defectu iurisdictionis num. 101. vbi etiam in fine nostrum citat auctorem, sed & auctoris nostri sententiam improbat per multa allegata Ignatius Lopes ad Bernardum Dias in praxi criminali, capite nouiter edito, 62. num. 6. Matthews Boyss D.

Sed si Clericus non habeat vnde, an patitur executionē in fructibus sui beneficij? dic. quod sic. ita tenent Hostien. Ioan. And. Anton. Imol. Sicul. & Præpo. in ca. reprehensibilis. de appel. deducto tamen, ne Clericus egeat, & Ecclesia non patitur detrimentum in ministris Ecclesiæ. vide vbi supra, & quæ dicunt Io. An. Host. Antho. Zaba. Sicu. & Imol. in cā. 2. de fideiusso. vide etiam quæ scripsi in addit. ad qu. Cap. 314.

Adde

Adde Marantam de executione, num. 44. in suo speculo. Matthews Boyß D.

Adde etiam, quod scripsi supra in huius secundæ regulæ fallentia 13. de Clerico contumace, an possit mulctari, &c.

Adde quod Clericus non declinans forum Laici, venit puniendus iuxta ca. si diligenti. de foro competenti, & ideo venit puniendus arbitrio iudicis, tanquam trangressor canonis secundum Baldum in l. 1. C. de indic. vidui col. ad finem. & Spe. tit. de compet. iudi. addit. §. 1. ver. sed nunquid requiritur consensus. Et ideo si trahatur inuitus ad iudicem secularem, debet protestari se Clericum, & quod non debet coram illo respondere, & si iudex præcipiat vt respondeat, protestetur se hoc facere viribus præfecturæ, vel metu ipsius iudicis, tenet Sicu. in c. si diligenti. 6. col. de foro compete. de hoc per Cepol. consi. 11.

ADDE Casus 24. ad præmissa.

Notandum, quod Antonius de Tremolis in Addit. ad practic. Bonacursi seq. 24. casus ex præmissis latius tractauit, quibus Clericus coram seculari Iudice conueniri potest, quos obiter referre placuit, vt legenti statim obuij sint.

1. Ex delegatione summi Pontificis, qui causam criminalem Laico, etiam mulieri committit.

2. Ex priuilegio à Papa concesso alicui Principi de

de cognoscendo incertis causis Clericorum, quod Aufrer. super limita. 1. reg. 1. contra Felin. affirmat, & citat hunc Tremolensem.

3. Fallit in defectu Ecclesiasticæ personæ.

4. Quãdo Clericus in fraudem criminis commissi se Clericum fecit vel professus est, vt secularem iudicem euitaret, tunc Clericatus priuilegium fori non tribuit.

5. In Clerico arma militaria portante, qui si tertio monitus sit, priuilegio exuitur.

6. In Clerico publicè & personaliter artem tabernarij vel Macellarij exercente.

7. In Clerico Ioculatore, Goliardo & Bufone.

8. In Clerico Assassino.

9. In Clerico cum vnica & virgine coniugato nõ deferente habitum & tonsuram.

10. In Clerico actualiter degradato.

11. In Clerico deposito incorrigibilitate secuta.

12. In Clerico Bigamo.

13. In Clerico artẽ exercẽte & in illa delinquẽte.

14. In falsum deponente coram seculari iudice, quã fallent. in vtramq; partem per plura deducit, & negatiuam in puncto iuris veriorem dicit.

15. In causa reconuentionis, quod 6. modis limitat Tremolens.

16. Si Clericus sit hæres Laici inchoata instantia coram iudice seculari.

17. Si testamentum esset publicandum & Clerici interesset, fieri debet coram seculari iudice.

18. In causa euictionis Clericus defendit Laicum in iudicio seculari.

19. *In Causa feudali.*

20. *In reali actione, quamuis communiter contrà. Consuetudo tamen in regno Franciæ aliter obseruat. Vbi etiam Clerici coram seculari conueniuntur ex l. dissolutæ. C. de condictio. ex l. hoc est super Cancellatione instrumenti, vel super obligatione propria manu signata. Item super hypothecaria actione, item super possessorio retinendæ & recuperandæ possessionis beneficiorum, item super solutione arreragiorum & censu annuo.*

21. *Si Clericus esset dandus tutor.*

22. *Si Clericus in executione sententiæ se opponere velit.*

23. *Si Clericus in dubio an sit Clericus fuerit citatus, & non compareat priuilegium suum allegando potest in expensas condemnari, de quo vide sup. fallent. 23 in Reg. 2. & Iafred. decis. 153. 24. & vlt. Episcopus delegat causas pecuniarias & merè ciuiles Laico De his casibus vide Tremolens. supra.*

Adde quod Maranta huiusmodi casus 17. congessit, quibus Clericus coram seculari conuenitur. dis. 11. num. 59.

Benedictus in c. Reinutius. §. & vxorem Andalisiam, decis. 2. nu. 122. & seqq. ponit casus 14. quibus Clericus per secularem iudicem conuenitur. Vsque ad nu. 139. vbi de reali actione & feudo idem testatur. Matthæus Boyß D.

SEQVVNTVR SEX EXTENSIONES *& declarationes præmissarum duarum regularum.*

Extende huiusmodi primam & secundam regu-

regulas etiam ad concubinas Clericorum, quæ forum Clerici sequuntur gl. & tex. in c. eos 32. dist. vbi dicitur quod concubina Clerici debet puniri per Episcopum, & si non potest eam punire, indulget quod puniri possit per principē. & ibidem sequitur Archi. & Domi. præsertim, in Cle. in sacris constituto: quia tunc committit adulterium, & sacrilegium 27. q. 1. c. qui Christo; & c. virginib. no. Host. in summa tit. de coha. Cler. & mulier. §. quam pœnam. Henric. & Sicul. in c. 2. de coha. Cler. & idem Sicu. in c. vt Cler. de vita & honest. Cleri. Imo clarum est, quod crimen sacrilegij punitur iudicio Ecclesiastico. c. quisquis. 18. q. 4. & c. cùm sit generale de foro compet. & canones disponunt huiusmodi concubinis, vt patet in c. quidam. 81. dist. & glo. in c. fraternitatis. 34. di. & in alleg. c. 2. de coha. Cler. dicitur fœmina verò canonicè iudicetur, & ibi gl. Iudex autem secularis in alle. c. eos aditur in defectum, & non principaliter: quia talis non efficitur ancilla de iure ciuili, sed de iure canonico, vt in alle. c. quidam: ideo propter hoc eximuntur à iurisdictione secul.

Idem tenet Sicu. in c. 2. de coha. Cle. alle. videlicet quod concubina Clerici, præsertim in sacris constituti est de foro compe. & ibi idem tenet Anto. idem Ludouicus Romanus in singularibus, in verbo concubina.

Idem Io. de Platea. in l. prima. C. de muli. & in quo loco. libr. 10. & per hoc videtur hodie bonus textus in consilio Basilen. titu. de concubina. ibi prælati concubinas aut mulieres suspectas curēt à suis subditis per inuocationem brachij secularis, si opus fuerit penitus arcere, &c.

brachij

Aduerte tamen, quia Petrus de Ancha. in reg.iuris,ea quæ quæstione 24.& in consil. suo 197.ver.super secundo dubio tenet, quod Princeps secularis possit facere statuta pœnalia cõtra prædictas concubinas Clericorum manifestas & notorias,nec tunc secundum eum honestas Ecclesiæ maculatur, sed potius defensatur & sacri canones melius custodiuntur. Contra occultas vero non videtur, quod iudex Laicus possit ex officio procedere, & sic detegere crimen Clericorum,pro hoc quod ait Constantinus in c.in scripturis 96. di. Idem tenet Ioa.de Ana.super rubrica de adulte. Adde Feli. in c. si concubinæ.de sen.excom.

Quicquid sit,quia dictæ concubinę sicut permittitur,committunt crimen sacrilegij, quod est crimen commune,iudex secularis in præsenti regno illarum recipiet cognitionem, & puniet illas.licet etiam puniri possint per iudicem Ecclesiasticũ:Opinió tamen Petri de Ancha,maximam æquitatem videtur continere.

2. Extende ad vxor.Cler.coniug.Sicu.in c.2.de fo.comp.Clauas.in verb.excommunica.17.§.8. per l.fin.C.de incol.vbi mulieres honore virorum clarent.Doct.in cap.vnic.de Cler.coniug. lib.6.vxores verò Cleric.in sacris constit.gaudent priuilegio fori Clericorum,vt in vxorib. Græcorum.Imol.in c.2. And.in d.c.1.dicit nunquam fuisse receptum,quod in criminal.ab Eccles.iudicetur,& absurdum esset quod in ciui. coram secul.conueniatur in criminalib. vero coram Ecclesiast.& ista opinio seruatur. Adde Zasium c.17.fin.resp. Boys D.

3. Extende ad famil. cleric. quæ gaudet eodem priuil.glos.in c.Clericum 11.qu.1.& glos.

in allegato.c.eos 32.distinctione, & in §.nouarum.in ver.mancipia 16.q.prima tenet Domi. in allegato.c.eos.& Maria.in c.1.de foro competenti.Clauas.in verb.Clericus. 14.§.2. Sed Archidiaconus in allegato. ca. Clericum. dicit quod istud non habet locum in seruitoribus conductitijs, qui seruiunt precio.& idem tenet Siculus in alle.c.2.de foro competenti. Nā speciale est in familia Epi. vt gaudeat priuilegio fori, vt in c.fina. de officio Archidiaconi, & in ista materia stricta, debet fieri extensio, quia multa Episcopis conceduntur,& nō alijs c.fi.de re iudi.li.6.c.fi.de priui.& ca.quam periculosum.de senten.excom.eo.lib.& facit ca. pe.ver.non sic autem.de priui.eo.lib.vbi priuilegium datum conuentui non prodest familiaribus.& facit c.per exemptionem eodem libr. & titu.vbi si in oblatis requiritur qualitas perpetuitatis, quanto minus gaudebunt famuli tēporales nihil habentes spiritualitatis, Et hęc pars videtur esse tutior, & de facto seruatur.

37 Quarto extende ad eremitas, quia sunt de foro Ecclesiæ per c.idemnitatibus.ad finem.de elec.lib.6.idem tenet Imol.in Clemen.per litteras.de præben.in Cl.Idem Anthon.consil.19. incipiente:quia hic agitur in penul.col.addēs, quod caput eorum vitæ est Christus, & subsunt presbytero.in cuius parrochia degunt. Idem tenet glo.in l.2. ff. de in ius vocand. & ibi Ange.& Doct.ad idem gl.in c.nulla.9. dist.& in ca.qui vere 16.q.1.in quibus dicitur: quia eremitæ sunt sub Episcopo, in cuius territorio sunt.idem videtur velle. Innoc.in cap.cum ad monasterium. de statu mona. vbi dicit ere-

mitam

micam esse personam Ecclesiasticam. & Arch. in cap. vnico. de excessib. prælat. lib. 6. dicit. quod eremita est religiosa persona. Sed Lau. Io. de ligna. & Zaba. in alleg. Cle. per literas. & Sicul. in alleg. cap. 2. de fo. compe. quia tales ex vtero matris Laici nati sunt, ita in eodem statu sunt censendi, ex quo nō interuenit alius actus eos eximens à iurisdictione temporali, qui est duplex videlicet receptio ordinis, & conuersio ad aliquem de religionibus approbatis, vt in cap. fi. de religio. do. & 17. qu. 4. cap. si quis suadente. de senten. excom. cap. non dubium cum similibus: & istud videtur de iure verius, quia isti eremitæ non habent certam regulam, nec sunt obligati ad standum ibi, sed. tenentur sola voluntate, & sunt sicut locustæ qui regem non habent, vt ait glos. in alleg. cap. qui vere. Vnum absurdum videretur, quod ex sola voluntate se possint eximere à iurisdictione Imperatoris, & redire quando volunt, pro quo optimè facit. ca. duo sunt genera. 12. qu. 1. ista pars de iure videtur verior. & credo quod seruaretur in practica, & recordor ita iudicatum fuisse per curiam parlamenti de quodam eremita, qui propter egregia furta & rapinas vltimo fuit affectus supplicio. sed opinio prima videtur æquior, maximè fauore religionis pro qua videtur in dubio iudicatū. l. sunt personæ. ff. de religio. & sump. fu.

Quinto extende ad sectores hospitaliū autoritate Episcopi ædificatorum, quando promiserunt in manibus Episcopi castè viuere, & vxore mortua aliam non ducere, quia tales videntur quasi conuersi. ita tenet Hosti. summa 38.

 de re-

in præsenti ciuitate. Quod ego intelligo in istis fratribus de tertia regula, quando receperunt habitum auctoritate Superioris, vt sint perpetuò Deo dicati, nisi habitum in fraudem assumpsissent, vt no. Bart. in alleg. l. 1. Sed quod non sint de foro Ecclesiæ, tenet Cal. tit. de foro compe. consil. 7. Sicul. in alle. ca. 2. referens ita consuluisse. Feder. de se. consilio 165. Albe. in l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. Baldus in l. officiales. C. de Epis. & Cle. Pet. de Anch. in allegata regula iuris. Ea quæ. qu. 15. & Maria. in alleg. ca. 2. & licet istorum opi. videatur de iure verior, prima tamen tutior & æquior.

.QVAESTIO.

An in præmissis casibus, quibus Clerici coram Laico Iudice stare cogantur, ligentur statuto stilo & consuetudine fori secularis.

Quia sicut visum est supra, Clerici plerisque in casibus in seculari iudicio litigare compelluntur. hic ad prædicta inseritur dubium vulgatum, vtrum in dictis casibus Clerici ligentur stilo, consuetudine, & statutis fori secularis.

In qua quæstione variæ fuerunt hactenus Doctorum sententiæ, ego tamen: salua correctione communem opinionem insequendo, dico quod in his quæ concernunt litis ordinationē vt quod instantia finiatur certo tempore, vel quod actor tenetur dare fideiussorem, & idem de libelli oblatione, & similibus concernentibus ordinationem litis, seruandum erit ius Laicorum, quia lex canonica con-

ſentiens, quod ibi cauſa agitetur, cenſetur velle quod agitetur ſecundum modum illius iudicij. ita gl. in c. quod Clericis. de foro compe. & ita eam allegat Antho. Imol. Sicu. & Domi. in cap Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio. & Ioannes And. ſuper rubr. de conſtit. Propterea dicit Archi. in c. non ita. 2. qu. 6. quod Clericus litigans in foro ſeculari non poterit appellare ante ſententiã, niſi in caſibus à iure ciuili præmiſſis, ſed Laicus litigans coram Eccleſiaſtico bene appellaret per c. ſuper eo. de appellatioui. & hoc dictum ſequuntur omnes prædicti. & Sicul. in alle. c. quod Clericis: & in ca. qualiter. de iudi. Pet. de Ancha. conſil. 15. & in repet. c. 1. de conſti. & in repet. c. ea. qui de reg. iur. li. 6. in vlti. q. ant. in diſputatione incipiente ſtante ſtatuto municipali. Lapus alle. 81. Cal. diſputatione incipiente, ſtatuto ciuitatis.

Cum autem agitur decidenda, tunc aut agitur ratione contractus, & tunc conſideratur ius loci contractus. vt l. ſi fundus. ff. de euic. & de vſuris. l. 1. & conſtitutus de in inte. reſtitut. & c. cum veniſſem. de eo qui mitti. in poſſeſ. Si agitur ratione delicti conſideratur ius loci vbi delictum eſt commiſſum. C. vbi de crim. a. op. authen. quæ in prouincia. de ſentent. excom. ca. à nobis. Si verò ius reſpicit rem de qua litigatur, nunc ſeruanda ſunt loci iura, vbi res ſita eſt de teſt. c. Raynutius. C. de edi. priua. l. an in totum. ff. de tuto. & cura. da ab his. l. pupillo. & ideo ſi agatur de onere rei, reſpiciendus eſt locus, vbi res ſita eſt. C. de prædi. nauicu. l. vlti. libr. 11. concordat Cy. C. de ſumma Trinita. & ibi plenè per Bartolũ in repetitione.

Si ve-

Si vero ius vel statutum respicit personam tunc non seruabitur quo ad personam clerici. Sicut enim consideratur ius loci contractus delicti vel li. super qua quæstio sita est, ita & personę qualitatem inspici oportet, cū de iure principaliter personam tangente quæritur & secundum illud ius iudicari oportet, coram quocunque iudice agatur. fa.c.1. de iurepatro. lib.6.& de priuile.c.porrò secundum vnam lecturā. Et ideo si statuto cauetur laicorū, quod solutio debiti probari non possit per testes, clericus illo statuto non afficitur, licet litiget coram iudice sæculari, sed saluum sibi remaneę ius probandi per testes, ita dicit Sicu.post Cal. in alle.ca.quod clerici.& Ancha.in alleg.quæstione finali.

SVMMARIA *ad Regul. 3.*

1 Manus violentas injiciens in Clericum est ipso iure excommunicatus.

2 Percutiens conuersos secularium Ecclesiarum an sit excommunicatus.

3 Mulieres quæ Canonicæ seculares dicuntur percutientes an sint excommunicati.

4 Beguinæ an gaudere debeant priuilegijs Clericorum.

5 Detinens Clericum in custodiam publicam an excommunicationis sententiam incurrat.

6 Mandans injici manus violentas in Clericum, an habendus sit pro excommunicato.

7 Dolo inducens alium ad percutiendum Clericum an veniat excommunicandus.

8 *Prohibere valens percußionem Clerici, nec cohibens, habetur pro percussore & est excōmunicatus.*

9 *Manus violentas iniiciens in Clericum qui voluntariè se verberibus subijcit, an sit excommunicatus, an & ipse etiam Clericus.*

10 *Clericus se ipsum temerariè percutiens, an sit excommunicatus.*

11 *Clericos de mandato prælatorum percutientes an sententiam excommunicationis incurrant.*

12 *Clericus non debet à laico torqueri.*

13 *Prælatus ex causa corrigens Clericum licet iracundè an sit excommunicatus.*

14 *Laicus etiam priuatus an poßit Clericum in crimine flagranti repertum capere specialiter, si sit de fuga suspectus.*

15 *Laicus potest Clericum debitorem suum fugientem, vel de fuga suspectum aut rem asportantem capere etiam sine metu excommunicationis.*

16 *Confeßio Clerici facta coram Iudice sæculari, an sit sufficiens indicium ad torturam.*

17 *Clericus non potest torqueri, nisi sit infamatus de crimine*

18 *Clericum alterum inuadentem licet impunè percutere.*

19 *Clericum percutiens si modum excedat defensionis, non tamen ex proposito venit excusandus.*

20 *Percutiens Clericum turpiter inuentum cum sibi propinqua, an excommunicationem incurr-t.*

21 *Percutiens Clericũ, si Clericatum ignoret, venit excusandus.*

22 *Inuasor Sedis Apostolicæ potest à Laicis impunè repelli.*

23 *Doli incapax percutiens Clericum, non peccat mortaliter.*

TERTIA REGVLA.

Concernens priuilegium Clericorum personale. Cum 8. declarationibus & 12. Fallentijs.

Qui violentes manus in Clericum inijcit, ipso iure excommunicatus est Cap. Si quis suandente 17. quæst. 4.

IDem de monachis aut monialibus Canonicis aut cuiuslibet religionis conuerso vel conuersa aut nouitio cuiuslibet religionis cap. Cunctis, cap. Non dubium cap. veniens cap. Cum illorum cap. de monialibus de sententia excommunicationis cap. Religioso. eodem tit. in. 6.

ADDE

Percutiens Clericum, impias manus in ipsum inferens iure. Ciuili capite punitur Iure Canonico tantum pœna maioris excõmunicationis, vt in hoc cap. Si quis suadente. Idem si quis vestes Clerici diclareet Marsilius. 188. sing. Menochius cas. arb. 389. num.

389.num.15.vbi explicat Buth. Sed nouo Iure.C. de Epis.& clericis. ex auctoritate Baldi. Eandem explicat nouissimè in suis doctissimis decisionibus, Anthonius Tessaurus decis.244. Quod si quis verberet Clericum baculo, pro qualitate personarum & circumstantiarum grauius aut lenius puniri debet. Latè ibi Lessaurus. In hanc regulam quid remittendo addiderim vide infra in fine limitationum. Mattheus Boyß Doct.

2 Declara primo prædictam regulam etiam locum habere in conuersis sæcularium Ecclesiarum, ita videtur tenere gloss.c. non dubium & idem tenet ibi Antho. idem Io. de Imo. in.c. dilecta de maio.& obe. idem. Ioan. And.& Domi. in.c. per exemptionem de priuile. li.6. licet Sicul. in allegat.c. dilecta & in.ca.1. de regula. videatur tenere contrarium. prima tamen opinio videtur tutior.

3 Secundo declara prædictam locum habere regulam in mulieribus, quæ canonicæ sæculares dicuntur, si verberentur quando seruiunt in Ecclesia & habent habitum religiosorum: alias secus. & ita sequitur Rota deci.167. in antiquis tamen Io. An. in alle.c. dilecta simpliciter tenet, quod non gaudent.

4 Tertiò declara prædictam regulam locum habere in Beguinis, quæ sunt conueniendæ coram iudice ecclesiastico tanquam personæ miserabiles & non videntur merè personæ, sæculares maximè cum portant habitum, & gaudent priuilegio. ita dicit Rota. conclusi.332. in antiquis. & ad hoc alle. Io. An. ita. tenentem in ale.c. dilecta.

Quarto declara prædictam regulam locum habere in detinente clericum in custodia publica sicut in carcere vel priuato loco, vt in domo propria, quia licet manus violentas nõ inferat, nihilominus est excõmunicatus, ex quo libere non potest abire. c. nuper de sen. excom.

Idem si quis teneat clericum per vestem & non permittit ipsum abire ca. frenum equi in quo insidet clericus. tenet Innocentius in allegat. c. nuper quod etiam sentire videtur Bar. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. quod dictum Inno. alleg. Bar. ibidem & Bal. in. l. si quã per calumniam. C. de Epis. & Cle. & in. l. gallus. §. ille casus. ff. de lib. & post. h. & in. ca. 1. qui mo. feu. amitta. & Lapus alleg. 118. & Bald. in l. 1. ff. de his qui deie. vel effude.

Idem in eo qui spuit, vel aquam aut aliud effundit super eum, pro quo sunt duæ glo. vna. in c. si quis pulsatus. ver. manus. de pe. distinct. 1. Alia in præalle. c. si quis suadente in. ver. manus. vbi etiam tenet quod si quis spuat in clericum est excommunicatus. quam glos. sequitur ibidem Marchi. & alleg. per Inno. in alle. c. nuper. tenet Zaba. in cle. 1. de pe. idem est generaliter si fiat vis rebus clerico inhærentibus, vel si aliquid, quod tenet, violenter eripiatur aut scinditur siue frãgitur, vt tenet Zaba. vbi supr.

Quod tamen solet limitari primo nisi dormiat, vel non sentit sibi zonam vel bursam furari, vel quid simile sibi auferri. ita tenet Zaba. in alle. cle. 1. Secundo nisi clericus detineretur oppressus per vim, ne sibi fieret iniuria. tenet Inno. in alleg. cap nuper. & Zaba. in alleg. cle. 1. Tertiò nisi cessante violencia clerico inferretur

ferretur metus, etiam armorum. Zaba. vbi supra Sicul. post Antho. in. c. verum. de foro compe. & directo. lib. 3. tit. 1.

Quarto nisi fieret violentia Clerico propter recuperationem rei ablatæ. Inno. in all. c. nuper. per. c. olim. 1. de resti. spoli. idem Zaba. in al. cle. 1. Imol. Laudu. ibidē dicunt ꝙ si Clericus Emphitheota non vult soluere canonē armata manu, dominus poterit eum compel.

Quintò nisi solum fieret iniuria verbis.

Sextò nisi clericus insultetur sine violentia, licet habeat animam nocendi, non tamen tangit, licet vibrauerit ensem super caput eius, vel si tangit vim non infert neque læsionē quia verba sunt intelligenda cum effectu. c. relatum. de cleri. non resi. tenet Archidiaconus in. §. si rego. 17. quæst. 4.

Septimò, Nisi clericus insequatur, nulla alia violentia sibi illata. gl. est in. ca. felicis. de pen. li. 6. super. ver. insecutione. & ibi vide Domi. qui allegat. Archi. idem tenere in. c. sicut qui. 17. quæst. 4. & idem tenet Io. An. in Nouella super allegata glo. etiam si clericus insequutus cadat & lędatur secūdū aliquos. sed tutius crederem ipsum tunc esse excommunicatum. Adde Bart. in. l. si gemma. ff. arbo. furti cęsa. vbi dicit ꝙ talis insequens nō tenetur quasi vulnerauerit, sed quasi vulnerari fecerit, vt. l. qua actione. §. proin. & l. si obstetrix. §. si seruum. l. si ex plagis. §. si. ff. ad. l. aquili.

Octauò, Nisi clericus detineatur clausus in vna camera, non vt inferatur sibi vis, sed vt detegatur eius verecundia, tenet Inno. alle. in c. nuper. Anto. Io. de Lig. & Zaba. in alle. Cle. 1. de pe.

de pe. vide Feli. præalle. cap. nuper. circa fi.

5. Declaratio.

Præfatam regulam non solum in inijciente manus in clericum, sed etiam in mandante, vt in c. mulieres. in fi. de sent. excom. quia is verè delictum committit, cuius auctoritate cōmissum esse probatur. Idem in eo qui percussionē in clericum sine mandato, tamen nomine suo factam ratam habet, nam erit excōmunicatus: secus, si non esset facta nomine suo. c. cum quis de sen. excom. lib. 6. Primùm tamen dictum limita nisi mandator reuocauerit mandatum, & ad noticiam mandatarij deduxerit reuocationem, alioquin erit excommunicatus si simpliciter reuocauerit mandatum, ex quo percussit antequam reuocatio peruenit ad sui notitiam secundum Inno. in alleg. c. mulieres. idem Bar. & Hosti. in alle. arg. l. si mandassem. ff. man. de procura. c. ex insinuatione. de rescrip. c. ex parte decani. & idem gloss. in. ca. tibi domino. 36. di. gl. & Doct. in præalleg. ca. cum quis. Secundò limita, nisi post mandatum ante executionem mandator decesserit, & constat eum antè mortem pænituisse, quia tunc non erit excommunicatus, quia in veritate mandatum morte fuit reuocatum. Sicul. in alle. c. idem tenet Directo. li. 3. tit. 2. & communiter Doct. in dicto. c. mulieres. vide Domi. in præal. c. mulieres cū quis vbi etiā tenet circa fi. quis sine mādato nomine tamen meo me cōtradicente percusserit clericum & postea ratum habeat, non ero excommunicatus alle. Fede. de senis. consl. 231.

6. Declaratio.

Sextò, declar. quod non solum habet locum dicta

dicta regula in mandante, sed etiam in eo qui dolo induxit alium ad percutiendum, si talis sit dolus qui comparetur mandato vel consilio, puta quia dixit facere mihi singularem gratiam, vel ei vellem semper bonum, qui percuteret, quoniam si ex hoc sequatur percussio, erit excommunicatus, vt in præallega. c. mulieres, vnde refert Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæredit. quod dominus verberatus qui dixit coram famulis suis, nisi aliud de tali audiero, ero malè contentus propter quod famulus interfecit percussorē, fuit punitus ipse dominus de homicidio, vnde Sicul. in. c. ex litteris de exces. præla. dicit ꝙ nō refert, an directè vel indirectè aliquid consulatur, vt in dicto. c. ex litteris. & facit. l. certum ff. si certum petatur, & l. cum quid. eo. titul. Et quod no. Bald. Ange. Rapha. & Imo. in. l. quid ergo, §. penult. ff. de leg. 1. Qui volunt, quod instigans & sollicitans aliquem vt percutiat, sit excommunicatus, si sequatur percussio.

Septimo declara dictā regulam non solum habere locum in cooperante auxilio vel consilio, imo etiam in prohibere valente & non obuiante ne verberetur clericus, vt in. c. quanto. de sen. excom. Quod locum habet secūdum doctores in eo sub cuius potestate est verberās Sed etiā in alijs qui nō habent ex officio si non prohibent dolose similiter secundum Doctores sunt excommunicati. Si vero hoc non facit dolose, sed quia non vult se immiscere rumoribus vel ex timore, vel ex negligentia nō prohibent, tunc secundum Doct. præsertim Ioan. An. non erit excommunicatus. quia in hūc vel

alium

alijs canonem nullus incidit nisi sit in dolo. Ar. ff. de adul. l. penul. ff. de fica. l. 1. & traditur Sicul. in alle. ca. quanto. Et ibi vide eum, an præsumatur dolus, &c.

8. Declaratio.

Regulam sæpè dictam etiam locum habere in clerico, qui voluntariè subijcit se verberibus, nam manus inijciens violentas in talem est excommunicatus, & clericus venit excommunicandus. vt in. c. contingit. de sent. excom.

Et idem est in clerico se ipsum percutiente temerariè, nam talis excommunicatus, quia priuilegium est concessum fauore ordinis clericalis, vt ibidem, & quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad. l. aquil. & c. si non licet. 23. quæstion. 5. ita concludunt ibidem Archi. & Sicul. & Doctores in alle. c. contingit.

ADDE

Hoc priuilegium clerici ex cap. Si quis suadente, non habet locum in percutiente vxorem clerici etiamsi sit legitima, ea ratione, quod in dispositione pœnali non fiat extensio. Tiraquellus num. 91. gloss. 2. de legibus communialibus. Matthæus Boyß Doct

Fallentia. 12.

Fallit autem supradicta regula, si quis clericum percutiat leuitate iocosa non ex odio vel inimicitia, vel indignatione, vt in. ca. 1. de sent. excommunicat.

Secundò fallit, quando causam correctionis magister scholarum clericum vel intuitu disciplinæ percusserit, quia non erit excommuni-

catus.vt in alle.c.1.& ex tenore.& c.cum voluntate. Quod intelligas,dummodo correctio sit moderata,aliàs secus vt in. c. presbyterum.de homici.

Et idem intellige de prælatis qui per seipsos clericos vel religiosos verberare possunt, exceptis tamen Epis.quibus non licet aliquem percutere,vt.c.non liceat.86. distin. sed per alium facere.Per laicum.an autem verberantes de mandato prælatorum excusentur. Clauas, in ver.excommunicatio.§.5.traditur quod laici id est sæculares non excusantur ab excõmunicatione, & sic dicit cõsuetudinem interpretari.ca. vniuersitatis,vt pro causa rationabili, & qui conuersos seu laicos religiosos possint de mandato prælatorum verberare, vt 5. quæstione.vt illi qui. Non tamẽ per laicum si clericus est verberãdus.vt in.c.vniuersitatis,de sententia excommunicationis, sed per clericum aut conuersum,si necessitas vrgeat.

Et propterea dicit gl.in c.alias est.§. presbyteri.1.1.quæst.6.quod clericus non debet à laico torqueri. quod Doctores intelligunt etiam de mandato iudicis,dicit tamen Sicul.in alleg. c.vniuersitatis quod communiter obseruatur contrarium. Ideo quia hodie clerici torquentur,vt laici,& tales modi torquendi non possunt fieri per clericos,quia ferè nemo in huiusmodi obtemperaret,nec sunt edocti in hac arte torquendi,sicut laici.

Sed de iure id fieri non potest secundum Sicul.ibidem Imol.Archi.& de Fantu. in allega. cap.presbytero tenent quod facientes clericos torqueri per laicos sunt excommunicati.Sicu.

in. cap. vt famæ. de sentent. excommunicatio nis refert ibi teneri, idem per Antho. & Petr. de Ancha. licet de consuetudine seruetur contrarium & male; ita seruaui, fecique toqueri atque per aulam domus Archiepiscopalis sæpenumero fustigari clericos & presbyteros per seruientem Curiæ Archiepiscopalis quæ erat laici: quoniam ita semper audiueram atq; videram de consuetudine per meos prædecessores obseruari.

ADDE

D. Bernardum Dias in praxi crimi. ca. 126. & ibi Ignatium Lopes in doctiss. suis commentarijs. Matth. Boyß Doct.

Et licet posset dici, quòd consuetudo sit irrationabilis, ita quod non excuset à culpa, excusat tamen à pœna, ita tenet gloss. in simili. 4. di. ca. deniq;. & in c. cum venerabilis. de consuetudine super, ver. migrasse. quam multum commendat ibi Sicul.

Adde quod licet detinens clericum de mandato sui prælati, vel capiens non sit excommunicatus. Si tamen in capiendo modum excedat vt puta clericus se quietè capi permisit, sed capiens calce vel pugno impingit in eum, erit excommunicatus. vt in alle. c. vt famæ. & gloss. in c. si clericos, vbi etiam tex. eo. titul. lib. 6. Et idem si clericus cautionem fideiussoriam de pa tendo daret, quia tunc non potest detineri, nisi excessus enormitas, vel alia rationabilis causa aliud suaderet, vt puta, sed gloss. fin. in allegat. c. si clericos. cũ plures sunt malè factores vult vnum detinere, vt per eum veritate manifestata, alios capere possit, & ita fit quotidiè.

Et dictum est supra de correctione magistri vel prælati intellige dummodo non fiat ex odio, vel inimicitia ar. in. c. cum voluntate. alle Ex quo tamen habet auctoritatem à iure verberandi & causa subest, propter quam debeat puniri quasi tunc licet moueatur ex ira non erit excommunicatus, longè tamen melius est, vt differat, donec ira pertranseat, vt in. cap. illa præpositorum & c. ira. & c. cum apud. 11. q. 3.

Similiter dic huiusmodi secundam fallentiam locum habere nedum in clerico in Minoribus, sed etiam in constituto in sacris cũ text. non distinguat vt in prællega. c. 1. c. ex tenore. & cum voluntate.

Dic tamen quod pater vel dominus familię vel propinquus potest corrigere modo quo supra clericos in minoribus constitutos, dicto. c. cum voluntate. l. si filius. C. de patria potesta. & l. vnica. C. de emen. propin. 45. distinct §. necesse ad fi. Sed si clericus sit in sacris, tunc non est licitum patri clericum huiusmodi causa correctionis percutere, tenet glo. & post eam Sicul. in alle. cap. cum voluntate, secus autem si corrigatur à prælato, vel magistro suo secundum Doct.

A d d e.

Senex Iuuenem, Dominus Seruum, pater filiũ Fratrem frater, vxorem maritus, preceptor discipulum, Abbas Monachum castigare & verberare potest, sed moderatè ad arbitrium iudicis. Menochius casu arbit. 364. Et præsumitur Correctionis gratia facere, de quo vide eundem Menoch. præsumpt. 14. l. 5. præsumptionum. Matth. Boyß Doct.

Tertiò

Tertio fallit regula sæpe dicta. Quãdo presbyter vel quilibet alius ratione officij, quod habet in Ecclesia, clericos in minoribus constitutos, officium in Ecclesia perturbantes, licet habens officium non habeat magisterium super eum, expellit aut verberat, quia non erit excommunicatus. Cum enim officium cõmittitur, & omnia sine quibus officium commode expediri non potest, sicut iudex potest compescere omnes impedientes iurisdictionem suam. de offi. deleg. ca. 1. præterea. & ca. prudentiam & c. suspitionis. de testibus. cap. tam litteris.

ADDE.

Doctor alta voce legens aliosq; impediens vt sileat cogi potest. Sed tamẽ presbyterũ alta voce canẽtem expellere, vel phibere non potest. Menochius arb. casu. 237. Sic Socius Sociũ molestum vel perturbatorem expellit. Zasius & Romanus in l. 1. Soluto matrimonio. Vbaldus de duobus fratribus. q. 24 part. 11. Matthaus Boyß Doct.

Idem tenet Inno. & Hostiensis in. c. veniens. de senten. excommunicationis & ibi tenet Sicul. quod etiam in turbante officium si percutiens vel expellens non habet prælationem vel officium, excusatur.

Similiter hoc possunt facere seniores clerici zelo deuotionis in pueros clericos, vel adolescentes in minoribus constitutos, vt in allegat. c. cum voluntate. §. finali. Quod intellige de leui percussione non autem de graui, & quod non excedant modum ex propositio aliter essent omnes supra dicti excommunicati,

vt in allegat. cap. final. & ibi gloss. & Hostiensis.

ADDE.

Pater si verberat filium clericum correctionis ergo, non incidit in canonem. Si quis suadente. Item filio non est licitum reuerberare patrem, quia praesumitur in patre correctionis caussa factum esse, item pater, propinquus, praeceptor, articulare debent, quod cum verberarent, correxerint admonuerint, ad longum deducit Visanus de patria potestate, effectu 1. nume. 14. & sequentibus, vide plura in eandem rem apud Menochium in praesumptionibus. 4. praesumpt. lib. 5. Mattheus Boyss Doct.

Aduerte etiã quod si Officialis laicus aliter quam arcendo turbam inijcit manum in clericũ quod non potest absolui, nisi à Papa qualitercũq; leuiter percusserit, quia iniuria est grauis vsurpat enim iurisdictionem in clericum, ita no. Sicul. in. ca. si vero. & ibi tex. apertus. de sent. excommuni. quod Clauas. in ver. excommunicatio. 5. §. 6. in fine limitat quando hoc facit tanquam Officialis. Secus si percusserit tãquam priuata persona, quia nisi esset iniuria grauis non erit mittendus ad Papam.

Quarto in clerico in crimine reperto, qui potest secundum gloss. in. c. cum non ab homine. de iudi. per viginti horas detineri ad conueniendum testes, ne sit locus inficiationi. per. l. capite quinto. ad. l. iuliam. de adulte. ff. à cuius glossę sententia in iudicando, quis securè non recedit, vt testatur Angelus, consilio 178. in fin. in sum-

1.coll. & in consilio. 297. in fine & Hostiensis in summa, de sententia & re iudicata. §. quis debet. ver. fallit dicit Argum. l. ait prætor. §. si. debitorem. ff. quæ in frau. cre. & l. generali. C. de Decu. libro 10. quod si Clericus delinquat & fugiat, possit sine metu canonis coram Episcopo Duci, & quousque sibi redditus fuerit, detineri sicut vtitur Ecclesia gallicana: dicit tamen se non ausum diffinire, vtrum excommunicatio euitetur, collec. etiam in allegat. cap. cum non ab homine, & in. cap. vt famæ, dicit tutius esse dicere quod sint excommunicati nisi statuto vel consuetudine excusentur.

Et in summa communis est opi. quod in crimine flagranti capi possit, etiam pro vtilitate priuata, tenet Innocent. in allegat. cap. vt famæ. idem Vincentius & Lau. vt refert Collect. in allegat. cap. cum non ab homine. idem tenent Abbas Ant. ibidem Galua. de Bo. post. Guilher. Nazo. idem Ioan. Andre. adijciens quod curialius debet detineri quam laicus. Zaba. in cle. 1. de offi. ordi. & Petrus de Ancha. & Imol. Bald. in Authen. statuimus. C. de Episco. & Cle. Bart. & Angelus in. l. si quis in seruitute. ff. de fur. Domi. in. cap. si quis viduam in vltima col. dic. Baldus in cap. 1. § si vero de pace iuram. firmata. in vsi. feud. Baldus. in. l. si quis per calumniam. C. de Episcopis & Clericis, idem Lucas. de Penna. in allegat. l. generali. idem Petrus de Anchar. in regula iuris ea quæ. 20. quæstion. Bald. in. §. finitur. insti. de obligat. quæ ex quasi. delict. idem Lapus allegat. 126. quæ incipit quidam in

sentiens, quod ibi causa agitetur, censetur velle quod agitetur secundum modum illius iudicij. ita gl. in c. quod Clericis. de foro compe. & ita eam allegat Antho. Imol. Sicu. & Domi. in cap Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio. & Ioannes And. super rubr. de constit. Propterea dicit Archi. in c. non ita. 2. qu. 6. quod Clericus litigans in foro seculari non poterit appellare ante sententiã, nisi in casibus à iure ciuili præmissis, sed Laicus litigans coram Ecclesiastico bene appellaret per c. super eo. de appellationi. & hoc dictum sequuntur omnes prædicti. & Sicul. in alle. c. quod Clericis: & in ca. qualiter. de iudi. Pet. de Ancha. consil. 15. & in repet. c. 1. de consti. & in repet. c. ea. qui de reg. iur. li. 6. in vlti. q. ant. in disputatione incipiente stante statuto municipali. Lapus alle. 81. Cal. disputatione incipiente, statuto ciuitatis.

Cum autem agitur decidenda, tunc aut agitur ratione contractus, & tunc consideratur ius loci contractus. vt l. si fundus, ff. de euic. & de vsuris. l. 1. & constitutus de in inte. restitut. & c. cum venissem. de eo qui mitti. in posses. Si agitur ratione delicti consideratur ius loci vbi dilectum est commissum. C. vbi de crim. a. op. authen. quæ in prouincia. de sentent. excom. ca. à nobis. Si verò ius respicit rem de qua litigatur, nunc seruanda sunt loci iura, vbi res sita est de test. c. Raynutius. C. de edi. priua. l. an in totum. ff. de tuto. & cura. da ab his. l. pupillo. & ideo si agatur de onere rei, respiciendus est locus, vbi res sita est. C. de prædi. nauicu. l. vlti. libr. 11. concordat Cy. C. de summa Trinita. & ibi plenè per Bartolũ in repetitione.

Si ve-

Si vero ius vel statutum respicit personam tunc non seruabitur quo ad personam clerici. Sicut enim consideratur ius loci contractus de licti vel li. super qua quæstio sita est, ita & personę qualitatem inspici oportet, cū de iure principaliter personam tangente quæritur & secundum illud ius iudicari oportet, coram quocunque iudice agatur. fa.c.1. de iurepatro. lib.6.& de priuile.c.porrò secundum vnam le cturā. Et ideo si statuto cauetur laicorū, quod solutio debiti probari non possit per testes, clericus illo statuto non afficitur, licet litiget coram iudice sæculari, sed saluum sibi remanet ius probandi per testes, ita dicit Sicu. post Cal. in alle.ca. quod clerici. & Ancha. in alleg. quæstione finali.

SVMMARIA *ad Regul. 3.*

1 *Manus violentas injiciens in Clericum est ipso iure excommunicatus.*

2 *Percutiens conuersos secularium Ecclesiarum an sit excommunicatus.*

3 *Mulieres quæ Canonicæ seculares dicuntur percutientes an sint excommunicati.*

4 *Beguinæ an gaudere debeant priuilegijs Clericorum.*

5 *Detinens Clericum in custodiam publicam an excommunicationis sententiam incurrat.*

6 *Mandans injici manus violentas in Clericum, an habendus sit pro excommunicato.*

7 *Dolo inducens alium ad percutiendum Clericum an veniat excommunicandus.*

8 *Prohibere valens percußionem Clerici, nec cohibens, habetur pro percussore & est excõmunicatus.*

9 *Manus violentas inijciens in Clericum qui voluntariè se verberibus subijcit, an sit excommunicatus, an & ipse etiam Clericus.*

10 *Clericus se ipsum temerariè percutiens, an sit excommunicatus.*

11 *Clericos de mandato prælatorum percutientes an sententiam excommunicationis incurrant.*

12 *Clericus non debet à laico torqueri.*

13 *Prælatus ex causa corrigens Clericum licet iracundè an sit excommunicatus.*

14 *Laicus etiam priuatus an poßit Clericum in crimine flagranti repertum capere specialiter, si sit de fuga suspectus.*

15 *Laicus potest Clericum debitorem suum fugientem, vel de fuga suspectum aut rem asportantem capere etiam sine metu excommunicationis.*

16 *Confeßio Clerici facta coram Iudice sæculari, an sit sufficiens indicium ad torturam.*

17 *Clericus non potest torqueri, nisi sit infamatus de crimine*

18 *Clericum alterum inuadentem licet impunè percutere.*

19 *Clericum percutiens si modum excedat defensionis, non tamen ex proposito venit excusandus.*

20 *Percutiens Clericum turpiter inuentum cum sibi propinqua, an excommunicationem incurrit.*

21 *Percutiens Clericũ, si Clericatum ignoret, venit excusandus.*

22 *Inuasor Sedis Apostolicæ potest à Laicis impunè repelli.*

23 *Doli incapax percutiens Clericum, non peccat mortaliter.*

TERTIA REGVLA.

Concernens priuilegium Clericorum personale. Cum 8. declarationibus & 12. Fallentijs.

Qui violentes manus in Clericum inijcit, ipso iure excommunicatus est Cap. Si quis suadente 17. quæst.4.

IDem de monachis aut monialibus Canonicis aut cuiuslibet religionis conuerso vel conuersa aut nouitio cuiuslibet religionis cap. Cunctis, cap. Non dubium cap. veniens cap. Cum illorum cap. de monialibus de sententia excommunicationis cap. Religioso. eodem tit. in 6.

ADDE

Percutiens Clericum, impias manus in ipsum inferens iure. Ciuili capite punitur Iure Canonico tantum pœna maioris excõmunicationis, vt in hoc cap. Si quis suadente. Idem si quis vestes Clerici diclareet Marsilius. 188. sing. Menochius cas. arb. 389. num.

389.num. 15. vbi explicat Buth. Sed nouo Iure.C. de Epis.& clericis. ex auctoritate Baldi. Eandem explicat nouissimè in suis doctissimis decisionibus. Anthonius Tessauras decis. 244. Quod si quis verberet Clericum baculo, pro qualitate personarum & circumstantiarum grauius aut lenius puniri debet. Latè ibi Lessaurus. In hanc regulam quid remittendo addiderim vide infra in fine limitationum Matthaeus Boyss Doct.

2 Declara primo prædictam regulam etiam locum habere in conuersis sæcularium Ecclesiarum, ita videtur tenere gloss.c. non dubium & idem tenet ibi Antho. idem Io. de Imo. in.c. dilecta de maio.& obe. idem. Ioan. And.& Domi. in.c. per exemptionem de priuile. li. 6. licet Sicul. in allegat.c. dilecta & in. ca. 1. de regula. videatur tenere contrarium. prima tamen opinio videtur tutior.

3 Secundo declara prædictam locum habere regulam in mulieribus, quæ canonicæ sæculares dicuntur, si verberentur quando seruiunt in Ecclesia & habent habitum religiosorum: alias secus. & ita sequitur Rota deci. 167. in antiquis tamen Io. An. in alle.c. dilecta simpliciter tenet, quod non gaudent.

4 Tertiò declara prædictam regulam locum habere in Beguinis, quæ sunt conueniendæ coram iudice ecclesiastico tanquam personæ miserabiles & non videntur merè personæ, sæculares maximè cum portant habitum, & gaudent priuilegio. ita dicit Rota. conclusi. 332. in antiquis. & ad hoc alle. Io. An. ita. tenentem in ale.c. dilecta.

Quartò

Quarto declara prædictam regulam locum habere in detinente clericum in custodia publica sicut in carcere vel priuato loco, vt in domo propria, quia licet manus violentas nõ inferat, nihilominus est excõmunicatus, ex quo libere non potest abire. c. nuper de sen. excom.

Idem si quis teneat clericum per vestem & non permittit ipsum abire ca. frenum equi in quo insidet clericus. tenet Innocentius in allegat. c. nuper quod etiam sentire videtur Bar. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. quod dictum Inno. alleg. Bar. ibidem & Bal. in. l. si quã per calumniam. C. de Epis. & Cle. & in. l. gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. & in. ca. 1. qui mo. feu. amitta. & Lapus alleg. 118. & Bald. in l. 1. ff. de his qui deie. vel effude.

Idem in eo qui spuit, vel aquam aut aliud effundit super eum, pro quo sunt duæ glo. vna. in c. si quis pulsatus. ver. manus. de pe. distinct. 1. Alia in præalle. c. si quis suadente in. ver. manus. vbi etiam tenet quod si quis spuat in clericum est excommunicatus, quam glos. sequitur ibidem Marchi. & alleg. per Inno. in alle. c. nuper. tenet Zaba. in cle. 1. de pe. idem est generaliter si fiat vis rebus clerico inhærentibus, vel si aliquid, quod tenet, violenter eripiatur aut scinditur siue frãgitur, vt tenet Zaba. vbi supr.

Quod tamen solet limitari primo nisi dormiat, vel non sentit sibi zonam vel bursam furari, vel quid simile sibi auferri. ita tenet Zaba. in alle. cle. 1. Secundo nisi clericus detineretur oppressus per vim, ne sibi fieret iniuria. tenet Inno. in alleg. cap nuper. & Zaba. in alleg. cle. 1. Tertiò nisi cessante violentia clerico inferretur

ferretur metus, etiam armorum. Zaba. vbi su-pra Sicul. post Antho. in. c. verum. de foro com pe. & directo. lib. 3. tit. 2.

Quarto nisi fieret violentia Clerico propter recuperationem rei ablatæ. Inno. in all. c. nuper. per. c. olim. 1. de resti. spoli. idem Zaba. in al. cle. 1. Imol. Laudu. ibidē dicunt ꝙ si Clericus Emphitheota non vult soluere canonē armata manu, dominus poterit eum compel.

Quintò nisi solum fieret iniuria verbis.

Sextò nisi clericus insultetur sine violentia, licet habeat animam nocendi, non tamen tangit, licet vibrauerit ensem super caput eius, vel si tangit vim non infert neque læsionē quia verba sunt intelligenda cum effectu. c. relatum. de cleri. non resi. tenet Archidiaconus in. §. si rego. 17. quæst. 4.

Septimò, Nisi clericus insequatur, nulla alia violentia sibi illata. gl. est in. ca. felicis. de pen. li. 6. super. ver. insecutione. & ibi vide Domi. qui allegat. Archi. idem tenere in. c. sicut qui. 17. quæst. 4. & idem tenet Io. An. in Nouella super allegata glo. etiam si clericus insequutus cadat & lędatur secūdū aliquos. sed tutius crederem ipsum tunc esse excommunicatum. Ade de Bart. in. l. si gemma. ff. arbo. furti cęsa. vbi dicit ꝙ talis insequens nō tenetur quasi vulnerauerit, sed quasi vulnerari fecerit, vt. l. qua actione. §. proin. & l. si obstetrix. §. si seruum. l. si ex plagis. §. fi. ff. ad. l. aquili.

Octauò, Nisi clericus detineatur clausus in vna camera, non vt inferatur sibi vis, sed vt detegatur eius verecundia, tenet Inno. alle. in c. nuper. Anto. Io. de Lig. & Zaba. in alle. Cle. 1.

de pe.

de pe. vide Feli. præalle. cap. nuper. circa fi.

5. *Declaratio.*

Præfatam regulam non solum in inijciente manus in clericum, sed etiam in mandante, vt in c. mulieres. in fi. de sent. excom. quia is verè delictum committit, cuius auctoritate cõmissum esse probatur. Idem in eo qui percussionẽ in clericum sine mandato, tamen nomine suo factam ratam habet, nam erit excõmunicatus: secus, si non esset facta nomine suo. c. cum quis de sen. excom. lib. 6. Primùm tamen dictum limita nisi mandator reuocauerit mandatum, & ad noticiam mandatarij deduxerit reuocationem, alioquin erit excommunicatus si simpliciter reuocauerit mandatum, ex quo percussit antequam reuocatio peruenit ad sui notitiam secundum Inno. in alleg. c. mulieres. idem Bar. & Hosti. in alle. arg. l. si mandassem. ff. man. de procura. c. ex insinuatione. de rescrip. c. ex parte decani. & idem gloss. in. ca. tibi domino. 36. di. gl. & Doct. in præalleg. ca. cum quis. Secundò limita, nisi post mandatum ante executionem mandator decesserit, & constat eum antè mortem pænituisse, quia tunc non erit excommunicatus, quia in veritate mandatum morte fuit reuocatum. Sicul. in alle. c. idem tenet Directo. li. 3. tit. 2. & communiter Doct. in dicto. c. mulieres. vide Domi. in præal. c. mulieres cũ quis vbi etiã tenet circa fi. quis sine mãdato nomine tamen meo me cõtradicente percusserit clericum & postea ratum habeat, non ero excommunicatus alle. Fede. de senis. consl. 131.

6. *Declaratio.*

Sextò, declar. quod non solum habet locum dicta

alisi canonem nullus incidit nisi sit in dolo. Ar. ff. de adul. l. penul. ff. de fica. l. 1. & traditur Sicul. in alle. ca. quanto. Et ibi vide eum, an præsumatur dolus, &c.

8. Declaratio.

Regulam sæpè dictam etiam locum habere in clerico, qui voluntariè subijcit se verberibus, nam manus inijciens violentas in talem est excommunicatus, & clericus venit excommunicandus. vt in. c. contingit. de sent. excom.

Et idem est in clerico se ipsum percutiente temerariè, nam talis excommunicatus, quia priuilegium est concessum fauore ordinis clericalis, vt ibidem, & quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad. l. aquil. & c. si non licet. 23. quæstion. 5. ita concludunt ibidem Archi. & Sicul. & Doctores in alle. c. contingit.

ADDE

Hoc priuilegium clerici ex cap. Si quis suadente, non habet locum in percutiente vxorem clerici etiamsi sit legitima, ea ratione, quod in dispositione pænali non fiat extensio. Tiraquellus num. 91. gloss. 2. de legibus communialibus. Matthæus Boyß Doct

Fallentia. 12.

Fallit autem supradicta regula, si quis clericum percutiat leuitate iocosa non ex odio vel inimicitia, vel indignatione, vt in. ca. 1. de sent. excommunicat.

Secundò fallit, quando causam correctionis magister scholarum clericum vel intuitu disciplinæ percusserit, quia non erit excommuni-

catus.vt in alle.c.1.& ex tenore.& c.cum volũtate. Quod intelligas,dummodo correctio sit moderata,aliàs secus vt in. c. presbyterum.de homici.

Et idem intellige de prælatis qui per seipsos clericos vel religiosos verberare possunt, exceptis tamen Epis.quibus non licet aliquem percutere,vt.c.non liceat.86. distin. sed per alium facere.Per laicum.an autem verberantes de mandato prælatorum excusentur. Clauas, in ver.excommunicatio.§.5.traditur quod laici id est sæculares non excusantur ab excõmunicatione, & sic dicit cõsuetudinem interpretari.ca. vniuersitatis,vt pro causa rationabili, & qui conuersos seu laicos religiosos possint de mandato prælatorum verberare, vt 5. quæstione.vt illi qui. Non tamẽ per laicum si clericus est verberãdus.vt in.c.vniuersitatis,de sententia excommunicationis, sed per clericum aut conuersum,si necessitas vrgeat.

Et propterea dicit gl.in c.alias est.§. presbyteri.1.5.quæst.6.quod clericus non debet à laico torqueri. quod Doctores intelligunt etiam de mandato iudicis,dicit tamen Sicul.in alleg. c.vniuersitatis quod communiter obseruatur contrarium. Ideo quia hodie clerici torquentur,vt laici,& tales modi torquendi non possunt fieri per clericos,quia ferè nemo in huiusmodi obtemperaret,nec sunt edocti in hac arte torquendi,sicut laici.

Sed de iure id fieri non potest secundum Sicul.ibidem Imol.Archi,& de Fantu. in allega. cap.presbytero tenent quod facientes clericos torqueri per laicos sunt excommunicati.Sicut

id. cap. vt famæ. de sentent. excommunicatio-
nis refert ibi teneri, idem per Antho. & Petr.
de Ancha. licet de consuetudine seruetur con-
trarium & male; ita seruaui, fecique toqueri
atque per aulam domus Archiepiscopalis sæ-
penumero fustigari clericos & presbyteros
per seruientem Curiæ Archiepiscopalis quæ
erat laici: quoniam ita semper audiueram atq;
videram de consuetudine per meos prædeces-
sores obseruari.

ADDE

D. Bernardum Dias in praxi crimi. ca. 126. & ibi Ignatium Lopes in doctis. suis commentarijs. Matth. Boyß Doct.

Et licet posset dici, quod consuetudo sit ir-
rationabilis, ita quod non excuset à culpa, ex-
cusat tamen à pœna, ita tenet gloss. in simili,
4. di. ca. deniq;. & in c. cum venerabilis. de con-
suetudine super, ver. migrasse. quam multum
commendat ibi Sicul.

Adde quod licet detinens clericum de man-
dato sui prælati, vel capiens non sit excommu-
nicatus. Si tamen in capiendo modum excedat
vt puta clericus se quietè capi permisit, sed ca-
piens calce vel pugno impingit in eum, erit ex-
communicatus. vt in alle. c. vt famæ. & gloss. in
c. si clericos, vbi etiam tex. eo. titul. lib. 6. Et i-
dem si clericus cautionem fideiussoriam de pa-
tendo daret, quia tunc non potest detineri, nisi
excessus enormitas, vel alia rationabilis causa
aliud suaderet, vt puta, sed gloss. fin. in allegat.
c. si clericos. cũ plures sunt malè factores vult
vnum detinere, vt per eum veritate manifesta-
ta, alios capere possit, & ita fit quotidiè.

Et dictum est supra de correctione magistri vel prælati intellige dummodo non fiat ex odio, vel inimicitia ar.in.c.cum voluntate. alle Ex quo tamen habet auctoritatem à iure verberandi & causa subest, propter quam debeat puniri quasi tunc licet moueatur ex ira non erit excommunicatus, longè tamen melius est, vt differat, donec ira pertranseat, vt in.cap.illa præpositorum & c.ira.& c.cum apud.11.q.3.

Similiter dic huiusmodi secundam fallentiam locum habere nedum in clerico in Minoribus, sed etiam in constituto in sacris cũ text. non distinguat vt in præallega.c.1.c.ex tenore. & cum voluntate.

Dic tamen quod pater vel dominus familię vel propinquus potest corrigere modo quo supra clericos in minoribus constitutos, dicto.c. cum voluntate.l.si filius. C. de patria potesta. & l.vnica.C.de emen.propin.45.distinct.§.necesse ad fi. Sed si clericus sit in sacris, tunc non est licitum patri clericum huiusmodi causa correctionis percutere, tenet glo. & post eam Sicul.in alle.cap.cum voluntate, secus autem si corrigatur à prælato, vel magistro suo secundum Doct.

A D D E.

Senex Iuuenem, Dominus Seruum, pater filiũ Fratrem frater, vxorem maritus, preceptor discipulum, Abbas Monachum castigare & verberare potest, sed moderatè ad arbitrium iudicis. Menochius casu arbit. 364. Et præsumitur Correctionis gratia facere, de quo vide eundem Menoch. præsumpt.14.l.5. præsumptionum. Matth. Boyß Doct.

Tertiò

Tertio fallit regula sæpe dicta. Quãdo presbyter vel quilibet alius ratione officij, quod habet in Ecclesia, clericos in minoribus constitutos, officium in Ecclesia perturbantes, licet habens officium non habeat magisterium super eum, expellit aut verberat, quia non erit excommunicatus. Cum enim officium cõmittitur, & omnia sine quibus officium commode expediri non potest, sicut iudex potest compescere omnes impedientes iurisdictionem suam. de offi. deleg. ca. 1. præterea. & ca. prudentiam & c. suspitionis. de testibus. cap. tam litteris.

ADDE.

Doctor alta voce legens aliosq; impediens vt sileat cogi potest. Sed tamẽ presbyterũ alta voce canẽtem expellere, vel phibere non potest. Menochius arb. casu. 237. Sic Socius Sociũ molestum vel perturbatorem expellit. Zasius & Romanus in l. 1. Soluto matrimonio. Vbaldus de duobus fratribus. q. 24 part. 11. Matthaus Boyß Doct.

Idem tenet Inno. & Hostiensis in c. veniens. de senten. excommunicationis & ibi tenet Sicul. quod etiam in turbante officium si percutiens vel expellens non habet prælationem vel officium, excusatur.

Similiter hoc possunt facere seniores clerici zelo deuotionis in pueros clericos, vel adolescentes in minoribus constitutos, vt in allegat. c. cum voluntate. §. finali. Quod intellige de leui percussione non autem de graui, & quod non excedant modum ex propositio aliter essent omnes supra dicti excommunicati,

vt in allegat. cap. final. & ibi gloss. & Hostiensis.

ADDE.

Pater si verberat filium clericum correctionis ergo, non incidit in canonem. Si quis suadente. Item filio non est licitum reuerberare patrem, quia praesumitur in patre correctionis caussa factum esse, item pater, propinquus, praeceptor, articulare debent, quod cum verberarent, correxerint admonuerint, ad longum deducit Visanus de patria potestate, effectu 1. nume. 14. & sequentibus, vide plura in eandem rem apud Menochium in praesumptionibus. 4. praesumpt. lib. 5. Matthbeus Boyss Doct.

Aduerte etiã quod si Officialis laicus aliter quam arcendo turbam inijcit manum in clericũ quod non potest absolui, nisi à Papa qualitercũq; leuiter percusserit, quia iniuria est grauis vsurpat enim iurisdictionem in clericum. ita no. Sicul. in. ca. si vero. & ibi tex. apertus. de sent. excommuni. quod Clauas. in ver. excommunicatio. 5. §. 6. in fine limitat quando hoc facit tanquam Officialis. Secus si percusserit tãquam priuata persona, quia nisi esset iniuria grauis non erit mittendus ad Papam.

Quarto in clerico in crimine reperto, qui potest secundum gloss. in. c. cum non ab homine. de iudi. per viginti horas detineri ad conueniendum testes, ne sit locus inficiationi. per. l. capite quinto. ad. l. iuliam. de adulte. ff. à cuius glossę sententia in iudicando, quis securè non recedit, vt testatur Angelus, consilio 178. in fin. in sum-

1.coll. & in consilio. 297. in fine & Hostiensis in summa. de sententia & re iudicata. §. quis debet. ver. fallit dicit Argum. l. ait prætor. §. si. debitorem. ff. quæ in frau. cre. & l. generali. C. de Decu. libro. 10. quod si Clericus delinquat & fugiat, possit sine metu canonis coram Episcopo Duci, & quousque sibi redditus fuerit, detineri sicut vtitur Ecclesia gallicana: dicit tamen se non ausum diffinire, vtrum excommunicatio euitetur, collec. etiam in allegat. cap. cum non ab homine, & in. cap. vt famæ, dicit tutius esse dicere quod sint excommunicati nisi statuto vel consuetudine excusentur.

Et in summa communis est opi. quod in crimine flagranti capi possit, etiam pro vtilitate priuata, tenet Innocent. in allegat. cap. vt famæ. idem Vincentius & Lau. vt refert Collect. in allegat. cap. cum non ab homine. idem tenent Abbas Ant. ibidem Galua. de Bo. post. Guilher. Nazo. idem Ioan. Andre. adijciens quod curialius debet detineri quam laicus. Zaba. in cle. 1. de offi. ordi. & Petrus. de Ancha. & Imol. Bald. iu Authen. statuimus. C. de Episco. & Cle. Bart. & Angelus in. l. si quis in seruitute. ff. de fur. Domi. in. cap. si quis viduam in vltima col. dic. Baldus in cap. 1. § si vero de pace iuram. firmata. in vsi. feud. Baldus. in. l. si quia per calumniam. C. de Episcopis & Clericis, idem Lucas. de Penna. in allegat. l. generali. idem Petrus de Anchar. in regula iuris ea quæ. 20. quæstion. Bald. in. §. finitur. insti. de obligat. quæ ex quasi. delict. idem Lapus allegat. 126. quæ incipit quidam in

carceribus, vlti, col. Petrus. de Anch. in. c. nullus de foro cõpe. Archi. in. c. Abbates. 18. quæst. 3. Innocent. in ca. lato. 2. col. de pigno. Sicul. in alle. c. vt famę. & in allegatione. c. cum non ab homine. vbi refert collecta, se scire quod officiales prouinciæ ex consuetudine excusantur. Idem Petrus de Ancha. in. c. vnico. de cle. coniug. li. 6. pro quo facit quod ipse consuluit cõsi 188. incipiente in auxilium veritatis. idẽ Clauas. in. ver. excommunicatio. 5. §. 12. & §. sequenti.

Et in summa ista est communis opinio, ex quorum dictis in repetitione mea prædictæ cle. 1. de offi. ordi. iunctis no. per Bart. in præalle. §. si debitorem, & per gloss. & Angel. Are. Insti. de actio. in principio, & in. l. interdum §. qui furen. ff. de furtis, & in Authen. de man. principium. col. 3 & in titulo de pace iura firmata. si verò & ibi. Bald. & Angelus. in consilio suo 122. & Florẽ. in. l. 4. ff. ad l. aquiliam, & per. Domi. post Archidia. in. cap. de his. 2. l. distinct. Innocent. in. cap. si vero. 1. de sententia excommunicat. pert. Sicul. in. cap. 2. de depigno. Collegi ac publicè tenui conclusiones sequentes,

Prima quod licitum est laico etiam priuato, clericum in crimine flagranti repertum capere. si de fuga suspectus sit, vel aliter ab iniuria compesci non potest, & hoc citra pœnam excommunicationis, vt quam citius suo iudici remittatur pro iusticia ministrãda, vnde sic captum non poterit quis retinere, nisi per viginti horas, vt voluit gloss. in præallegato. ca. cum non ab homine, & idẽ tenet Bar. in alle. l.

capite

cap.5. Quo tempore durante non poterit torqueri, neque iustitiari per taliter capientes, te net Bal. in l.1.C. de priua car.

Secunda conclusio licitum est Laico Clericum debitorem suum fugientem, aut de fuga suspectum, vel rem suam asportantem capere sine metu excommunicationis. 15.

Tertia conclusio licitum videtur illis Clericum capere, quibus licitum est percutere.

Multi tamen Doct. tenuerunt contrarium, vt latè videre potes in præalleg. mea repetitione, vbi finaliter dixi, negari non posse, quin isti casus reddantur valde dubitabiles ex tantorum Docto. opinio, contrarijs, ar. eorum. quæ not. in ca.1. de postula. præla, lib.6. & in l. regula, de iur. & fac. igno. sic quod videtur tenenda consuetudo, quæ est optima legũ interpres, maximè cùm sit generalis in præsenti regno, & valdè antiqua, vt testatur Hostien. vbi supra & Papa sciat illam & tolleret, iuxta no. per gl. & Do. in c.1. de Treu. in pa. & in c. cum venerabilis. de consue. per gl.1. & Sicu. ibidem, & per glo. 4. distin. denique.

Et per hoc crederem officiarios seculares præsentis regni capientes Clericos delinquentes de fuga suspectos ad fines remittendi, à sententia canonis excusari, præsertim in præsenti Archiepiscopatu Tholosæ, & alijs locis, in quibus Episcopi non habent captionem. Debent tamen ijdem officiarij Clericum sicut permittitur captum, si petierit, ad Episcopum remittere sub fida custodia, vt tenet Bald. post Iacobum Butri. in l. eos. §. super his. C. de appel.

Aduerte tamen, quod officiarij remittentes

gn atium Lopes ad Bernar. Diam. ca. 126. num. 8. in praxi crim. Matthew Boyß D.

Prima tamen opinio seruatur, nisi Clericus alleget, quod ea fuerit extorta per metum, iuxta no. per Inno. collect. & Sicul in alleg. c. at si Clerici. secus ergo si spõtanea fuerit, maximè si adsint aliæ coniecturæ, quia in ea cogetur coram iudice perseuerare, & faciet indicium iuxta no. per Bald. in l. clarum. C. de auto. præstanda.

Aduerte tamen ad vnum not. dictum Abbatis anti. recitatum & commendatum per Sicu. in cap. cum in contemplatione, de regul. iuris. Quod Clericus non potest torqueri, nisi sit de crimine infamatus, licet contra eum sint indicia alias ad torturam sufficientia. tenet etiam Ioan. An. in præalle. ca. cum in contemplatione. Pau. de Leam. in ca. 1. de depo. Ioan. de Ana. in c. 1. de Clerico percusso.

ADDE.

Clericus nisi infamatus, non potest torqueri, etiamsi sint indicia. Communis est sententia. Felinus in cap. vniuersitatis. num. 2. de sententia excommunicationis. Aretinus in criminal. tracta. maleficiorum. §. fama publica. Hippolitus in praxi crimina. §. Nunc videndum num. 51. §. expedita. nume. 40. Boßius de indicijs nume. 15 Idem Hippolytus de fideiussoribus. numer. 126. & sing. 55. Clarus quæst. 64. in criminalibus. Sed contrarium tenet

tenet Felinus & Panormitanus c. olim.de rescript. vers tertius casus.& impugnat quoq; communem. Ignatius Lopes in pract. Cano.ad Diam, cap.126. numer.2. in litera A Bossius de iudiciis.nume 103. communem superius positam sententiam non serua ri ait. Mattheus Boyß D.

Adde quod huiusmodi remissio fiet expensis ipsius Clerici se remitti petentis ad iudicē eius, ad quod textus in l.quoniam liberi, C. de testibus. & l. generaliter.§.his de præsentibus, de re.cre.cum quidam ad regem appellasset,& peteret se remitti ad curiam Regis: & oportebat, quod remitteretur cum custodibus, quod ipse facere debeat expēsas custodib. Ad quod etiam bene facit, quod ait idem Baldus in titulo de pace, test.§.si iudex in vsibus feudo, vel quod si iudex petat remissionem ex officio, fieri debet expensis illius terræ, ad quam fit remissio ar.ff.de cap.in l.mulier in opus.

Sed quid si forsan Clericus petens se remitti, non habet vnde, dic quod etiam hoc casu fiet remissio expens. Epis. cum ad iurisdictionis emolumentum pertineat regula iuris. Quid sentit, maximè si etiam Episcopus remissionem fieri petierit, licet Io.Fa. videatur habere contrarium in l.1.C.de offi.proconsul. Expensis verò victus factis in carceribus iudicis secularis, Clericus ipse soluere tenetur vsque ad tempus requisitionis, seu quo peruenit ad iudicis cognitionem, quod talis esset Clericus. Barto.in l. sanctum.ff.de rerum diui. quod carcerato ministrari debent expensæ per eum, qui procurauit captionem, non autem per iudicem. hinc dicit

dicit idem Bar.in tractat. de carce. in fi. quod si aliquis debitor fuerit instante creditore captus, & debitor non sit soluendo, ita quod non habeat, vnde possit se sustentare, creditor tenebitur ipsum alere in carceribus. & idem tenet Angel. Are. Instit. de actio. §. fi. in fi. vnde dicit Io. Fa. insti. de actio. §. sed & si quis, quod si ille qui fecit eum capi nolit victum ministrare, si captus non habet vnde se alat: bene facit iudex, si eum abire permittat, & videtur no. in l. fi. C. de ero. mili. an. li. 12. & facit ff. ad exhi. l. sed & si hæreditas, nisi posset ali de alimonijs. C. de Episco. & Cle. l. iudices.

Crede tamen, quod à tempore moræ Clericus non teneatur quicquam soluere, quia mora debet esse nociua detinenti. Nec per huiusmodi expensas, debet ipse Clericus detineri, cùm sit debitum ciuile, pro quo Clericus non est detinendus. Io. An. & Domi. in c. si Clericos de sen. excom. lib. 6. etiam si sit coniugatus. tenet Lapus de Castel. alleg. 118. & Domi. in cap. vnico. de Cle. coniuga. lib. 6. Anton. & Sicul. in c. Odoardus. de solu. & in 1. de depo. & ita seruatur. & tenui in prælle. mea repe. & in addi. ad q. cap. c. & 274.

ADDE.

De expensis in remißione Clerici vide supra in repetitione num. 75. Et Menochium in arbit. casu 228. num. 8. Expensas semper facit Creditor, qui incarcerari facit debitorem, si se alere non poßit: quod si id Creditor non facit, impunè per iudicem dimittitur, nisi tamen alia sit loci consuetudo, quod incar-

incarcerati ex eleemoſynis viuant. Latè tradit Matthias Colerus de proceſſibus executiuis, parte 1. ca. 6. num. 95. & ſequentibus. Mattheus Boyſſ D.

5. Fallentia.

Quinto fallit ratione defenſionis, tam ſui quam ſuorum, ſeu etiam aliorum. Nam licitum erit Clericum tunc percutere, mutilare, vel etiam occidere, cum moderamine tamẽ inculpatæ tutelæ, & etiam detinere & ad iudicem proprium ducere: tenet Sicul. in cap. cum non ab homine. de iudi. imò dicit glo. in §. 1. 24. q. 8. quod nec etiam peccat, & ſequitur Sicu. in c. olim. 1. de reſti. ſpolio. & quod dictum eſt de primo, vt licitum ſi percutere Clericum inuadentem proximum, tenet Inno. in ca. ſi vero. 1. de ſent. excom. & tenent omnes Docto. tex. eſt in c. dilecto. eo. tit. lib. 6. & in cap. fortitudo. 33. qu. 3. & fa. illud præceptum Dominicum. diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Et non ſolum pro defenſione perſonæ, ſed etiam rerum licet percutere, vt in dicto cap. olim. & ca. dilecto. & in l. furem. ff. de ſica. tenet Inno. in alleg. c. ſi vero; non tamen licet occidere vel mutilare, quando ablatum eſt recuperabile per iudicem, ſecundum Bart. in alleg. l. furem. quia ſic incurreret excommunicationẽ: ſecus ſi eſſet irrecuperabile, vt in all. c. olim. & c. dilecto. & no. in dicta l. furem. Et idem dicendum de rebus proxi. ſecundum Inno. in allega. cap. ſi verò. Aduerte, quia ſecundum Inno. & Sicul. ſi interficio aggreſſorem proximi mei dubitans ne præueniat & interficiat ipſũ proximum, non ero excommunicatus, ſed bene irregu-

regularis, quod non esset, si pro mea defensione fecissem, iuxta Cle. si furiosus de homi. in Cle. tenet Sicu, in c. Clerici. 1. de vi. & ho. Cle.

Attende etiam quod licet non sim excommunicatus faciens violentiam Clerico pro recuperatore rerum sibi ablatarum, si tamen hoc faciam ex interuallo, postquam Clericus peruenit ad locum destinatum, & adeptus est possessionem perfectam rerum ablatarum, tunc inciderem in excommunicationem, secũdum Doct. in alle. c. olim, & in c. significasti 2. de homici. Et ibi vide, quando dicatur fieri ex interuallo. & l. 1. C. vnde vi. vbi communiter dicitur, quod debet fieri incontinenti, id est, quam citius commodè potest nunquam se ad aliud extraneum exercens, donec sumpta occasione aggressorem repellat: & ideo qualecunque tempus durat, durante hoc præparamento dicetur repulsio facta incontinenti. & ista est cõmunis opi. secundum Doct. in alleg. ca. significasti maximè. Anthon. Ana. & Sicul. Bartol. & Angel. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi. & vi. arma.

Adde quod licet percutiens Clericum excedat modum defensionis, dummodo non faciat ex proposito, propter hoc non erit excommunicatus: ita tenet Sicul. in alleg. c. olim. quia ad hoc, vt quis incurrat excommunicationem, requiritur dolus. fa. gl. in alle. c. significasti. 2. de homicid. & l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & gloss. in cap. cum voluntate. de sentent. excommunicat. secus si ex proposito. Et ideo quamuis fugiendo possit quis euadere, si tamen non fugiat, sed percu- 19.

tiat

tiat inuasorem, hoc sibi licet, quia secundum Bart.in alle.l.1.C.vnde vi.& Sicul.in alleg.ca. olim.& in alleg.ca.Clerici.1.de vi.& hon.Cle. fuga est quædam iniuria.l. Item apud Labeonem.ff.de iur.vnde Cy.in dicto.§.tabernarius. dicit quod fuga reddit quem viliorem: quod tamen dic esse verum, quando esset talis persona, quod fuga esset ei confusio. Cùm autem iniuria corporalis sit maior quam iactura rerum l.in seruorum. ff. de pe. pro qua iactura rerum licitum est percutere, ergo à fortiori pro iniuria corporali. Non tamen euitaret irregularitatem si occideret, ex quo fugiendo potest euadere Cle.si furiosus alleg.& tenet Sicul. vbi supra.idem in ver.excommunicatio.5. in ver. 12. & sequen.

6. FALLIT.

20. Sexto fallit in percutiente Clericum turpiter inuentum cum persona sibi propinqua, vt puta cum vxore, matre, sorore vel filia, quia talis non erit excommunicatus. Nec est fienda differentia inter leuem vel atrocem percussionem, cum ius non distinguat, vt in præalleg.ca. si verò.1.de sent.excom.& vlti. Nam etiam.l. hoc casu permittit occidere. vt ff.de adul.l.qđ ait. Peccatum tamen grauiter si mutilat vel occidit, vt no.in alleg.c. si verò excommunicatus vero non est, licet aliqui contra. Difficile autē est tam iustum temperare dolorem. vt in l.Grachus. C. ad l. Iul. de adulter. ideo non videtur, quod esset excommunicatus, quando hoc facit calore iracundiæ & subito, quia canon excusat ab excommunicatione, & lex ab occisione

secus

secus autem quando mutilaret vel occideret ex proposito deliberato & animo pensato. ar. c.1. de homici.

ADDE. De Clerico reperto cum vxore.

Clericus repertus cum filia vel vxore in adulterio, impunè occidi potest sine incursione excommunicationis latè Hippolytus in l.1.nu.50. Et in l. vnius.§.cogniturum, nu. 122. de quæst. Alij huiusmodi facultatem occidendi concedere licet ex communi sententia, ad quod plures allegat Hippolytus sing.175. Sed hanc communem falsam existimat Couuaruuias de sponsal. part.2.cap.7.§.7.nu. 5. vbi hanc materiam latius tradit. Item Paris de Puteo de Syndicatu in verbo familiaris. Matthæus Boyß D.

Si autem non inuenit cum aliqua ex dictis personis, sed cum aliqua alia consanguinea, percutiens erit excommunicatus, per dictum c. si verò, quod non extenditur ad alias personas. idem tenet Clauas. in ver. excommunicatio, quinto. §.16. & §.17. licet Hostien. & Innò. contrà.

Adde, quod licet Clericus non inueniatur in actu cum prædictis personis, sed in osculis tactibus, amplexibus, & huiusmodi in loco suspecto, non erit percutiens excommunicatus: secus si in publico oscularetur secundum consuetudinem patriæ ar. eorum quæ not. per glo. in c. consuluit de offi. dele. tenet Claua. in ver. excommunicatio. 5. §.18.

ADDE Signa & argumenta adulterij.

Si quis cum filia, vel vxore in ipsa turpitudine, hoc est, actu, seu in rebus Venereis, vt loquitur I.C. in L. Quod ait, de Adulterijs, deprehenderit, occidere licet. In ipso actu, Græcè dicitur ἐν ἔργῳ, *vel vt alij* ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντας. *Obscœna in obscœnis habentes, de quo Couuar. in spons. part. 2. cap. 7. §. 7. Plura in eam rem, & loquendi phrases addidit Dionysius Godefredus ex Harmenopolo, Luciano, Budæo & Plauto, ad d. l. Quod ait, de adult. Notandum hic quod antecedentia sceleris, vt colloquia, locus, conuiuia, basia siue oscula, & tactus argumentum sceleris inducant, teste Cicerone in Topicis, vnde vulgo,*

Visus, & alloquium, tactus, post oscula factum,
Hos igitur vita, ne moriaris ita.
Ni fugias tactus, vix euitabitur Actus.

Hostiensis in summa de eo qui cognouit consanguineam, & hac Veneris atq; Adulterij esse antecedentia & argu. tradit latissimè Bellonus in rub. de edēdo C. Accursius in l. Quod ita. de Adulterijs Clarus in crim. in verbo adulterium. num. 16. Menoch. latissimè præsumpt. 41. num. 30. & in nu. 19. vbi tradit de Clerico in loco secreto mulierem amplexante. Eadem signa & argumenta tradit quoque Couaruuias de sponsalibus part. 2. cap. 7 §. 6. num. 3. vbi de impudicis tactibus dicit, quod ex ijs grauis deducatur adulterij præsumptio. Huc pertinet elegans singulare 638. Hyppoliti, vbi tradit præparationem ad actū idem efficere quod ipse actus, vnde sicut fugitiuum debitorem capere licet,

tet cum est in fuga: Ita etiam ante fugam, cum signa fugæ euidentia apparent, Et aggressorem vt licet occidere: ita etiam occidere licet eum, qui se ad occidendum aut insultandum præparat. Ita Hippol. in d. singu. Gabriel Sarai in addition. ad Matthes. sing. 37. nu. 4. Kirchouius consi. 13 tom. 2. Germanorum consiliorum. & ibidem consi. 27, volum. 3. vbi latissimè de Insultu.

Ad propositum, caueat itaq; Clericus à nimia familiaritate & conuersatione mulierum, alioquin teste D. Hieronymo,

Non deerit viscarium diaboli.

Quem refert Hostien in summa de eo, qui cognouit consanguineam suæ vxoris. Matthæus Boyss Doctor.

Si autem ter monuerit eum iuxta auth. vt liceat ma. & auiæ. §. 16. quoque. & C. de adult. auth. si quis, vbi dicitur, quod si ter coram testibus monuerit suspectum, & postea inueniat eum confabulantem cum vxore, potest eum occidere si ipsum inuenerit in actu vel in propinquis ad actum, & non erit excommunicatus. arg. c. si vero. Claua. tamen in all. ver. excommunicatio. 5. §. 19. tenet quod non obstante trina monitione erit excommunicatus, dum non inueniat eum actu vel propinquitatibus. ar. dicti. c. si vero. & poterit etiam eum capere post huiusmodi monitionem inuentum colloquentem, & iudici præsentare, per iura præalle. & fa. l. capite. 5. ff. ad leg. Iul. de adulte.

Sed hodie de iure canonico correcta est omnis licentia interficiendi adulteram

vel adulterum, etiam in foro seculari in terris Ecclesiæ non excusabitur interficiens, c. inter hæc. & ca. admonere. 33. q. 2. ita tenet Archi. in dicto c. inter hæc. & Io. Ana. in ca. inter fecisti de homici. Et idem videretur in terris imperij, cum l. ciuilis hoc casu sit nutritiua peccat. & sic non obligat 4. distin. erit autem lex.

A D D E.

De hac denunciatione mariti contra de adulterio suspectum, tradit praxim diligenter Neuizanus in Sylua nupt. lib. 1. nume. 102. ad longum, quod scilicet post tres denunciationes siue vna die, siue ex interuallo factas, talem occidere liceat, si iterum cum vxore inuentus fuerit. Idem tradit pulcherrimis verbis Harmenopulus titul. 2. de adulteris lib. 6. vbi videre licet. Matthæus Boyss Doctor.

Adde, quod si maritus procuraret, vt Clericus ab vxore vocaretur ad turpitudinem, vt sic eum posset verberare, vterque tam vir quã vxor erunt excommunicati: quia hic est persuasio dolosa, quæ sufficit, vt in alle. ca. si quis suadente. Aduerte, quia si mulier verbis per Clericum sollicitetur, nisi tangatur, sibi non licet Clericnm percutere, si verbis possit illũ repellere. Alioqui si percusserit zelo castitatis accensa, non ex proposito, sed subitò sine deliberatione & ex improuiso, non erit excommunicata, arg. eorum quæ no. per glo. 23. q. 1. & in alleg. c. significasti. lo. 2. de homici. idem Claua. vbi supra. §. 21.

7. Fal-

7. Fallentia.

Septimo fallit in omnibus illis casibus in quibus Clericus perdit priuilegium Clericale, de quibus satis dixi in fallentijs primæ regulæ, & ibi vide.

8. Fallentia.

Octauo fallit in percutiente Clericum & probabiliter ignorante de Clericatu: quia talis excommunicationem non incurrit. c. si vero. 2. de sentent. excom. vt cùm credebat eum esse laicum, quia non deferebat habitum, vel si habebat, non videbat, quia erat de nocte. nam secundum Innocen. & Hostien. in alleg. c. si vero. & ca. cum non ab homine de iudi. oportet ad hoc, vt sit excommunicatus, quod intendat percutere Clericũ. Si autem non deferebat habitum & tonsuram Clericalem, sed sciebat eum esse Clericum, erit excommunicatus. & si credebat eum esse Clericum, cùm non esset, non erit excommunicatus gl. Inno. & doct. in alle. c. si vero. idem Claua. in versi. excom. 5. §. 24. 21

9. Fallentia.

Nono fallit in inuasore sedis Apostolicæ, qui pecunia, vel gratia humana, vel populari seu militari tumultu, sine canonica & concordi electione Cardinalium, se fecerit in Apostolica sede intronizari: quia licitum est Laicis talem inde pellere, vt in c. si quis pecunia. 79. di. & gloss. in c. principes seculi. 23. q. 5. vbi gloss. dicit idem, cum Clerici volunt fidem subuertere. 8. di. ca. quo iure. 17. di. cap. nec licuit. 23. q. 5. c. 1. Et idem cum Clerici schisma 22

faciunt,& dum contemnunt excommunicationem, vt in c.de liguribus.ea.cau.& q. Et vbicunque Ecclesiastica potestas deficit in d,c. princeps,& in cap. vt fame.de senten. excommunicat.

10. Fallentia.

Decimo fallit in casu ca. vbi maius periculum.de elec.li.6.vbi officiales Laici habent facultatem in Clericos, videlicet in Cardinales,& possunt auctoritate illius c. ipsos includere iuxta formam ibidem positam pro electione futuri Ro.Pontificis.

11. Fallentia.

Vndecimo fallit vbicunque percutiendo Clericum quis non peccat mortaliter, sicut in puero qui non est doli capax,qui percutiẽdo non incidit,vt in c.1.de sen.excom.Et idem de fugiente inimicos, si equum vel ensem à Clerico violenter eripiat vt se defendat,quia hic cessat dolus,per consequens peccatũ mortale. & excommunicatio non fertur nisi pro mortali.11.qu.3.ca.nemo Episcoporum.& sic non erit excommunicatus.Claua. post Pet.de Perusio.in summa,verbo excommunicatio. 5. §.25.

12. Fallentia.

Duodecimo fallit, vbi Laici capiunt Clericum de licentia vel mandato Prælati sui ad fines remittendi: quia tales non sunt excommunicati. vt in cap. vt fame.de senten. excommun.& in cap.si Clericos.eod.tit.lib.6. quod intel-

intelligitur tribus concurrentibus. primò, quòd Clericus sit subiectus Prælato mandāti, secundò, quod ad ipsum mandantem pertineat correctio Clerici. tertiò, quod violentia non amplius se extendat, quam defensio vel rebellio exigit Clericorum, & ex proposito non excedatur, vt colligitur ex dictis cap. Sed an Episcopus vel alius prælatus mandans torqueri Clericum per Laicum, sit excommunicatus. Communiter tenetur quod sic de iure, de quo vide quæ scripsi suprà in huiusmodi tertiæ regulæ secunda fallentia.

ADDE plures alios auctores.

1. Ad has Fallentias vide. Paulum Borchasium Feltrensem de Irregularitatibus & impedimentis ordinum. tit. de Clerico percussore vbi refert 12. casus quibus fallit cap. si quis suadente.

2. Adde Ducnnam in regula 99. Clericum percutiens. vbi ampliat hanc regulam de percutiente Clericum vndecim modis, & limitat 3. tantum modis, vbi ab initio citat hunc nostrum auctorem, & dicit hic esse limitationes 22. licet auctor tantum numerarit vel posuerit 12.

3. Adde quoq; Clauasium in verbo excommunicatio. vbi refert 8. limitationes & egregiè post explicat.

4. Vide infra in fine Bernardum Laurentium in suo tractatu, quibus casibus secularis punit Clericum. nume. 7. vbi 7. casus fallentiarum proponit.

agitur contra laicum super re Ecclesia. 339

11 *Materia vsurarum cuius fori dicatur.*

10 *Sacrilegus potest per iudicem sæcularem puniri.*

12 *Orta quæstione facti Ecclesiastica, an Iudex laicus poterit competenter cognoscere.*

13 *Laicus arbitrator an possit de materia vsuraria cognoscere.*

14 *In materia adulterij Iudex sæcularis potest cognoscere, si agitur ad pœnam sanguinis.*

15 *Iudex sæcularis an poterit cognoscere de crimine falsi commisso in literis apostolicis.*

16 *Iudex sæcularis potest punire sortilegos & diuinatores.*

17 *Crimen blasphemiæ dicitur mixti fori.*

18 *Crimen sodomiticum cuius fori dicatur.*

19 *Dominus feudi Clericus an possit cognoscere de causis vasallorum spiritualibus.*

20 *Iudex sæcularis an possit punire simoniacum, quem Ecclesiasticus condemnauit.*

21 *Delictum commissum in Ecclesia à laico, an possit per iudicem sæcularem puniri.*

22 *Pro eodem delicto an quis possit diuersis pœnis puniri.*

23 *Iudex sæcularis an possit habere cognitionem causæ decimalis inter duos laicos vel vnius Clerici contra laicum.*

24 *Iudex sæcularis an possit cognoscere de habitu clericali, an sit clericalis vel non.*

25 *Iudex sæcularis potest cognoscere de causa*

Iurispatronatus, quando est quaestio facti & non iuris.

26 *Fideiussor Clerici an possit coram Iudice saeculari conueniri.*

27 *Iudex laicus an possit esse competens in cognoscendo de fructib. temporalibus prouenientibus ex rebus spiritualibus.*

28 *Iudex laicus an possit aliquid cognoscere super clerico pro debito regis capto & Ecclesia remisso.*

29 *Iudex saecularis an possit dare tutorem clerico pupillo.*

30 *Laicus iniuriam faciens Clerico, an possit per iudicem laicum puniri.*

31 *Clericus criminaliter accusatus potest per iudicem laicum condemnari.*

32 *In Criminalibus alijs ab haeresi, iudex saecularis non tenetur stare processui iudicis Ecclesiastici.*

33 *In articulo necessitatis laicus potest de spiritualibus cognoscere, & de illis disponere.*

34 *Causa ciuilis Clerici an possit Laico delegari.*

35 *Laicus an possit esse procurator in causa spirituali.*

36 *Laicus an possit esse vicarius Episcopi.*

37 *Laicus potest esse operarius in Ecclesia.*

38 *Laicus an possit esse assessor Iudicis Ecclesiastici.*

39 Laicus

39 Laicus potest esse notarius in Curia Episcopali.

40 Laicus potest prædicare verbum Dei de licentia Episcopi.

41 Laicus & Clericus possunt esse compromissarij in causa spirituali.

42 Laicus an de mandato prælati posit torquere Clericum.

43 Laicus de mandato Abbatis potest aliquem recipere ad possessionem.

44 Laicus an posit Clericum criminaliter accusare.

45 Laicus an & quo casu posit excipere contra promouendum.

46 Laicus patronus potest denunciare crimen Clerici.

47 Laicus an posit testificare contra Clericum in causa Criminali.

48 Laicus potest supplere negligentiam iudicis Ecclesiastici cognoscentis de vasallis Ecclesiæ.

49 Concilium generale potest per quoscunque indifferenter euocari.

50 Papa an posit se Imperatori seu Laico subijcere.

51 Laicus potest decimas cum titulo posidere, & esse Rector Vniuersitatis & habere prabendam non Canonicam.

52 Laicus an posit acceptare beneficiũ pro Clerico absente.

QVAR-

QVARTA REGVLA.

CVM FALLENTIIS. SEXAGINta tribus.

Laici de negocijs ecclesiasticis intromittere se non debent ca. benè quidam 96. di. c. 2. de iudi. ca. contingit. de arb. ca. cũ de laycis. de re. eccl. non alie. & c. ecclesia. sanctæ Mariæ de constitu.

1 FAllit primo, quando laici hoc faciunt auctoritate delegata per ecclesiam, vt dictũ fuit supra in 21. fallentia primę regulæ. Et etiam in alijs casibus exceptis à prima regula, prædicta, & alijs regulis supradictis.

2 Secundò fallit in Rege nostro, qui à tanto tempore quod non est memoria de contrario concedit gratias & absolutiones clericis criminosis. Ad quod fa. tex. in l. fin. C. vbi sena. vel clari. vbi rectores prouinciarum possunt cognoscere de causis criminalibus illustrium. Cum hoc, vt si videant tales absoluendos possint absoluere, sed si viderint condemnandos, non possint condemnare neq; punire, sed debent causum referre principi, vnde glo. in authen. clericus de epi. & cler. dicit quod iudex secularis potest absoluere clericum, licet non possit eum cõdemnare. Quam

3 glo. Bal. dicit esse correctam, & meritò, quia regulariter illius est absoluere, cuius est condemnare, vnde consilium prouinciale nõ potest episcopum condemnare, ita nec absoluere, secundum Antho. in c. 1. de iudi. & Sicu. in

c.non poteſt de re iudi.Gemi.in c. accuſatus, 3.quæſt.6.& 12.di.c.præceptis.Niſi alicui poteſtas abſoluendi competeret ex priuilegio ſecundum Ioan.And.in c.canonica de ſen.excom.& gemi.in c.inferior.21.di.

Quo vero ad Regem,non videtur dubium quin poſſit concedere gratiam & remiſſionem clericis in illis caſibus, in quibus iudex temporalis poteſt eos corrigere & punire,de quibus late ſupra dictum eſt. Adde hic quæ dixit Guido Papæ.quæſtio.362.ver.circa hoc tamen.Sed adhuc in alijs procederet humodi remiſſio, quo ad ipſorum clericorum bona immobilia,quæ applicantur fiſco principis: Clerici enim ratione talium bonorum ſunt ſubiecti dominis temporalibus.11. quæſtion. cum ergo.ver. his ita reſpondentur, non mirum igitur ſi talia bona propter delictum applicentur domino tempora li. C. de anno. & tri.l.indictiones,li.10.ar.di.8.c.quo iure.

Sic etiam ratione feudi ſubſunt domino temporali. c.verum & c.ex tranſmiſſa de fo. compe.& c.Romana.§.debet de app.lib.6.ad quod fa.C.de exact.tri.l.fi. li. 10.quæ videtur hoc decidere,de feudalib.eſt expreſſum quod reuertuntur ad dominum,c. imperialem.§.illud de prohi.feu. alie. & idem dicendum de emphiteoſi. Nam & idem ſtatuit Papa in caſu conuerſo quando laicus tenet rem in emphiteoſim ab eccleſia,& condemnatur de crimine,quia talia bona reuertuntur ad eccleſiā c.in quibuſdam de penſ.& c.felicis eo.tit.lib. 6. Ita dicit Oldra.conſil.17.dicens eſſe cōmunem obſeruantiam curiæ Gallicane in toto

regno,

regno, quod bona mobilia clericorum applicātur episcopis, immobilia vero dominis tēporalib. à quibus tenentur habentib. tamē iurisdi, omnimodā. Et idē tenet Io. An. in addi. regula iuris. ea quæ. q. 21.

Sed quod talis remissio prosit ipsi clerico ad hoc quod non puniatur ab epis. pro crimine cōmuni, non videtur: Alioquin pareret incentiuū delinquēdi, quod est præcauendū. 23. q. 4. est iniusta. & c. vt clericorū mores. de vi. & hone. cle. Adde hic quæ scripsi infra tit. de pot. eccle. super laicis. §. 120.

Adde quod propter rationes supra dictas inuentaria bonorum clericorum fieri solent respectu immobiliū, ratione quorū subsunt, sicut præmittitur dominis tēporalib. per officiarios & iudices tēporales. & ita cauetur in superius allegat. cōcordatis inter officiarios spirituales & tēporales Tholosę factis. Sed capellano moriente relicto hærede laico, inuētariū fiet per iudicē sęcularē, quia mutatione personæ bona quæ erāt affecta priuilegio clericali desierunt esse ecclesiastica, & conditionem hæredū sequuntur. casus est singularis in l. Paulus refert per procuratorē. in. §. 1. ff. de. acqui. hære. ita tenet Guido Pap. q. 200. 61. fl.

Tertio fallit. Cum agitur actione personali pro vsu funeris inter laicos, quia iudex sæcularis poterit cognoscere, puta quia dico jus funeris mihi fuisse promissum donari. ita Antho. licet Sicul. contra in ca. quanto de iudi. Et Nicol. Milus. in ver. & iudex sæcularis Secus si ageretur actione reali pro ipso funeris vsu, quoniam talis quæstio erit terminanda co-

da coram ecclesiastico iudice, secundum Ancho. Sicul. & Doct. Qui etiam dicunt quod de expensis funeris inter laicos possit iudex sæcularis cognoscere, secus autem inter clericos. adde Feli. in ca. quanto vlti. colum. de iudi. qui post Antho. tenet quod de iure funerãdi quando quæstio iuris funerandi consistit in facto, per laicum cognosci potest, allegat Bart. in l. Titia, ff. solu. matri. & in l. omni. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. quotiens. C. de iud. vbi dicit quod de casu spirituali cognoscit laicus vbi quæstio non est iuris, sed facti.

4. *In iuramento.*

Quarto fallit in iuramento, quia licet materia iuramenti regulariter sit fori ecclesiastici & non sæcularis secundum gloss. in c. cum sit generale. de fo. compe. & in cap. prædicandum. 22. quæstio. 1. Hosti. in ca. tuam. de ordi. cogni. Sicul. in cap. significante. de pigno. & Docto. in cap. venerabilem. de elect. veruntamen vbi agitur vel excipitur de iuramento omissa disputatione an valeat vel competat absolutio: sed solum vt obseruetur, tunc est fori mixti. de sæculari patet in cap. licet mulieres: de iureiuran. lib. 6. vnde Sicul. in cap. ex literis de sponsa. in quarto no dicit quod pro implemento sponsaliorum iuratorum adiri potest iudex sæcularis. de ecclesiastico est text. in cap. fi. de foro compe. lib. 6. vnde Imol. in cap. cum contingit. de iureiur. tenet dari optionem actori coram quo velit iurantem conuenire, quod reputat vtile, propterea quia iuramentum sæpe interuenit in contractib. ideò Sicul. in c. cũ venissent de insti. com

mendat

mendat cautelam apponendi iuramentum, vt duplicetur forus idem. Bald. in l. 1. C. de re. cre. Et istud optimè sciunt mercatores.

Et intellige etiam in casu, quo de iure ciuili iuramentum est inefficax, nam etiam corã seculari agi poterit etiam si materia feudalis existat, quia ratione iuramenti potest vasallus trahi ad forum ecclesiæ, adeo quod cognoscendo de iuramento, cognoscet etiã de proprietate feudi, tenet Cal. in titu. de iureiu. cõsilio. 2. dicens esse casum in capitulo nouit de iudi. istud tamen facile non admitterent domini temporales iudices.

Itẽ vbi ageretur ad pœnam periurij, quoniam vterque competens est inter laicos. di. c. nouit, iuncto. capitulo rex debet 23. q. 5. not. Ludo. consilio. 412.

ADDE

Iudex secularis periurum potest declarare, & punire, vide Romanum Singulari 425. Hoc verùm, si clarum sit, quod peierauerit reus alioquin ad iudicem seculare non spectat sed Iudex ecclesiasticus aditur, quando dubium est an iuramentum valeat. Idem Romanus 426. Vbi plura allegantur, Matth. Boyß Doct.

Et idem vbi ageretur de compellendo recipientem turpe iuramentum, vt illud relaxet iuxta. c. 1. de iureiuran. quia hoc etiam facere potest iudex secularis, sicut enim cogere potest vt licitum seruetur, ita vt turpe relaxetur, vt voluit Ludo. Ro. in singula. ver. iuramentum.

Item

Item hæres defuncti non efficitur de foro ecclesiæ occasione iuramenti per defunctum præstiti.secundum Ioan.And.in c.fi.de sepul. quem sequuntur Antho.& Sicul.in allegat.c. cum sit generale,de foro compe. & Domi. in c.fi.de foro compe.lib.6.per tex.ibi in ver.& à se,&c.licet contrariũ seruetur in curia spirituali Archiepiscopali Tholose.vbi sæpenumero vidi corã me tanquã officiali conueniri hæredes super obseruatione iuramẽtorũ præstitorũ per defunctos.& ista fuit opinio Abbatis antiqui in c.veritatis,de dolo & cõtu.vide Sicu.in alleg.c.fi.vbi dicit ꝙ indirecte contra hæredẽ implorato officio iudicis ecclesiastici agi potest vt hæres satisfaciat exonerãdo animã defuncti iurantis, & sic procedere potest opi. Abbatis antiqui.Si aũt vellet agere actione,ex eo contractu nõ potest, & sic procedit opi. Io.An.& doct.ad hoc vide quæ scripsi in decisione Capellæ.quæst.415.in addi.

Item adde Bal.in l.1.colũ.C.de ope.libe. dicentem.Quod de nuditate iuramẽti,quod nõ habet consensum, vt quãdo est interpositum super cõtractu simulato,satis potest cognitio spectare ad sæcularem, quia iuramentum carens consensu non habet spiritũ, & iudex sæcularis potest cognoscere super cõsensu,ergo necessaria conscientia super iuramento, sed vt ait,domini mei Canonistæ dicunt quod super omnib.dubijs spiritualib.Eccles.cognoscit,& quicquid est dubiũ trahunt ad suũ molendinũ,& de facto communiter ecclesiæ defertur,&est pars tutior.dicit tamen idẽ Bald. in l.patronus ad fi.C.eo.ti.Quod si lex præsu-

 mit

mit simulationem in contractu,nec est necessaria probatio hominis,non oportet adire Episcopum,vt.ff.de proba.l.qui testamentū.& ff.de le.3.l.cum quis decedens.§.Ticia.& §.co dicillis.& fac.ff.de pac.l.iurisgentiū.§.& generaliter.in l.vlt.ff.ad munic.

Adde quod princeps temporalis potest super iuramento dispensare , pro quo videtur tex.in l.fi. ff. ad munici.in princi. & in l.fi.ff. de re.mili.&pro hoc gl.in l.adigere.§.si super ver.l.iulia.ff.de iure patro. quæ no. quod lex habet vim apostolici vt iuramentum remittat,ita Bal.in l.nec patronus. C. de ope.liber. vbi dicit quod lex ciuilis potest remittere iuramentum ex causa,sicut potest remittere Papa,ita tenuit Guido Papæ quæst.134.

ADDE

Quod traditur in l.final.ad municipales principem secularem posse dispensare super iuramento,id correctum est ex canonistarū sententia. Panormita : de decimis. in cap. Tua. Iuramentum enim mere ecclesiasticum est. Ergo sæcularis potestas gratiam facere non potest. c. venerabilem. de electionibus. Iason in l. vlt. Qui satisdare cogantur Ferratius Cautela 16. Sed id in Camera non est receptum,vt notat Gelius obser.22.&25. Minsing. obser. 99. cent. 4. Matthæus Boyß Doct.

Sed videtur,salua correctione,quod princeps secularis non possit dispensare super iuramento ratione spiritualitatis quam in se

habet

habet iuramentum, vt patet ex no. in cap. venerabilem. de elect, & per gloss. fi. in cap. cum sit generale, de fo. compe. per Sicu. in cap. significante. in primo. no. de pigno. & Hosti. in c. tuam super gloss. de ordi. cogni. & per Ioc. in cap. fi. de foro compe. lib. 6. nec ob. leges & gloss. in contrarium allegat. tum primo, quia prædictæ leges hoc non probant, & ideo dicunt Salic. & Bald. in allegata l. nec patronus, quod iuramentum non remittitur à lege, sed secundum legem super contractu disponentem interpretatur. nam secundum Bal. in allegat. l. nec patronus. in casu illius. l. conditio liberorum videtur excepta, ideò iuramẽtum non relaxatur, sed ad casum liberorum non extenditur.

7 Et quia fauor tertij videtur à iuramẽto excipi. argu. in cap. venientes. de iureiuran. lex enim ciuilis potest interpretari iuramentum, & statuere quod se non extendat ad casus illicitos. vt l. de quibus. ff. de legi. & ff. de lega. 1. l. si quis inquilinos in fi. Adde Sicul. in cap. quemadmodum. de iureiuran. vbi dicit quod respectu iuramen. standum non est legi ciuili, cum iuramentum non sit de foro suo. cap. nouit. de iudi. & præallegat. cap. venerabilem. ad fin. in authent. vt cle. apud pro. episcop. §. si vero ecclesiasticum. col. vi. Adde quod posuit infra super regu. 4. versic. 46. circa fi. vide latissime per Iasonem in authen. sacramenta puberum. col. penul. & vltim.

Item iudex sæcularis potest cognoscere de

 nulli-

nullitate absolutionis à iuramento factę per eccles. nec tenetur eam sequi iniustam. tenet Pet.de Anch.consil.382.per no.Io.An. in c. cũ iure.de offi.dele. & c.1.de offi.ordi. vbi dicit quod iudex sęcularis non tenetur exequi pręceptũ iudicis ecclesiastici.de cuius iniusticia est certus vel suspicatur:& facit dictũ Bar. in l.diuus.ff.de custo.reo. quod secularis iudex potest reuidere processum quando ab episco. po iubetur exequi. Nec obst.c.fi.de excep.li.6 quia loquitur vbi sententia non est euidenter nulla vel inualida. Nec etiam obst.c pastoralis.§.quia vero.de offi.dele.quia secundũ Io. An.vbi supr. procedit in executione cõmissa inferiori, secus vbi par requirit parẽ videlicet ordinarius ordinariũ.p.c.1. de offi.ordi.

Item iudex secularis potest declarare quẽ incurrisse periurium, quãdo de hoc non esset dubiũ, vt tenet Ludo.in singula. 414. quia lex secularis punit periurum. l. si quis maior.C. de transact.ergo etiam declarare potest, quia declaratio est facti secus vbi esset dubium ca. venerabilem.de elect.id est quæstio iuris, secus ergo vbi esset quæstio facti.per no.l. ticia ff.solu.matri.per Bar.& alios Antho.& Sicu. in c. tuam de ordi.cog. per Io. And. & domi. in alleg.c.fi.de foro compe.

Adde de iuramenti caussa.

Nota licet Iuramenti vel periurij materia sit ecclesiastica, nec laicis conueniat, tamen sæcularis Iudex de nullitate absolutionis à iuramento cognoscere potest, tales limitationes dat quinque Felinus in cap. 2. extra de sponsal. vide Hippolytum

tum sing. 367. Item quando Iudex secularis causam remittere debet tanquam ecclesiasticam, tūc potest parti præfigere terminum ad producendum capitula, vt videat an illa sint releuantia nec ne, Alioquin ad vlteriora processurus: Petrus Gerhardi sing. 58. Rursus nota, quod Iudex secularis poßit de periurio punire & etiam cognoscere, quia crimen est communis fori: hoc est verum quando est clarum, tunc etiam punit & agnoscit secularis, alias quando est dubium, an valeat nec ne, tunc pertinet ad Ecclesiasticum: Pulchrè Romanus per plura Iura sing. 425. & 426. Matth. Boyß Doct.

5. Fallentia. de re Ecclesiæ.

Quinto fallit vbicunque per clericum agitur rei vendicatione contra laicum super re ecclesiæ vel clerici. Id fieri debet coram Iudice laico secundum Innocentium & Doctores in c. cum sit generale. de foro compe. & ita seruatur in præsenti regno, licet de iure clerici malefactores suos, & raptores rerum ecclesiasticarum, & inuasores (qui sacrilegi sunt censendi) possint sub quo maluerint iudice conuenire, vt cap. de viro. 12. quæstio. 2. cap. alleg. cum sit generale. & cap conquestus eod. titu. & in fallent. seq. Adde hic quæ scripsi infr. ti. sed. §. 4.

6. In Sacrilego.

Sexto fallit in sacrilego qui puniri potest per iudicem secularem, in l. si quis in hoc genus, C. de Episc. & cle. gloss. in alleg. cap. cum

fit generale, vbi Hosti. videtur velle secūdum Sicul. quod cum agitur ad pœnam corporalem, secularis est iudex, si vero ad spiritualē, vt excōmunicationis, tūc ecclesiast. sed dicit Sicul. quod quādo agitur ciuiliter ad restitutionem rei subtractę, vel ad pœnam non corporalem, sed pecuniariam. iuxta. c. quisquis. 12. q. 4. quilibet tam ecclesiasticus quam sec. potest esse iudex. Et sic crimen sacrilegij dicitur esse mixti fori: erit ergo locus præuentioni in c. proposuisti. de fo. compe.

ADDE.

De sacrilegio quod mixti fit fori & plura alia vtilia circa hanc materiam placeat videre apud Ignatium Lopes in praxi Criminali D. Dias cap. 87. Sacrilegij. De sacrilegio eiusq; pœna admodū eleganter & docte. vt alia omnia, Menoc. hius casu arbitr. 389. Matth. Boyß Doct.

7. *In Crimine vsurarum.*

Septimo fallit in crimine vsurarum, quando non dubitatur quod contractus sit vsurarius, sed tantū imminet quæstio facti, vt quia repetuntur vsuræ solutæ, & sic solum agitur de soluto vel non soluto, vel an interuenerit cōtractus, vel quia agitur de simulatione contractus, & allegatur quòd simulate facta fuit venditio cum esset contractus pignoraticius, & clarè vult hoc probare per testes, ita quod non dubitatur de vsura: tunc enim est mixti fori, & hanc opi. tenent Pau. Imol. & Zaba. in Cle. 1. de vsur. Domi. in c. 1. eodem titul. lib. 6. Bartol. in l. Ticia. ff. solu. matri. & in l. 2. ff. de

iuris

iuri.omn. iud. But. in l.cũ allegas.C.de vsur. Archi.in c.quid di cã.14.q.4. Ant Imol. & Sicul.Zaba.in alle.ca.cum sit generale. Ludo.in allegat.l.Titia.

ADDE

De vsurarum quæstione vel caussa, quis iudex sit latè Couuaruuias in sponsalibus par 2.c. 8. §. 12 nu.4. Idem cap.6.num.19 ead.p 2 Lanfrancus in cap. dispensiosam. nu 14 ad longum. Dias in regul. Fallentia. iudex sæcularis. Tiraquellus in tractat. Res inter alios acta. Matthæus Boyss Doctor.

Nec obstat cap. post miserabilem.de vsur. quia ibi aditur iudex secularis in subsidium, sicut etiam in decimis quæ tãtummodo sunt spirituales.cap.postulasti.de homici. Et hanc opinionem etiam tenent Bald.in ca.1 §. similiter.de controuer.inuesti.& in dicta.l.eos.§. fin.Frede.de Sen.consilio.46.dicẽs fuisse hanc originalem doctrinam Ioan.An. in ca. tuam. de ordi.cog.

Octauo fallit generaliter vbi de quæstione eccclesiastica versatur sola quæstio facti. Nam tunc iudex sæcularis est competens per ea quæ leguntur. & not. per Bartol. & alios in allegat.l.Ticia.ff.solut.matrim. Anthon.& Sicul.in cap.tuam.de ordi.cogni.& melius in allega. cap. cum sit generale. & Milis in ver. iudex sæcularis potest cognoscere &c. & Sicul.in ca. literas. de iura.calum. Et ideo si disputetur vtrum mulier fuerit desponsata vel

non, vel an habitus sit clericalis aut non, potest iudex sæcularis cognoscere. idē si sit quæstio. an quis sit legitimus aut non. vel an sit vsurarius vel non, quia non est quæstio iuris, sed facti. Et idem in similibus.

Adde

Quotiescunq; caussa ecclesiastica tractatur per quæstionem facti, non iuris, tunc sæcularis est cōpetens Felinus in cap. Caussam de præscripti: Et in cap. Cum sit. de foro competenti. Minsing. obs. 67. cen. 2. Geil. obs. 38. lib. 1.

Etiamsi esset Matrimonialis caussa & ageretur de possessione. eleganter hoc tradit Tessaurus decis. 117.

Nono fallit etiam vbi materia non est pure ecclesiastica, dato quod esset dubium iuris Nam iudex secularis per cōfessionem de plano potest informari, istud dicit Specul. in tit. de recōuen. §. 2. ver. sed nunquid in primo. quē sequitur Bal. in l. nō ignorat. in fi. C. qui accu. nō pos. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. quotiens. C. de iudi. & in l. omni nouatione. C. de sacrosanctis Eccles. idem Archi. in c. frequens. 54. dist. & in cap. si iudex de senten. excom. li. 6. Et ideo vbi constat iudici sæculari notorie de vsura, puta per confessionem partis, potest super ea pronunciare dum tamen nō principaliter, sed per modum causæ, vt no. Bal. in l. vnica. §. ad hæc. C. de Lati. liber. tol. puta condēno te ad decē indebite exacta pro vsuris, secus vbi principalis quæstio esset mere ecclesiastica, quia illius cognitio nul-

tio nullo modo cadit in Laicum. in præalleg. c.si iudex. & in c.vt inquisitionis. §. proh bemus.de hære. lib.6.& Pet.de Ancha. in regula iuris.ea quæ. in 4. qu. nec confessio:tunc faciet eum competentem.& ita declarat Ancha.vbi supra.

Sed si esset quæstio de istis in causis summarijs, bene posset iudex secularis cognoscere secundum Baldum. in l.3.C. de Carbo.edict. & in auth.ei qui.7.colum.C.de bo.auto iudi. pos.ibi quæro qualiter post Specu.ti. de 1. decret.§.restat.versi.quid si agatur,dum inquit, quod si agatur de primo decreto, & filius negat se fore in potestate patris potest iudex secularis cognoscere de filiatione non obstante præal.c.tuam.de ordi.cogni.quia iste processus non est ordinarius,vbi autem procederetur ordinariè procederet quod dictum est, nam attendi deberet tunc,an esset quæstio iuris vel facti secundum Bald. vbi supra. licet Ant.& Sicul.in alle.c. tuam.aliter sentire videantur.

Sed & supposito quod esset quæstio iuris, si constat iudici seculari talem exceptionem quæstionis spiritualis opponi calumniosè,vt remittatur ad iudicem Ecclesiasticum, non tenebitur casu præmisso remittere, nec processum suum taliter impedire secūdum Bal. in l.1.in fi. C. de sent.quæ sine cer.quanti.Et si fieret ibi remissio.dicit Bald. in l.de die,§.iubere.in lec.antiq.quod si remissus ad Curiam Episcopalem super talibus incidentibus, ibi fuerit in mora,poterit iudex secularis procedere ad vlteriora, ad quod facit, quia moro-

 sus

sus allegans litispendentiã non auditur secũdum Bart.in l. vbi cœptum.ff.de iudi. & in l. sepulchri.ff.de sepulc.viola. & in l.quamuis. ff.de dam.infect.

ADDE.

Pro hoc loco exornando adijcio, quod ratione calumniæ euitãda Iudex reijcere poßit, ac debeat ea, quæ calumniosè petuntur, veluti si quis petat consilium sapientis adhiberi, tantùm causa differendi litem. Plurima talia nobis congeßit Hippolitus in l. Patre, vel marito. de quæstionibus. Item calũniosa exceptio vel allegatio non debet admitti, etiam si sit releuans, quando constat protrahendæ litis gratia fieri. Felinus in c. & cætera. De re iudicata. Alexand. lib 3. conf. 42. Cepol. Cautel. 225. num. 3. Matthæus Boyß D.

Et ideo ad huiusmodi malitiæ obuiandum posset iudex secularis in faciendo talem remissionem præfigere remisso terminũ in quo se curiæ Episcopi repræsentet secundum Bar. in l. præses. C. de app. per illum. & in l. 2. ff. de re iudi. & in all. l. quotiens. C. de iudi. Ang. in l. 1. §. sed si dubitetur. ff. de eod. ti. Et si ille fuerit in mora, poterit secularis iudex procedere. ar. d. l. præses. & ca. personas. de ap. sed non posset, idem iudex præfigere terminum infra quem causa finiri debeat: vt per Bar. in alle. l. 3. & in cap. cùm sit Romana. de appel. iuncta gloss.

ADDE tria Notabilia.

1. Iudex secularis non tantum terminum præ-

senta-

sentationis, sed etiam termiuum producendi coram se capitula & Positiones, quas in Curia Ecclesiastica probare intendit Clerico remittendo statuere potest. Petrus Gerardi sing. 58. vbi addit ex iuniore Curt. in l. Quoties. C. de iudicijs. vnum valdè singulare, si ex statuto instrumentum præsumeretur vsurarium, & pars aliqua se in tali statuto fundaret, tunc super ea quæstione non fieret remissio ad iudicem Ecclesiasticum.

2. Sic iudex à quo appellanti præfigere potest terminum insinuandi vel prosequendi, & si id non fiat, causa est deserta: Si præfigat appellāti terminum, vt sibi fidem faciat de præsentata vel introducta appellatione, id de iure non potest, neq; ob id erit deserta, vt tenet contra Lapum Francus de appellat. vers. Octauò iudex. Idem Roman sing. 163. Cepolla Cautel. 45 Guido Papæ singu. 597. Vide in eandem rem Rota decis. 13. & 25 de appellat. in Nouis. Bellamerā. decis. 718. Cassador. decis. 4. de Appellationibus.

3. Item iudex à quo non potest assignare terminum finiendæ appellationis, quia hoc esset legem ponere superiori. Vide Francum in cap. Ex insinuatione. 50. & in cap. personas. 4. de appellat vbi nouem modos præfigendi terminos appellantibus proponit. Matthæus Boyss D.

10. Fallentia.

Decimo fallit in Laico arbitratore, quia talis cognoscere poterit de vsura, etiam si quæ-

stio

ſtio iuris. ita voluit Pe.de Ancha.conſil.33.& conſi.98.dicens.c.contingit.de arbit.non procedere in arbitratorem.Sicu.conſt.64.ver.itē iſti fuerunt arbitratores.

11. Fallentia.

Vndecimo fallit in crimine adulterij, in quo ſi agatur ad pœnam ſanguinis, ſecularis tamen eſt Iudex.cap.9. Sententiam. Ne Cle. vel mo.&.l.quamuis. C.de adulte.de procurato.ca. tuæ. & ſic intelligitur cap.rex debet. 23.q.5.Si verò ageretur ad aliam pœnam, puta detruſionis in monaſterium.tunc etiam ſecularis eſt iudex:vt in authen.ſed hodie.C.de adul.Licet executio pertineat ad iudicem Eccleſiaſticum, quia ſecularis non habet monaſterium.arg.in fil.2.q.6.biduum. verſi.ſi quidem. & ff. de interdict.& rele. l. inter pœnas.

De Eccleſiaſtico eſt dubium,& dependet à cap. gaudemus.de diuortijs. poſſet tamen dici quod quatenus agetur ad aliam pœnam citra ſanguinem etiam ipſe ſit competens contra Laicum ad hoc.c.1.de offi.ordi.& 32.qu.1. c.de Benedicto, quia per adulterium peccatur in matrimonium,quod eſt vnum de ſeptē ſacramentis Eccleſiæ,& poteſt Eccleſia imponere pœnam ignominioſam, vt incidere capillos,& pannos ante & retro, vt moris eſt in quibuſdam locis.pro quo bona glo. in præalleg.c.de benedicto,iuncto ibidem textu, & facit 26.q.5.c.Epiſcopi.in prin.ita dicit Sicul.in alle.ca cùm ſit generale quem ſequuntur Ludo.in ſingulari 674.Sicul.in alleg. ca.tuæ.c.1. de offi.ordi.Archi.in c.rex alleg.& in c.poſtu

laſtis.

flastis.3.qu.7. Sicul.in c.gaudemus. de conuer. coniuga. vbi dicit Ecclesiam posse huiusmodi crimen punire etiam vltra separationem thori contra Ioan. And. in c.fi. de foro compe. lib. 6. Ange. in auth. sed hodie allegat. & fa. c. consuluit, id est, de app. vbi Episcopus procedit contra detinentem vxorem alterius. ad idem. c. seculares. 33. q. 2. Bald. in auth. Clericus. C. de Epis. & Cle. Pet. de Ancha. in alleg. regula iuris, ea quę. in 4. q. inter alia dicens, quod si confitens copulam, sed eam negat esse adulteriũ negando matrimonium, de hoc iudex secularis cognoscet. Et idem dic si Laicus cognosceret monialem, quia tanquam sacrilegus poterit per vtrunq; iudicem puniri, scilicet per eum qui præuenerit.

ADDE, de adulterij pœna.

Placuit hic inserere quoad pœnam adulterij, quod licet iure Ctum etiam ex Caroli Quinti cõstitutione 120. Adulterium gladio puniatur, tamen ea pœna non seruatur per Italiam Galliam, aliasque prouincias, & arbitraria infligitur, vel pecuniaria vel corporalis. Clar. in verbo adulterium. num. 7.

De Gallia id testatur Rebuffus in Consti. regi. in proœmio. num. 108 citat plures alios. Cassaneus tit. de iustitia. nume. 46. Philibertus Bugnyon, in abrogatis legibus Galliæ. Faber in §. ex non scride iure natur. & in Institu. testatur nunquam visum esse, quod adulterium capite plexum sit, Rauennas singulari 938. refert, in quibusdam locis Franciæ consuetudinem esse, quod vxor adultera

nullam

nullam patiatur pœnam, sed maritus eius super asino per totam ciuitatem ducitur, pracone alta voce clamante. Sic fit maritis, qui permittunt vxores nimium ieiunare. Adde Syluam Nuptialem alle. 1. nu. 90. & Guidonem papa decis. 206.

De Italia testatur hoc post Ananiam Tiraquellus de legibus connubialibus. l 13. nume. 23. vt refert Fischardus in com. opin. in verbo adulterij pœna, in secundo tomo comm. opinionum. Et Cotta in memorab. verbo Consuetudo. Vide plurimarum vrbium statuta desuper per Menoch. casu arbit. 419. mox in fine.

De Germanis testatur id VVesenbecius in paratit. tit. de adulterio. Minsing. in Inst. de publicis iudicijs. quibus locis hanc pœnam in multis locis Germaniæ arbitrariam esse attestantur. In Saxonia tantum adhuc capitalis pœna infligitur, teste Schneduuino in Instit. Excusanda igitur Colonien sis nostra consuetudo, qua adulter & adultera famosos lapides duos ex collo dependentes cum candelis ardentibus ignominiosè per Basilicam D. Petri circum tres Reges, & deinde per plateas lictoribus pracedentibus portant, & deinde pœna pecuniaria mulctantur. Testatur de hac quoq; notoria consuetudine Rauennas q. profesſor iuris Coloniensis sing. suo 938.

De pœna adulterij, quod capitalis fuerit iure Codicis, tradit Couuaruuias in Epitome sponsaliorum, in 4. decretalium. cap. 7. part. 21. §. 7. nu. 16. Clarus in crim. in verbo adulterum. nu 7. vbi refert Alciatum dicere solitum. Si omnes Clerici

adul-

adulteri forent in monasterium detrudendi quod tunc pauci per terrã ambularent. Citat quoq; hũc autorem nostrum dicto loco Couaruuias nu. 17. Adde Ignatium Lopes in ca. 85. in praxi crim. vbi etiam nostrum auctorem refert.

De varijs pœnis adulterij vide Romanum sing. 674. vbi refert pœnas adulterij. Separationem thori, detrusionem in monasterium, scissionem in pannis & vestibus in ignominiam. Excommunicationem, his adde quintam sanguinis, refert glos. in pragmatica sanctione. titu. de concubinarijs in fine Vbi addit in Gallia non puniri adulteria, nisi maritus vel vxor conqueratur. Et sic manere impunita.

Imperator Leo olim etiam in mitiorem inclinans sententiam statuit, vt vtrisq; & adultero & adulterae nasus tantum abscinderetur, & non occiderentur, si in ipsa turpitudine deprehensi fuissent, vt est in Nouella Leonis constitu. 32. Sed Imperator Constantinus non voluit faciem hominis, ad similitudinem calestis pulchritudinis figuratã, pœna damnationis maculari. l. si quis in Metallũ. C. de pœnis. Homo enim est dignissima creaturarum l. iustissime. de adil. edict. Vnde Virgil.

Illi calestis origo est. *vt relatum est in c. hac imago. 33. q 5. refert Mantua sing 524 Maranta in specul. distinct. 11. iudicium alud capitale, aliud non capitale. nu. 8 Minsing obs 46. centu. 2.*

Illud oblectamenti gratia addo, quod Couaru. d. loco. et Tiraquel. in l. 13 connubiali. nu. 11. referunt apud Cumaos mulierem in adulterio depra

hensam

hensam in forum deduci, & saxo impositam omnibus spectandam proponi, inde in asino collocatã, & per totam ciuitatem circumductam in eundẽ locum restitui. Ex illo infamia notatam appellant ὀνοϐάτιν, propterea quod asinum equitauerit. Idem refert Tiraquellus de Pisidijs d. l. & diuersissimas adulteriorum pœnas, de quibus etiam Menochius casu arbitr. 419. latissimè. Mattheus Boyss D.

12. Fallentia.

Duodecimo fallit in crimine, quod committitur in literis Apostolicis, nam de talibus si Laici fuerint, poterit iudex secularis pœnam ciuilem imponere arg. ff. & C. de fal. & quod not. 19. di. ca. in memoriam. Ita tenet Sicu. in alle. c. cùm sit generale.

13. Fallentia.

Decimotertio fallit in sortilegis & diuinatoribus, quos etiam iudex secularis punire potest secundùm Sicu. in præalleg. ca. cùm sit generale. & in ca. 1. de sortilegis, dicens quod licet sit crimen Ecclesiasticum non tamen merè, & ideò est locus præuentioni inter eos, nam vtroque iure hoc crimen est damnatum & acerrimè punitur per ius ciuile, vt C. de malefi. & Mathe. per totum.

A D D E.

De pœna sacrilegorum & diuinatorum Romanus singulari 667. Clarus in Criminalibus. qu. 37. num. 7. Menochius in arbit. casu 388. Mattheus Boyss D.

Deci-

Decimoquarto fallit in blasphemia, quia etiam est mixti fori, tenet Cald. titu. de iudæ. consi. 2. & Per. de Ancha. consi. 197. & ita seruatur. dicit tamen Sicu. in c. 2. de male. quod iudex Ecclesiasticus & secularis concurrere possunt, nec pœna imposita per vnum, impedit pœnam imponendam per alium? postea in vlt. col. subiungit ibidem esse tex. quod crimen blasphemiæ in Deum & sanctos sit mixti forim, & quod iudex Ecclesiasticus de illo potest punire Laycum, verum vbi Iudęi per blasphemiā vel aliter æternalē offendunt maiestatem secundum communem opin. Doct. puniri possunt & debent per iudicem secularem. & ita consuluit Pe. de Ancha. vbi supra, quem refert & sequitur Io. de Ana. in rubrica de Iudæis. colum. penult in princ. versi. adde prædictis. Idem ipse tenet in c. fi. de maledic. col. 18. ver. circa prædicta. & etiam in c. postulasti. de iudæ. 6. colum. versi. vlt. quære vsque ad fi. & in locis prædictis allegat plures Doct. hanc opin. sequentes quamuis Calde. in alleg. consi. 2. visus sit tenere contrarium, videlicet quod immò punitio crìminis blasphemiæ cōtra Iudæos pertineat soli iudici Ecclesiastico non autem seculàri, nisi eatenus quo esset iudex Ecclesiasticus, imploraret auxilium brachij secularis in subsidium.

15. Fallentia.

Decimoquinto in crimine sodomiæ, Nam & illud est mixti fori, vt tenet Sicu. & Ana. in c. in Archiepiscopatu. de rapto. & in c. Clerici. de excessi. præla. Et quod iudex secularis

dicitur esse hæresis.1.q.3.c.altare.& de hæresi. ca. quotiens. Item & eius criminis originalis prohibitio processit ab Ecclesia,& secundum illius institutiones regulatur, ad quod not. 1. q.1.in summa quod intelligo quo ad cognitionem,sed lata sententia per Ecclesiasticum poterit augere pœnam Laico, sicut & dicit Antho. de crimine hæresis facta per iudicem Ecclesiasticum declaratione, de quo tamẽ Sicu. in prealle.c.cùm sit. ait se dubitare.

18. Fallentia.

Decimooctauo fallit in delicto commisso in Ecclesia per Laicum: nam in hoc casu iudex secularis habet cognitionem, etiam si esset commissum in Clericum. l. si quis in hoc genus.C.de epis.& Cle.& ibi Bal.Imo. & Sicul.in c.inter alia.& c.si.de immu. Eccl. allegans Bartho.ita tenuisse in l. si cui. ff.de accusa.idem Sicu.in c.cùm sit generale.de fo.compet. dicens se putare prædictam opin. Barto. esse veriorem contraria opinione Pe. & Cy. in l.præsent.C.de his qui ad Ecclesiam confu. Ecclesia namque sicut ait,territorium no habet nisi respectu Clericorum, & ideo se non impedit de delictis Laicorum etiam in Ecclesia commissis,idem Sali. in authe. nulla communitas. C.de Epis.& Cle. Dicit tamen Sicu. in præallegat. ca. fina. negari non posse quin commiserit sacrilegiũ delinquendo in Ecclesia cum per hoc violauerit immunitatẽ maximè si eam sanguinis effusione polluerit, vt in c.cum pro causa,& quod ibi no. de sen.excõmunicatio.& 17.qu.4.c.si quis domũ.fa.ca. cùm sit generale. alle. & ideo puniri possit de 21

hoc crimine per iudicem Ecclesiasticum.fa.c. quæsti.17.quæst.4.& quod no. in præalle.cap. cum pro causa.

Nam & pro eodem delicto potest quis puniri varijs pœnis, quando ex eo resultat diuersa species delicti, vt plenè no.per Barto.in l.senatus. ff. de accusat. & sic potest intelligi glo.in c.virginibus.27.q.1. dicit enim Bartol. vbi supra. quod etiam si esset tale delictum, ex quo quis incurreret duplicem pęnam, quarum vna esset ciuilis, aliā Ecclesiastica, vt excommunicationis, quamuis à seculari iudice quis foret absolutus vel condemnatus, & pœnam soluisset: nihilominus poterit condemnari à iudice Ecclesiastico, ita dicit Iaco. But. & Bald.in l.placet.penu.qu.C.de Sacrosanct. Eccle.Pet. de Ancha.in regula iuris, ea quæ.9. qu. li. 6. de quo etiam vide per Bald. in l.cunctos populos.6.colum.C.de Sum. Trini.Ana. in cap. postulasti. ad fin.de iudæ.Angel.in l. si vacantia. C. de bon. vacan.lib.10.per Bald.in l.officiales.C. de Episcop. & Cle. & in l. nullum. C. de testimo. & Sicul.in ca.tuæ.de procura.

Ex quorum dictis videtur posse concludi, quod vbicunque crimen commissum est mixti fori, & per diuersas leges diuersæ pœnæ omninò separatę statuuntur, quarum vna per aliam non tollitur, punitus in vno foro de crimine, poterit de eodem in alio foro puniri; pro quo.l.qui sepulcra.C.de sepulc.viol. & l. 3.ff.de libe.ho.exhi.& in l.quoties.ff.de actio. & obli.& bonus text.in cap.felicis. de pœnis lib.6. & ibi Ioan.Andr. in not. & istud tenere vide-

videtur Sicu.in præalleg.ca.tuæ. quod est notandum & accidit quotidie,& facit ad ea quę supraſcripſi circa finem ſecundæ fallentiæ, huius quartæ regulæ.

Sed quis extrahet delinquentem in Eccleſia vel alibi delinquentem, & ad eam confugiẽtem in caſibus,in quibus immunitate gaudere non debet, breuiter dic quod Laicus extrahetur per iudicem ſecularem. ita tenet Io. Fa.inſtit.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris in §.ſed hoc tempore.& idem videtur velle Sic. in alle.c.inter alia.penul.col. licet aliter ſentiant Pe.& Cy.in alleg.l.præſenti. & Ange.in auth.ſi quis ei.C.de adulterio.Opinio Io. Fa. de facto ſeruatur.

19. Fallentia.

Decimonono fallit, vbi ſimpliciter agitur de fructibus decimarum inter duos Laicos vel per Clericum contra Laicum.Nam in huiuſmodi caſu iudex ſecularis poterit cognoſcere,cùm nõ ſit quæſtio ſpiritualis,quod patet,quia Laico concedi poſſunt titulo locationis.c.veſtra.de loca.& vendi.vt ibi no.Ioan. An.& no.in c.quamuis.de deci.glo in c.perue nit.1.q.3.Bal.& Imo.in l.vſufruct.no.in c.cauſam de præſcrip.& ca.quamuis.& c.prohibemus.de deci.& hoc probatur optimè in c.poſtulaſti.de homi.

Nec ob.ſi dicatur, quod illud ſit in ſuffragium per inuocationem brachij ſecularis, quia ibi Papa in reſponſione generaliter loquitur. Et ita dummodo agatur ciuiliter contra Laicum ad reſtitutionem fructuum deci-

Fatetur tamen Domi. vbi supra, quod si Laicus conueniatur coram iudice seculari super delicto ciuiliter & ille dicit se Clericum coniugatum, vnde non potest ab illo iudicari. Actor verò dicat, quod non incedit in habitu & tonsura, & reus petit huiusmodi quæstionem incidentem remitti iudici Ecclesiastico, iudex poterit cognoscere an debeat remittere, quia ista notoriè constant, an habitus sit Clericalis vel ne. ergo non requiritur aliæ probationis causa. quoniam. de fi. presbi. per quod patet, quod licet opponatur exceptio coram iudice, de qua cognoscere non potest, sed debet remittere, si tamen est notoriè falsa illam repellet secundum eum.

Aduerte insuper, quod Clericus coniugatus propter eius crimen captus, non est remittendus ad forum Ecclesiasticum, nisi doceat se contraxisse cum vnica & virgine. ita tenet Rota decis. 250. Milus in versic. Clericus. §. clericus coniugatus. de quo per Gemi. in præalleg. cap. vnico. penulti. colum. vide quæ posui supra in huius tertiæ regulæ fallentia 7. & sequenti.

ADDE.

Nota quod controuersia circa Clericatum, an Clericus sit, nec ne, non per iudicem Laicum, sed tantum per Ecclesiasticum dirimenda est, c. si iudex Laicus de sententia excommun. libr. 6. vbi id constituit Bonifacius octauus. Tradit communem sententiam Couuaruuias cap. 33. nu. 1. Iulius Clarus in crim. §. fin. qu. 36. nu. 21. Sed prædicta decisio Bonifac. in Gallia non est recepta, vt testatur

laicus potest cognoscere de causa quæ est inter beneficiatū & fundatorē beneficij super liberatione à iure patro. licet Rota videatur aliter dicere deci.223.in antiquis. vide quę scripsi in huius regulæ 3.fallent.8.& 9. & fallent. proxima præcedente. & in dicto cap. significauit.

Idem est quando est quæstio de iure patronatus cū vniuersitate. Nā iudex sæcularis cognoscere potest de vniuersitate seculari in qua est ius patronatus,& tūc super vniuersitate iudicādo valebit iudiciū super iure patronatus,tanquā super accessorio,ita tenet Sicu. post Zaba.in alle.c.quanto per.c.ex literis.de iure patro.& ad hoc alleg.glo.singularem. in c.filijs.16. q. 7. quæ dicit iudicem sæcularem posse priuare laicum iure patronatus cum vniuersitate,sed per se nō posset. Ar.op.in pręalle.c.ex litteris,dum tamen secundum eum nec in libello, nec in sententia fiat mentio de iure patronatus.

Quod intelligunt moderni quando fieret mentio copulatiuæ,vt dicendo. Peto hæreditatem,talis,& ius patronatus, secus si diceret peto talem hæreditatem cum iure patronatus,& ita no.idem Sicul in cap.quærelam.de simo. & sequitur ibi Io. de Ana. pro quo fac. dictum Bart.in l.si cui.& in l.3.ff.de fundo instruct.vbi dicit quod dictio & cōiungit æque principaliter,sed dictio cū accessoriè, sic igitur erit in casu prædicto. quia vbi erit dictio cum iudicabit accessoriè de iure patronatus.

Similiter non noceret secundum Doct.nominatio dicti iuris patronatus in libello vel

sententia, vbi declaratoriè nominaretur, puta dicendo omnia bona videlicet talia & talia & ius patronatus. Nam & in hoc casu valeret venditio, vt tenet Ioan. Cal. & Dom. in ca.1.de iure patrona.lib.6.Et etiam secūdum aliquos non noceret nominatio quando diceretur cū pertinentijs,& iure patronatus, quia valeret venditio & petitio quādo ponitur in ablatiuo, de quo satis probabiliter videtur posse dubitari propter rationes quas in oppositum adducit Io. de Imol. in l. si insulam. ff. solu.matri.vbi firmat quod laicus iudicando de vniuersitate non iudicat de iure patron. per no.per eum in cle. pastoralis.penult. column.de re.iudi. Sicul.tamen vbi supra tenet contrarium, cuius opinio de facto seruatur.

Ad id autem quod dicit idem Sicul. quod confiscatis bonis per sententiam iudicis secularis transit ius patronatus in dictis bonis contentum vltra glo.hoc tenet Archi.in præalle.c.filijs.& Zaba.in cle.3.in.8.quæstion.de iure patro.dicens quod Ecclesia remanebit libera, quia istud iuspatronatus non transibit in fiscum,allegat.c.felicis.de pænis.li.6. & c. in quibusdam.eo.ti.nam & bonis confiscatis feudum quod tenetur ab ecclesia reuertitur ad ecclesiam. ergo multo fortius iuspatronatus quod est annexum spirituali. Aliud tamē videretur in feudo, quia vasallus solum habet vtile dominium, secus in vniuersitate bonorum in quibus est iuspatronatus, si ergo per venditionem cum vniuersitate transfertur, ergo & per sententiam per quam etiam transfertur dominum secundum gloss.

insti.

institut.de offic.iudi.§. penult.& per Bartol. & Docto.in l. Iuliano.ff.de conditio.inde. & quamuis opi. Zaba. videatur equior, crederem tamē opinionem contrariam potius obseruari debere.

22. *Fallent.*

Vigesimosecundo fallit in fideiussore clerici quando clericus dedit laicum fideiussorem pro se in contractu mutui,nam talis fideiussor poterit conueniri coram iudice sæculari. Ad hoc enim dàtur fideiussores,vt melius cautum sit creditoribus. ff. qui satis.cog.l. 1.& 2.Respon.ita tenet Specul.tit.de competen.iudi.addi.§.1.16.colum.ver.Sed pone clericus & ibi Bald. subiungens quod fideiussor contractus, immo & iudicij suum meretur iudicem, vt no. in l. 1. ff. si quis in ius vo. non ie.idem tenet Guido.Pap.quæstion.562.in. fi. Et Bald. vbi supra dicit vlterius non credere quod si clericus fideiubeat pro laico quod sententia iudicis secularis mittatur contra eum executioni,vnde l.fin.C.de vsu.rei iudi. intelligitur quando reus & fideiussor sunt eiusdem fori,vel quādo fideiussor potest prorogare iurisdictionem. Sed hoc non potest facere clericus, vt per Specul. vbi supra versic.in clericis.vel intelligitur quo ad modum summariæ executionis. Quod sicut prædictum est fideiussor clerici si laicus est, possit conueniri coram iudice sæculari. tenet etiam Sicul. in cap. ex rescripto in vltimo. 26

vltimo. de iureiur. Pet. Iacob. in arbore successionis Regum Franciæ, & in quæstione. An clerici in actione in rem possint coram sæculari iudice conueniri. ver. sed quia. idem Inno. Sed si clericus fideiubeat pro laico coram iudice sæculari non possit ibidem conueniri, vide Pet. de Ancha. in reg. iuris. Ea quę. quæst. 22.5. colum. ver. Et pro confirmatione, &c.

Adde

Fideiussor Clerici non vtitur Priuilegio fori Clerici, sed in suo foro conuenitur, per reg. Exceptio competens Principali, competit etiam Reo, si rei inhæreat, veluti Exceptio vsuraria vel cōpensationis, sed si inhæreat personæ tunc non competit Hippol. de fideius. nu. 267. Rom. sing. 633. Gui Papæ sing. 44. Bouerius sing. in verbo. cautio & fideiussio. num. 6. Matth. Boyß Doct.

23. *Fallentia.*

23. fallit generaliter in fructibus & obuentionibus temporalibus, quæ proueniunt ex rebus spiritualibus in quibus etiam iudex laicus est iudex competens, & maximè cum laicus qui detinet, arguitur de mala fide & detentione illicita & iniusta, tunc enim cũ subtractio earum possit dici sacrilegium, de pecu. cleri. cap. inquirendum. & 12. quæst. 2. cap. 3. certum est iudicem laicum esse iudicem competentem. in cap. cum sit generale. de fo. compe. ad quod facit quod scripsi in huius regulæ fallentia. 19. & ita tenet Petr. de Ancha. in reg. iuris Ea quæ. de regul. iuris li. 6. q. 5. & dixi in huius tertiæ regulæ fallent. 5.

24. *Fallentia.*

24 fallit, in clerico pro debito regio capto & Ecclesiæ remissio, quo casu iudex tẽporalis potest inhibere iudice ecclesiastico ne habeat ipsum relaxare, nisi soluto debito. Alioquin habebitur recursus contra iudicem, & ita cauetur in concordatis inter officiarios vtriusque potestatis Tholosæ factis pro quo plura reperiuntur arresta. Et quando clericus est debitor ex delicto vel quasi vt quia fuit in emendam condemnatus pro crimine priuilegiato, pro quo. l. quicunque. C. de ser. fugi. & l. fin. ff. de in ius vo. Si enim non habet vnde soluat luere debet in corpore:

Ad idem Bald. Antho. sicu. & præpo. in ca. dilectis. de app. qui ibidem no. ex illo tex. clericum posse detineri in vinculis per superiorem suum donec satisfaciat de delicto, licet actum sit ciuiliter, & etiam si opus esset posset ob hanc causam torqueri, & vtrunq; probatur in capit. 1. de deposi. & facit ca. si clericos. de sen. excom. lib. 6. Et idem videretur si esset debitor ratione taliarum vel collectarum, quia cum in hoc casu non possit cedere bonis secundũ Bal. in l. propter honorem. C. de his qui bo. ce. pos. & idem Salic. ibidem, sic videretur quod possit huiusmodi occasione clericus detineri Are. no. in l. nemo. & l. quotiens. C. de exact. tribu. li. 10. & per Cy. & Salice. in l. 1. C. de his qui bo. ce. pos. & per Ioan. Fa. & Angel. insti. de actio. in §. fi. & per Ioan. de Pla. in allegat. l. nemo. per Hosti. in summa de solu. & regula. de cessi. bo.

Sed maius videtur etiam dubium in debi-

tore

tore tributario, quia talis carcerari non debet, vt in allegat. l. nemo, bene tamen potest sub fida custodia detineri, quæ omnia loquũtur in laico & non in clerico sed quicquid sit de iure etiam in Clerico seruatũr in præsenti ciuitate, super quo vide quæ scripsi supra in secundæ regulæ.27.fallentia.

Quinimmo fructus decimales & alij quicunque ex rebus spiritualibus prouenientes quotidie pro debitis Regis ac priuatorum capiuntur & explicantur, quia per illos qui habent administrationem in titulum tales fructus possunt alienare & obligare, vt tenet Ioan. Fabr. institut. de actio in. §. Item Seruiana. & Rota deci. 331. in antiquis vbi vide. Et per Sicul. in cap. peruenit.de fideiusso. licet de rigore iuris istud non procederet indistincte, vt plenius scripsi in addi. ad quæstio. Capellæ. 314. Adde hic quæ scripsi supra in primæ regulæ fallentia 12. circa fin. & in secundæ regulæ fallent. 18. & fallentia. 20. & 23. & huius quartæ regulæ fallent. 19. & Guido Papæ, quæst. 208.

25. Fallent.

Vigesimoquinto fallit in datione tutoris pupillo Clerico, quia licet clericus non sit de iurisdictione sua, nihilominus dabit ei tutorem & ita seruatur, pro quo fa. l. consulta, C. de testam. & no. per Bald. in l. repetita. C. de Episcopi. & Cle. Nam datio tutoris nedum personam respicit, sed etiam patrimonium, de quo iudex temporalis præsertim de immobilibus se potest intromittere vt satis superius deductum est, & per Oldra. consil. 17. licet

cet contrarium repeant Ioan. Fab. & Angel. Aret. insti. de attil. tu. & Bartol. in l. 1. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Et idem in curatore, eorum tamen opinio non seruatur de facto, vide quæ scripsi supra in secundæ regulæ fallent. 28.

26. fallit in iniuria facta clerico per laicum nam talis de huiusmodi iniuria puniri poterit per iudicem secularem. l. si quis in hoc genus. & ibi Bald. Bartol. & Doct. C. de Episcopis & Cle. & tenet Guido Papæ quæst. 562. dicens vlterius quod si casu prædicto clericus impeteret gratiam siue remissionẽ à Rege, illa interminabitur coram iudice seculari. de quo scripsi supra in huius regulæ. 4. fallent. 2. 30

ADDE

De iniuria clerico illata & quod per eam Ecclesia offendatur & quis sit Iudex latè Ignatius Lopes ad Bernardum Diam in praxi crimin. canon. c. 87. quem vide. Matth. Boyß Doct.

Et quod supradictum est intelligit quando iudex sæcularis præuenit iudicem ecclesiasticum in cognitione talis iniuriæ, licet iniuria clerici secundum Innocent. & alios. in cap. peruenit. in 2. de testi. cog. dicatur res ecclesiastica, quia intelligitur facta ordini clericali, vt voluit Bald. in allegat. cap. peruenit, & sequitur Zaba. & allegat Bart. in l. 1. §. quæ onerandę. ff. quarum rerum acti. non datur.

ADDE

Ad hanc fallentiam vide qua ad similẽ casum iudicis

iudicis ecclesiastici auctor noster conscripsit, quan do is requirit familiam iudicis laici infra de potestate ecclesiastici Iudicis fall. 26 nu. 20. Matth. Boyß Doct.

27. *Fallent.*

27. fallit quando iudex secularis astringitur ad exequendum sententiam iudicis ecclesiastici super causa criminali latam. Nã tunc iudex sæcularis potest cognoscere de iusticia processus, per. §. si vero crimen. in Authen. de sancti. episc. in ver. prætor causa cognita, & loquitur de mandato facto per ecclesiam iudici sæculari, ad idem gloss. in ver. per Episcopum. in Authen. clericus. C. de Epis. & Cle. & tenet Barto. in l. Diuus. 2. ff. de custo. reo. & idem Bar. Bald. & Pau. de Cast. in l. magistrali bus. ff. de iuri. omn. iudi. & Barto. in l. non dubium. ff. de custo. reo. & in l. fi. in fi. princi. ff. si quis ius dicenti non obtempera. & Antho. in c. 1. de obl. ad ratio. & ista est communis opinio legistarum, quę tamen procedit in criminibus mixtis, puta sacrilegio & similibus de quibus in cap. cum sit generale, & dictum est supra.

Propterea dico, quia in crimine hæresis hoc non procederet, vt in c. inquisitionis. §. prohibemus, de hære. vbi est casus in hæretico condemnato per iudicem ecclesiasticum, quia sęcularis tenetur exequi simpliciter eius sententiam, & ideo opi. Bart. de qua supra qui in allega. l. magistratibus posuit exemplum de hæretico est contra prædictum. §. prohibemus, & idem tenent Sicul. & Doct. in c. ad abolen-

dam

dam de hæreti. Bald. in alle. Authen. clericus. Ang. in dicta. l. magistratibus. & in alle. l. Diuus. & Sicul. in ca. fi. de statu mona.

Adde Sicul. in præalle. c. 1. qui dicit se putare quod dictus. §. prohibemus procedat in alijs criminalibus merè ecclesiasticis; verumtamen alias ego vidi seruari contrarium in persona fratris Petri Ioan. Ordinis Minorum, qui postquam fuit actualiter degradatus; fuit examinatus in curia parlamenti, & facta examinatione, viso processu & sententia iudicum delegatorum attentaque degradatione die præcedenti facta, fuit condemnatus vltimò suplicio, & publicè decapitatus tanquam laicus.

Vnde Sicul. in allegat. cap. at si clerici & Anthon. vbi supra tenent quod in alijs criminibus ab hæresi & causis ciuilibus iudex sæcularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici; nec econtra. Et acta facta coram vno fidem non faciunt coram alio. Quod in criminibus mixti fori procedat indubiè, sed non respectu causarum ciuilium, propter capitu. fin. de excep. libro. 6. Nisi sententia esset euidenter nulla, tenet Petrus de Ancha. consilio. 383. incipiente retento or dine dubiorum.

Restat igitur conclusio quod in criminalibus alijs ab hæresi iudex sæcularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici. Adde quod si Episcopus inuocat brachium sæculare contra clericum suum, qui tamen ab eo ex probabilibus causis ad Sedem Apostolicam appellauit princeps vel iudex sæcularis non

debet eum iuuare; ita tenet Oldra. consilio. 79. & mouetur quod eidem episcopo postquam est appellatum ab eo subditus potest ei resistere. C. de iure fisci. l. prohibitum. lib. 10. immo procedendo appellatione pendente videtur superiori iniuriam facere. 2. quæstion. 1. cap. nomen. immo procedens peccat & punitur. 2. quæstione. 6. cap. decreto. cum tribus cap. sequen. cap. de priore. de appella. l. quoniã iudices. C. de app. vbi dicitur quod Officialis non resistens pertinaciter iudici non recipienti appellationem punitur. 30. pondo auri, & ibi secundum Oldra. est casus ad id quod supra.

Et qua lege forte sustineri possit, quod iudex temporalis possit impedire executionem sententiæ præsertim irretractabilem, à qua fuisset ad Sedem Apostolicam appellatum, donec reuelandi tempus elapsum extiterit, quod sæpenumero fieri vidi, ad quod adduci possent quæ scripsi supra in 30. fallen. secundæ regule, sed istud nollem pertinaciter sustinere metu violationis ecclesiasticæ libertatis & perturbationis iurisdictionis ecclesiæ.

28. Fallentia.

Vigesimooctauo fallit in appellatione interpossita ab Episcopo vel quouis alio prælato ecclesiastico qui cognouit vt delegatus principis vel alterius iudicis sæcularis vt in authen. si quis litigantium. & ibi Bal. C. de Epicopa. audien.

29 Fal-

29. Fallent.

Vigesimonono fallit in articulo necessitatis in quo licitum est cõfiteri laico, vt voluit gloss. quæ ad hoc solet allegari. in cap. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. cui concor. glo. fin. in cap. 2. de pæni. & remis. lib. 6. & in cap. à nobis. in 1. de senten. excom. & in cap. veniens. de transact. & cap. inferior. 21. distinct. Sicul. in cap. quanto. de consuetud. Hosti. de pæni. & remis. §. cui confitendum. 2. col.

Sed secundum veriorem opi. Scoti Richar. & communiter Theolog. quis non tenetur ad hoc de necessitate, bene tamen esset vtile ex materia verecundiæ quæ est vna pœna debita pro peccato, & sic bonum esset consilium secundum Ang. in ca. quem pænitet. de pænis distinct. 1.

Sic in necessitate laicus potest baptisare. de consecrat. di. 4. cap. in necessitate. 30. quæstion. 3. super quibus aliter cessante necessitate peccaret mortalit. argum. cap. 1. de Cle. non ordi. ministran. Immo in casu necessitatis quilibet tenetur baptisare, alias peccat mortaliter secundum Docto. de quo in cle. 1. de bap. & eius effectu.

34. Fallent.

Trigesimo fallit in laico quando sibi delegatur causa ciuilis clerici, quod de iure fieri potest secundum gloss. in capit. decernimus,

de iudi. Archi. in capi. clericum cuiuslibet, 11.quæstio. prima. Specul. in titul. de delega. §.nunc videndum.ver. 11. Domi.in §.verum, 32.distinct.& ibi gloss. in verbo ducibus. Et hoc intelligo fieri posse etiam per episcopum in vna causa tantum, nisi partes contradicerent & offerrent clericum idoneum, vt per Archi.in capit. in noua.16.quæstion. 7. Secus autem si vellet laicum facere delegatum ad vniuersitatem causatum per textu; & ibi Bald.in l.parabolani.C.de Episcopis & clericis.

Causam autem criminalem clerici, non posset episcopus laico committere, sed solus Papa, vt in allegat.§.verum.glo.in allega, c.decernimus.2.quæst.5.Mennam.63.di. in ca. in synodo.& c. Adrianus & 10.quæst. 3. ca. illud. Sed neque posset Papa omnes causas clericorum vni laico committere, quia vt tenet gloss.in c.si Imperator 96. di. clerici sunt exempti à laico de iure diuino, quod Papa tollere non potest; quod tenet Sicul. in cap.ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. Adde hinc quæ posui. supra in primæ regulæ fallentia prima.

31. Fallent.

35 35. Laicus potest esse procurator in causa ciuili etiam spirituali clerici nisi actus spiritualis dependeret à iudicio suo, vt voluit Domi.in cap.1.de procu.li. 6. Non tamen potest laicus esse yconomus & habere generalem administrationem temporalium Ecclesiæ, 5. in cap. iudicatum. 89. di. nec potest Episcopus super hoc dispensare, vt tenent Docto. in cap.

cap.decernimus.de iudi. Nam & gloſ.9 quęſtion.3.cap.cum ſimus dicit quod yconomus Eccleſiæ debet eſſe clericus, & eod. Specu.tit. de yconomo.§.1.ver.Item quod eſt laicus. Anton.in cap. 2. de ætate & quali. verum tamen ſecundum Sicul.in alleg. ca. decernimus ſibi benè poteſt cōmitti cura ruſticorum & aliorum bonorum Epiſcopatus, & ſic cura omnium temporalium Epiſcopatus benè poteſt demandari laicis, quia ex hoc non præſunt eccleſijs vel clericis nec impediunt ſe de ſpiritualibus vt ait Sicul. vbi ſupra.

32. *Fallent.*

32. laicus poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, vt tenet Sicul. in allega.ca. decernimus. de iudi. per text.in c.fi.ne cle.vel mo. quod intelligit verum eſſe in temporalibus, nō autem in ſpiritualibus dicens vlterius quod laicus coniugatus non poteſt eſſe vicarius, & ita tenet Io. And.in no. in cap. vnico. de cle. coniuga.lib. & ibi Domi.poſt eum & ita etiā tenent Doct. in ca. Ioannes.c.eo.tit. 36

33. *Fallent.*

33. laicus poteſt eſſe operarius in eccleſia, vbi fabrica conſiſtit purè & ſimpliciter in eo quod pertinet ad ſolam fabricam, alias ſecus ſecundum Sicul. & Bald.in allega.cap.decernimus. Idem Cal.ti.de conſue.conſilio. & tit. de præben.conſilio.19. Nam & laicus poteſt eſſe rector hoſpitalis, vt ait gloſſ.in verbo ſæcularibus.in cle. quia contingit.de reli.domi. & illam ſequuntur Imol. & Zaba. ibidem licet Stepha.contra. 37

ADDE

Romanum singulari 353. Vbi tenet laicum esse posse Rectorem hospitalis & eo casu erit de foro Ecclesiæ. Vide ibi in contrarium, quod laicus habens Vxorem & liberos non possit esse rector per Imolam. & Ripam. Matthæus Boyss D.

Adde quod etiam laicus potest esse executor testamenti ad pias causas, secundum gloss. in l. si quis à Titio. ff. de le. 2. vnde Bald. vbi supr. dicit quod laicus potest esse custos altaris. & sic eodem modo recipere oblationes fiendas Ecclesiæ, maximè ne Clerici propterea distrahantur à diuinis, vt ait Siculus. vbi supra, & ita videmus obseruari.

34. Limitatio.

38 34. Laicus potest esse assessor iudicis Ecclesiastici, vt voluit Hostien. in cap. contingit. de arbi, Archid. in ca. plures. 16. quæstion. 1. & Domi. in cap. statutum. §. assessorem. de rescrip. lib. 6. Non tamen sibi committi potest facultas dictandi sententiam, in spiritualibus secundum Sicul. in allegat. cap. decernimus. de iudi. licet contrarium sæpenumero viderim obseruari. Minusque poterit sententiam proferre in spiritualibus secundum no. per Ioan. Andr. in cap. si pro debilitate. de offi. dele. Nam & etiam de iure illud non spectat ad officium assessoris, vt per gloss. in l. 1. ff. de offi. asses. & tenet Sicul. vbi supra in assessoribus, tamen iudicium sæcularium de consuetudine contrarium obseruatur. Nam assessores tales proferunt sententias, vt patet in

domo

domo communi Tholosæ & in iudicibus maioribus præsertim Senescali Tholosæ. vbi iudex maior secundum Ioan. Fab. est assessor, vt no. in rubrica. C. de offi. assello.

35. Limitatio.

35. Laicus potest esse notarius in curia episcopali, tenet Bald. in allegat. cap. decernimus. & in cap. messana. de Elect. & in proœmio decre. Etiam in causa spirituali tenet Imol. in cap. contingit de arbi. Et quod laicus possit esse notarius in electione, facit cap. 1. de procurat. libro. 6. nam & tabellio dicitur esse testis. l. Domicius Labeo. ff. de testa. ita etiam notat Iohan. Andr. Bald. & Anthon. in allegat. cap. Messana. Idem Compostel. Ioan. Andr. & Sicul. in cap. quia propter. de elect. & ita dicunt obseruari, & seruatur de consuetudine, licet Petr. Abb. Anti. Egi. & Hostien. tenent contrarium argum. dicti cap. Messana. 39

36. Limitatio.

36. Laicus prædicare potest verbum Dei de licentia episcopi. pro quo gloss. in cap. bene quidem. 96. distinct. Non autem autoritate propria, vt cap. cum iniuncto. de hæret. tenent Sicul. & docto. in allegat. cap. decernimus, alias peccat mortaliter cap. sicut. de hæret. 40

37. Limitatio.

Trigesimoseptimò, Laicus & clericus possunt esse compromissarij in causa spirituali, licet laico & Clerico causa spiritualis committi non possit secundum Anthon. post 41

Hostien.in allegat. cap.decernimus. ad idem Domi.in cap.2.de hære.lib.6.Arch in c.Mennam.2.quæstio.5. Sicul.in ca. contingit de arbi.in fin. Nam Episcopus non potest laicum facere capacem actus spiritualis. per d. cap. messana.de Elect.bene tamen potest esse cum Clerico cōpromissarius,sicut dictum est.Per text.in cap.per tuas.de arbi.vbi per doct.

42 38. Laicus potest torquere Clericum de mandato Prælati,per cap.vt famæ.de sen. excom.& consuetudo ipsos excusat secundum Sicul.in cap.vniuersitatis de sen.excom. vide quæ scripsi.supra in 2.fallen.4.regul.

43 39. Laicus de mandato Abbatis potest aliquem recipere ad professionem, tenet Ioan. de lig.in c.ad apostolicam de regula.& fa.ca. si.de offi.ordi.

44 40. Laicus potest Clericum accusare criminaliter si suam vel suorum iniuriam prosequatur,vt in c. de cetero.de testi.Et idem in criminalibus exceptis, de quibus no. in cap. cum Pet.de accusa.& 2.quæstio.7.in summa. tenent Anton.& Sicul.in cap.ex parte Ant.de testim.

41. Limitat.

45 41. Laicus si est Parrochianus vel Patronus potest excipere contra promouendum. de quo bona glosa.in cap.vt circa de elect.lib.6. in ver.aliqui.& ibi latè Domi. per Inno. in c. super his.de accu.vbi discutit nūquid hoc casu debeat admitti quilibet laicus.Et inter cætera ponit vnum notabile dictū dicens quod Reges

Reges & Principes admittuntur ad excipiendum contra promouendum, si haberent eum verisimiliter suspectum de proditione terræ, vel cõsiliorum suorum, quia interest eorum: vt idem voluit Sicu.in alleg.ca.ex parte A.de quolibet qui posset prætendere speciale interesse.idem Sicul.in alleg.c.super his.Dom. in c.quando Episcopus 24.dist.post Arch.Antho.in c.cum Hertoldus.de re iudi ad hoc gl. in c.cupientes §.si verò in ver.vnicus de elec. li.6.Io.de Ana.in ca.illa.de accusa.& ibi Frã. Are.in alle.c.ex parte A.

Limitat. 42.

42. Laicus Patronus vel Parochianus potest ciuiliter denunciare crimen Clerici, quia ipsius interest habere bonum prælatum: ar.in c. audacter.8.q.1.& 61.di.c.nullus.pro quo bene facit tex.cum glos.62.di.c.2.Si enim admittitur Laicus prosequens suam vel suorum iniuriam:fortius debet admitti: quãdo instat pro salutè animæ suæ, ne Ecclesia vergat in peiorem statum:maximè cum Parochiani teneantur alere Rectorem in defectum redditu um: pro quo gloss.in c.omnis Christianus.de consecra.dist.1.& quod no.in c.de his.de Eccle.ædifican. 46

Alij autem Laici (quorum specialiter non interesset) non admitterentur: quia cùm agatur ciuiliter non sunt admittendi, nisi quorum interest.2.qu.6.c.non solent. Tum quia præsumuntur in bono zelo, procedere cum Laicis Clericis opido sunt infesti.2.q.7.c.Laicos.& c.Laici.Sed respectu criminis delationis, quilibet Laicus venit admittendus iuxta

ca.si quis presbyterorum. de rebus Eccle. non alienand. versatur enim in hoc ius publicum quod consistit in sacris sacerdotibus & magistratibus.1.dist.c.ius publicum.ita dicit Sicu. in alle.c.ex parte. A.

Limitatio 47.

43. Laicus testificatur in causa criminali contra Clericum, quando crimen est notorium:tenet Sicu.in ca. de caetero.de testi.& Anto.in c.ex parte.A.eo.ti.Et idem vbi agitur ciuiliter de crimine.c.tam litteris. eo.ti. Sicul. & Antho.in alle. c. de caetero.etiam si agatur, vt remoueatur à beneficio:quia talis causa nō est criminalis.c.per tuas.de simo.

Limitatio 44.

Laicus supplet negligentiam iudicis Ecclesiastici cognoscentis de vasallis Ecclesiae secundum Tancre.Vincen.Hosti. & Sicul.in ca. verum.de foro compe.quod Sicu.dicit etiam procedere, quando feudum processit ab Ecclesia.dummodo vasalli sint Laici,quia iurisdictio tributa censetur Ecclesiae, vel cuicunque domino feudi: inquantum est vigil in administrando iustitiam,& non aliter.vt in c. caeterum.de iudi. & non dicitur propriè supplere negligentiam:sed vti iure suo inter Laicos.vt ait Sicu.in alle.c.verum.

A D D E.

Propter negligentiam Ecclesiastici iudicis secularis iudex adiri potest. Vide Menoch. retinen. remedio 3.nu. 356. Vbi hunc auctorem & plures alios citat. Matthaeus Boyss D.

Limi-

Limitatio 45.

45. Laicus iudex fecularis in criminibus mixtis, in quibus eft locus præuentioni: de quibus in cap.cùm fit generale. de foro competen. fupplet negligentiam iudicis Ecclefiaftici: vt tenet Petrus de Anchor. confilio fuo 196. Nam iudex Ecclefiafticus cum dolo & negligentia prætermittit procedere, non dicitur præueniffe: vt in ca.cum plures.de officio del.lib.6. & c.fi duo.de procurato.eodem lib.& in cap.fignificauit.de offi.ordin.vbi iudex inferior vtitur fua iurifdictione quando fuperior non procedit in caufa: ad quod facit dictum Bartol.in l. 2. ff. de fepulch.viola.vbi præuentio nihil prodeft, quando criminis punitio protelatur, contumacia partis, fortius ergo vbi negligentia iudicis, fecundum eum. 48

Limitatio 46.

16. Laicus Imperator, Reges & Principes alij ad quos pertinet: data negligentia poffunt congregare confilium:& tunc non refert per quos confilium euocetur:dummodo congregetur: ad quod bona. glofa.in cap.tua de decimis, quæ vult, quod in cafu fchifmatis.vbi illi qui faciunt fcifma per Ecclefiam corrigi non poffunt: Laici habent poteftatem in Clericos allegat. 23. quæft. 5. capit. de liguribus. de fentent. excommunicat. cap. vt famæ. & fcripfi fupra in tertia fallentia primæ regulæ, ad quod vltra ibi poft Anthon. 49

& Si-

& Sicu, allegata, facit c. vbi maius periculum de elec. lib. 6. vbi in creatione summi Pontificis domini temporales habent potestatem in debentes eligere, vt includantur in conclaui. fortius ergo habent potestatem, vbi Ecclesia ex cupiditate per plures laceratur, nec per Ecclesiam potest remedium competens adhiberi, fa. no. per Ioan. An, in cap. 1. de renun. li, 6. in no.

Limitatio 47.

47. Laicus, Princeps secularis per legem suam potest limitare seu interpretari ius diuinum: vnde licet lex diuina dicat. Non occidens: lex tamen ciuilis in multis casibus permittit fieri homicidium: vt ff. & C. ad l. Corne. de sica, Etiam in l. diuina sufficiunt duo vel tres testes: vt in c. in omni, de testi, Sunt tamen plures casus, in quibus lex statuit plures haberi testes: vt in testamentis, l. hac consultissima. C. de testa. & in casu 2. qu. 4. c. præsul, cum simil. Istam conclusionẽ tenent Anto, Sicul. & Imo. in c. quæ in Ecclesiarum, de const, & Bar. in 1. consti. ff. 5. col. ver. Item quæro. & gloss. in fi. in l. fi. ff. de constit. in prin. Bald. in auth. ad hæc. C. de vsur. & in l. 2. ad finem. C, de præci. Impera. offe.

Et secundum eos tales leges etiam valent in foro conscientiæ. Et quod dictum est in Principe, idem in populo habente iura imperij sicut quam plures ciuitates Italiæ: quæ possunt in terris suis, ea quæ princeps: vt no. Bar. in l. infamem. ff. de pu. iudi. & in l. hostes. ff. de capti. per doct. in c. per venerabilem. qui fi. sint legi.

Prædicta verò debent intelligi, dum modò Princeps statuat in materia, quæ per ipsum ius diuinum reperitur, aliquando limitata: sicut in supradicto præcepto. Non occides. Nam ex quo semel limitatum fuit: ex causa fit limitabile: secus si non fuisset vnquam limitabile: secus si non fuisset vnquam limitatum, vt si statueret, quod licitè contraheretur matrimonium cum matre: pro quo Bal. in l. 2. C. si contra ius vel vti. pu. vbi ait, quod virtute statuti permittentis occidere bannitum nō est licitum adulterari cum muliere bannita, cum adulterium de iure diuino nunquam fuerit permissum.

Intelligi debet etiam prædicta conclusio, dummodo Princeps interpretetur ius diuinū in his, in quibus habet iurisdictionem, scilicet in rebus prophanis. Nam in spiritualibus interpretatio pertinet ad Papam: vt tenet Sicul. in alle. c. qui in Ecclesiarum. & ca. per venerabilem. ad quod fa. nō per Frede. de Se. cōsi. 96. Anton. & Sicul. in ca. 1. de sponsa. Bald. in l. & si contra. ad fi. C. de secun. nup. gloss. in c. 1. 33. q. 3. per Arch. & Domi. in §. his colligitur. 2. q. 3. per doct. in c. fi. de nuptijs. In quibus dicitur, quòd Imperator non potuit disponere super matrimonio etiam ex causa rationabile, vt non sit matrimonium, vbi est de iure diuino. & propterea non procedit titu. C. de interdict. matri. inter pupi. & C. si rector prouinciæ. & C. de secun. nuptijs cum similibus, quia non pertinet ad Imperatorem de talibus disponere.

Et idem dicendum de iuramento, de quo

per

per Imol.in c.cùm contingat.de iureiur.propter defectum potestatis etiam si summa ratione iustificentur, non valent ordinationes secularis potestatis.ad quod not. per Io.And. in c.statutum de hære.li.6.& per doct.in alle. c.1.de sponsa.

Præterea in casibus,in quibus Princeps potest statuere contra ius diuinum debet exprimi causa rationabilis, quamuis alias in principe causa præsumatur: quia non debet inferior violare legem superioris sine aperta causa secundum Sicul.in alleg.c. qui in Ecclesia. not.per Innoc.in c.quanto.de consuetu.Bald. in l.2.C.de iure annulo aureo.

Limitatio 47.

47. Laico etiam Imperatori subijcere se potest Papa secundum glo. in c.in synodo 63. dist.ad idem glo.in c.nemo 9.q.2.Hugu.Ioan. de Fan.& Gemi.in c. nos & si incompetenter. 2.q.7.idem glo.in ver. seruus in procem.6.& ibi Gemi.colligit,quod Papa possit iustè prorogare iurisdictioné iudicis secularis, quod dicit fieri potius ex humilitate, quam ex debito.& idem in Archi. in c.si quis super his. 7. q.2. vbi dicit quod Gregorius submittendose iudicio alterius ex humilitate loquitur. Et istud quidam dicùnt procedere de plenitudine potestatis Papæ.Sed quod de iure non possit se subijcere tenetur communiter ad octo præsertim per Io.An.Ant. Sicul. & Imola. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ.de constit. Anton. Sicul.& Imola.in c. significasti. de foro competen.

Limi-

Limitatio 48.

48. Laici per præscriptionem 40. annorum cum titulo vel tanti temporis cuius initij memoria non existit, possunt præscribere, quod in festo purificationis habeant candelas de cera noua vel alba; tenet Zaba. in c. causam qui. de præscriptio. & talis erat consuetudo in Ecclesia Tholosana, quæ tamen à paucis annis fuit (quo spiritu nescitur) abrogata. Et similiter in plerisque Parochialibus Ecclesijs, diœcesis Tholosæ, quod in festo resurrectionis aut Pentecostes, Rector Parochianus det collationem, hoc est vinum & caseum, dictis vesperis. Et quia ista sunt parua modicique præiudicij, nec sint spiritualia propriè: talis consuetudo non dicitur onerosa Ecclesiæ: imò per hoc alliciunt ipsi Parrochiani ad veniendum ad diuinum seruitium, ad quæ fa. dicta per Fede. de Se. consil. 55. per ver. Archi. super ver. consuetu. in c. generali, de Ele. lib. 6.

Limitatio 49.

Quadragesimo nono Laicus decimas cum titulo possidere potest: & inde si fuerit spoliatus, possessionem petere potest ac debebit reintegrari. Et idem si sine titulo contra tertium de iure communi non fundatum. gloss. & Ioan. And. & Docto. in cap. 2. de restit. spoliat. libr. 6. docto. in allegat. cap. causam quæ. & Guido Papæ. quæst. 288. Secus si spolians fundatus esset de iure communi, vt ibidem. 51

Limi-

Limitatio 50.

50. Laicus si eligatur, potest esse rector vniuersitatis, vt vidi sæpenumero Tholosæ. Nullam tamen habebit iurisdictionem in Clericos, vt tenet Bar. in l. fi. ff. de colle. lici. in versi. Sed circa hoc dubitatur.

Limitatio 51.

51. Laicus in Ecclesia potest habere præbendam, sed non canoniam. glo. & Doct. in c. cum M. de consti. in ver. receperunt.

Limitatio 52.

52. Laicus potest habere sedem & bancham in Ecclesia & ius funerandi, quo ad vsum secundum Hosti. Io. An. & Sicu. in c. abolendæ. de sepult.

Limitatio 53.

52 53. Laicus potest acceptare beneficium pro Clerico absente, tenent Ioan. And. Sicul. & Imol. in c. accedens. de præben. Pau. Zaba. & Imo. in Cle. 1. de concessione præben.

Limitatio 54.

54. Laicus potest esse consiliarius in electione, pro quo videtur bonus tex. iuncta glos. in cap. indemnitatibus. §. postremo. de electio. lib. 6.

Limitatio 55.

55. Laicus iudex potest exequi legata pia secundum Bar. in l. solent. ver. quæro coram quibus. ff. de ali. & ciba. lega.

Limitatio 56.

56. Laicus potest esse delegatus Papæ in causa Laicorum secundum Anto. Sicu. & Præpo. in ca. sua nobis. de appella.

Limi-

Limitatio 57.

57. Laici licet non debent stare in choro Ecclesiæ, inter Clericos, tamen de consuetudine non seruatur: ibi tamen solum stare debent Clerici: vt in c.1.de vit.&hone.Cle.tenet Bal. in l.3.in ver.secundo vult.&c. Contrarium tamen facientes, non ex contemptu, non peccát tenet Sicul.in præalleg. c. in ver.sed quæro, an peccant. &c.

Limitatio 58.

58. Laicus iudex adiri potest, & ipsius officium implorari, super restitutione seu reintegratione possessionis matrimonij, dum modo non disputetur de titulo matrimoniali, seu de substantia vinculi quod est, idem tenet Sicu.in cap.illud de præsump.in ver. opin. 2. &c. 46

A D D E.

De matrimonij facti quæstione vide elegantem decisionem.117. Antonini Tessauri. Mattheus Boyß D.

Limitatio 59.

59. Laici possunt esse arbitri ad cognoscendum de causa suspitionis, in causa vertente coram iudice Ecclesiastico inter Clericos. secundùm Domi.in c.legitima.de appel.lib.6.

Limitatio 60.

60. Laicus quilibet potest agere pro Ecclesia læsa.glo.in verbo.in sacris.l.1.ff.de iusti.& iur.ita tenent ibi Doct.

Limitatio 61.

61. Laici possunt intentare interdictum pro

Ecclesia.l.1.§.2.& in 3. & l.interdictorum.ff. de interdi.& in d.gloss. in dicto verbo, In sacris.

Limitatio 62.

62. Quilibet Laicus parochianus potest agere actione rei vendit. pro rebus Ecclesiæ deperditis. Bart.in d.l.1.per glo.in l.iubemus.2. §.Iconomus in ver.Iconomis. C.de sacrosan. Eccle.Canonistæ.in ca. si qui presbiterorum. de rebus Eccle.non alie.

Limitatio 63.

63.Quilibet Laicus potest agere pro iniuria lata sacerdoti. text. in l. si quis in hoc. C.de Episcop.& Cle.& glo.in dicto verbo,in sacris.

ADDE.

De iniuria Clerico facta tradit Guido Papa decis. 562. Menochius casu arbitra.389. num.15.Hippolitus sing.204.
Mattheus Boyß
D.

TITV-

TITVLVS II.

DE POTESTATE ECCLESIAE SVPER LAICIS & rebus eorum, qui complectitur casus 149.

SVMMARIA.

1. *Iudex Ecclesiasticus potest pro crimine Ecclesiastico Laicum capere & punire.*
2. *Iudex Ecclesiasticus quo casu possit Laicum purum pœna pecuniaria punire.*
3. *Laici puri subiecti sunt Episcopo in pietatem concernentibus.*
4. *Iudex Ecclesiasticus an possit Laicum in criminibus alijs quam Ecclesiasticis punire.*
5. *Iudex Laicus si tertio requisitus, ab Episcopo iustitiam ministrare neglexerit, ipso facto est excommunicatus.*
6. *Episcopus potest iudici seculari inhiberi sub pœna excommunicationis, ne testamenta vsuraria exequatur, vel etiam testamentum incestuosi.*
7. *Episcopus potest inhibere Laico, vt non procedat contra Clericum.*
8. *Episcopus potest interdicto subijcere locum quando Officiales temporales volunt remittere Clericum ab eis detentum.*
9. *Iudex Ecclesiasticus potest sibi eligere tribunal, & in Ecclesia & in Camera sua.*

10. *Compromisso inter Clericum & Laicum facto, adeundus est Episcopus pro reductione ad arbitrium boni viri.*

11. *Clerico & Laico simul pronunciantibus, appellandum est ad Ecclesiasticum de tota causa.*

12. *Collegium partim Ecclesiasticum, & partim Laicum cui foro subiaceat.*

13. *Pluribus à iudice seculari inquisitis, quorum vnus est Clericus, qui remitti petit ad Ecclesiasticum, an omnes alij Laici debeant ad illum remitti.*

14. *Clericus & Laicus volentes petere reductionem ad arbitrium boni viri, debent illam petere coram superiore arbitratoris.*

15. *Iudex Ecclesiasticus ratione iuramenti cognoscit inter Laicos.*

16. *Hæres Laicus an possit conueniri coram iudice Ecclesiastico, ratione iuramenti præstiti per defunctum.*

17. *Clericus gaudere dicitur priuilegio fori, pro bonis patrimonialibus.*

18. *Episcopus an possit habere familiares armatos.*

19. *Episcopus potest cognoscere de delictis officiariorum suorum Laicorum.*

20. *Iudex Ecclesiasticus compellere potest iudicem secularem, per excommunicationem ad sibi dandum familiam.*

21. *Causa dotis principaliter deduci potest in foro Ecclesiæ.*

22. *Iudex Ecclesiasticus compellere potest Laicos hæredes ad satisfaciendum de relicto pro anima defuncti.*
23. *Iudex Ecclesiasticus an poßit compellere Clericos ad obseruationem laudabilium Ecclesiæ consuetudinum.*
24. *Ecclesia an poßit se expedire de notorio crimine Laici.*
25. *Vbi iurisdictio Ecclesiæ prorogatur iudex Ecclesiasticus debet cognoscere.*
26. *Blasphematores, & pacis violatores possunt à iudice Ecclesiastico puniri.*
27. *Prælati Ecclesiastici, an & quo casu poßint creare tabelliones.*
28. *Prælati Clerici an poßint aliquo casu bellum indicere.*
29. *Laici possunt trahi ad forum Ecclesiasticum in causa miserabilium personarum.*
30. *Ecclesia an poßit compellere Laicos ad treugam ineundam.*
31. *Laicus spolians Clericum potest trahi ad iudicem Ecclesiasticum.*
32. *Subditus Imperatoris potest ipsum conuenire coram Papa.*
33. *Clericus cum Laico patronus, facit ius Patronatus esse Ecclesiasticum.*
34. *Iudices seculares possunt cogi per censuram Ecclesiasticam repellere excommunicatos ex sua Curia.*
35. *Forum seculare an per Ecclesiasticum pos-*

sit cogi ad restitutionem Iuris Canonici.

36. *Iudex Ecclesiasticus vbi habet temporale dominium cognoscit inter Laicos.*

37. *Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de causis matrimonialibus inter Laicos.*

38. *Quæstione orta inter Laicos de fide vel ad fidem pertinentibus, potest iudex Ecclesiasticus cognoscere.*

39. *Effractor Ecclesiarum seu spoliator, ad Sedem Apostolicam sunt mittendi, & qui dicantur effractores.*

40. *Recipientes res Ecclesiæ medio alienationis factæ, an schismatico sententiam excommunicationis incurrunt.*

41. *Christiani seruientes Iudæis vel Zaracenis veniunt excommunicandi.*

42. *Domini temporales cogentes rem diuinam celebrare in loco interdicto, excommunicationis sententia innodantur.*

43. *Casus excommunicationis in quos & quando cadere dicatur.*

44. *De Arris datis pro Matrimonio potest iudex Ecclesiasticus cognoscere.*

45. *Episcopus potest excommunicare principem suæ Diœcesis.*

46. *Vbi iudex secularis est suspectus, potest Episcopus adiri pro quacunque etiam causa.*

47. *Episcopus est iudex reductionis à Landolato per*

per Clericum & Laicum.

48. Clericus minor potest petere coram Ecclesiastico restitutionem in integrum contra Laicum.

49. Clericus & Laicus Correi debendi debent coram Episcopo conueniri.

50. Miserabilis persona potest Laicum interdicto vnde vi, coram Ecclesiastico conueniri.

51. Iudex Ecclesiasticus & secularis an poßint aliquo casu concurrere in causa cognitione.

52. Papa an quamlibet habeat in Laicos potestatem.

53. Laici pro quocunque damno illato possunt ad Episcopum recurrere vt excommunicetur damnificans.

54. Punitus in foro temporali, an iterum poterit puniri in foro Ecclesiastico.

55. Clericus potest agere contra Laicum interdicto vti poßidetis, coram iudice Ecclesiastico.

56. Episcopus potest contra Laicum de omni crimine inquirere respectu pœnitentiæ imponendæ.

57. Principatu vacante, & superiorem non recognoscente Papa succedit.

58. Damnatis ad mortem, non est pœnitentiæ sacramentum denegandum.

59. Ecclesia an poßit punire pyratas, & latrunculos maris.

60. Noua pedagia in terris suis imponentes, aut prohibita exigentes, veniunt excommunicandi.

61. Ab obedientia Romana pertinaciter se subtrahentes censentur excommunicandi.

62. Romipetas aliquo modo molestantes, veniūt ab Ecclesia excommunicandi & puniendi.

63. Monasticam vitam pasquillis vel alio modo diffamantes sunt excommunicati.

Nunc autem sequuntur casus, in quibus iudex Ecclesiasticus de Laicorum personis, eorumque causis atque negotijs cognitionem ac diffinitionem sibi vendicare potest adiectis quibusdam prærogatiuis ad Ecclesiam pertinentibus.

1. PRimò pro crimine Ecclesiastico de iure licitum esse videtur, iudici Ecclesiastico capere Laicū purum & carceri mancipare, tenet expresse Dominicus in cap. cum Episcopus. de offi. ordi. lib. 6. idem Ana. in ca. 2. de adult. & in rubri. de sortile. & in ca. qualiter. in 2. §. ad corrigendos. 8. colum. de accu. pro quo tex. in c. contra Idolorum in ver. perpetuas inclusiones. 26. qu. 5. & in c. attendendum. 17. q. 4. & in c. 1. de hę. li. 6. ibi carcere vel muro reclusi, & in Cle. 1. eo. ti. ibi, duro carceri, &c.

Adde, quod iudex Ecclesiasticus, quamuis de

de crimine Ecclesiastico cognoscat contra laicum non potest eum tamen punire vel afficere pœna perpetui carceris dictum est singulare Ludo. Ro. singul.706.dicens istud esse singulare verbũ Oldra, consi. 88. & sequitur Ioan. An,per easdem rationes in addi. Specu, tit.de offi.ordi.super rubrica.

Et ita seruaui sæpenumero, quia practicaui non tamen absque murmuratione sæcularium Officiariorum.

Contrariam tamen opinionem communiter sequuntur Doct.Pet.de Ancha. in regula iuris. ea quæ. lib.6.48.col. Oldra.consi.86.Io. And:in Spec,in addi. super rubrica de offi.ordi. Ioan.de Imo.in allegat,c. cum Episcopus, vbi etiam Pet.Anch.per illum tex.in ver.personas Ecclesiasticas. Primam tamen opinionem ego tenui per modum conclusionis in prællegat.repetitione Cle.1.de offi.ord, sub 5.quæst,prin.

2. Potest Episcopus vel Iudex Ecclesiasticus laicum purum Ecclesię temporaliter non subiectũ pœna pecuniaria punire in casibus in quibus in eum de iure potest iurisdictionem exercere. & ita seruatur quotidie in Curia Archiepiscopali Tholose,ad quod bo.tex, 16.quæstio.1.c.statuimus,& 17.quæstio.4.ca. quisquis & cap.ad aures. de pe. vbi hoc tenet Sicul.& in cap.licet & in c.in quibusdam.eo, tit. Et ita tenui in repetitione prællegat.sub prædicta.5.quæstio.principali.in ver.ex præmissis.& ibi vide. 2.

Tertiò in concernentibus pietatem, laici subiecti sunt Episcopo.pro quo tex.in cap. 1. 3.

de empt.& ven.vbi tex.quod Episcopus prohibere potest plebibus sub pœna excommunicationis,ne carius vendantur res transeuntibus quam in mercato.no.ibi Innocent.& in cap.significantibus.de offic.dele.fa.ca. si quis Romipeta.24.quæstion.3.& l.hæreditas.ff.de peti.he.tenet Sicul. & Barba.in allega.cap.1. Et proptérea tenet ibidem Sicu..quod per excommunicationẽ potest Epis.cõpellere laicũ ad eleemosynã,& hospitalitatẽ,vbi est maxima necessitas ex parte proximi cũ tũc peccet sibi nõ subueniendo:pro quo fa.86.di.c.pasce 83.di.c.1.&2.& c.inter opera.de sponsa.Nam prædicto casu eleemosyna est in præcepto. c. sicut..47.di.idem Clauas.in ver. eleemosyna.. §.11.qui allegat.glos.in allega.c.sicut. & ar.in c.nullus de iure primo. Quod tamen limitat verum quando sunt in tali necessitate, & diuites in tali abundantia quod tenentur eis facere Eleemosynam ex præcepto, alias non.

Adde quod Abbas antiquus in alle. cap.de empt. & ven.relatus, & Sicul. & Barba. dicit magistrum suum consuluisse in facto per dictum text.quod Episcopus poterat punire illos laicos aromatarios,immiscentes farinam fabarum in cera venali, vel aliquam indebitam mixturam, quod Sicul. credit esse verissimum nõ solum ratione prædicti.c. sed quia de quolibet crimine notorio,vbi deprehendi tur negligentia iudicis secularis Iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionẽ in laicos. Et maximè quia in tali crimine notorio deprehenditur negligentia iudicis secularis,vt.c.nouit de iudi.& quod ibi no.per ipsum.

Adij-

Adijciẽs idem Sicu. quod nedũ Epiſ. habet iuriſdict. in caſum prædicti. ca. 1. reſpectu peregrinorũ & tranſeuntiũ, ſed etiã reſpectu habitãtiũ in loco. Nã verſatur in hoc cauſa pia, vt pauperes nõ vexẽtur, nec cõpellãtur emere neceſſaria vltra debitũ, & videtur approbari etiã per ius ciuile, vt eſt tex. ſecundũ vnã lec. quã ſequitur ibi Bal. in l. 1. C. de epi. audi. quare concludit, quod Epiſ. poterit cõpellere eos qui exponunt victualia venalia, vt non vẽdãt vltra iuſtũ preciũ, & fraudatores compellere immo ſecundũ Io. de platea. C. vt nemini liceat in comparatione li. 10. poteſt epiſ. tẽpore neceſſitatis cogere laicos ad vendendum.

Quartò ex præmiſſis alius colligitur caſus quod in alijs criminibus quam eccleſiaſticis 4 Iudex Eccleſiaſt. laicos poteſt corrigere pœna ſpirituali, quia de quolibet peccato &c. vt in præalle. c. nouit tenere videtur. Hoſtiẽſ. poſt eũ Sic. in c. nos inter. de pur. ca. ſicq; poteſt intelligi dictũ Arch. in c. non eſt. de. cõſu. li. 6. in glo. Epiſc. vide in repetitione mea vbi ſupra.

Quintò iudex laicus ſi tertio requiſitus & 5 monitus Epiſcopis & Clericis iuſticiam mõſtrare neglexerit, eſt ipſo facto excommunicatus, tex. eſt iuncta glo. in ca. Adminiſtratores. 23. quæſtion. 5. & ibi Archi. quod no. Ludo. Ro. in ſingularibus, in verbo, Iudex. ver. dixit tex. Et de iure ciuili caſu prædicto debet iuriſdictone priuari, vt eſt tex. in authen. ſtatuimus. C. de Epiſcopis & Cle. ibi Ioan. Fabri. & Bald.

Sextò poteſt Epiſ. mãdare Iudici ſæcul. ſub 6 pœna excommunicat. vt non exequatur teſta-

menta

menta vſurariorum, eo quod crimen vſurarum eſt crimen eccleſiaſticum. & per Canones ſibi ſit interdicta poteſtas teſtandi. ita tenent Bald. & Saly. in l. conſulta. C. de teſta. Secus ſecundum eos ſi eſſet interdictum Vſurario teſtari per conſtitutionem Epiſcopi, & non per ius commune, quia tunc non poſſet excommunicare laicos non obſeruantes, quia tunc non poſſent dici violatores canonum.

Septimò, poteſt etiam Epiſcopus mandare Iudici ſæculari ſub pœna excommunicationis ne mandet executioni teſtamentum inceſtuoſi. Nam illud eſt crimen Eccleſiaſticum in quo quicquid ius ciuile dicat, ius canonicum diſponit & prævalet, ita tenet Bal. in allega. l. conſulta, referens, ita conſuluiſſe Fede. de ſen.

7. Octauò poteſt Epiſcopus inhibere Iudici laico, ne procedat contra Clericum, etiam coram eo litigare volentem ſecundum Inno. quem ad hoc allegat Bald. in marga. in ver. Iudex. ver. laicus ſi reum. tenet Bartol. Cepola. conſilio 10. 1. col. qui ad hoc allegat glo. in ca. decernimus. de ſen. excom. lib. 6. Angel. in. l. ex cauſa. ff. de poſtu. & in. l. conſulta. C. de teſta. Et ex iſtis ſumi poteſt practica monitoriorum, ne in bonis ſiue rebus, quæ ſolent concedi Clericis ſolut. contra iudices ſæculares.

Nonò, poteſt Iudex Eccleſiaſticus ſine cauſæ cognitione inhibere iudici ſæculari, ne procedat ſuper cauſa depẽdenti, ex cauſa quę vertitur coram ipſo Iudice Eccleſiaſtico, tenuit Sicul. in cap. tuam. de ordi. cogni. in vlt. no. &

no.& in ver.quæro nunquid si simpliciter verũ &c. & Lapus allegat.63.concludens, quod inhibitio prædict. fieri possit sine causæ cognitione, licet in alijs inhibitorijs requiratur causæ cognitio, vt in authen. in medio li. ne si.sa.iuf.§.1.de appel.cap.Romana. lib. 6. Sed prædicta inhibitio mitti potest sine causę cognitione. in casu præallegat. cap. tuam.quia eo ipso quod quæstio præiudicialis mota est ex huius pendenti suspensa est iurisdictio iudicis sæcularis à lege.Idcirco patet statim huiusmodi inhibitionem fieri posse. Nam huiusmodi iurisdictio est potius quædam declaratio,quàm sit actus disponens. & sic non exigitur citatio.argu. cap. Pastoralis.de appel. & refert Federi.de Sen. ita sensisse consilio 211.

Decimo potest Episcopus interdicto subijcere locum quando Officiales temporales nolunt restituere & remittere Clericum per ipsum detentum, aut cessationem apponere, pro quo text.in cap.canonici.de offic.ordi.li. 6.& ca.licet de iureiur.& cap.fi.de except.& c.decernimus.& ca. si iudex laicus.de sen.excom.eo.lib.Hoc tamen non paterentur Officiarij Regij,dicentes,Regem esse super hoc à sede apost.priuilegiatum, ne talia interdicta in eius regno proferantur,quod intelligerem in interdicto generali, quia non posset ipsius tota terra interdici, secus in speciali. Nã in hoc casu posset etiam propter debitum interdici Parrochia, & ita limitatur extraua. Bonifa.8.quæ incipit,perinde attendentes.& tenet Domi.in c.præsenti.de sen.excom. lib.6. 8.

Vndeci-

9 Vndecimò poteſt Iudex Eccleſiaſticus ſibi eligere tribunal,& in Eccleſia, & in Camera ſua.no.in c.qua fronte de appel. & ibidē Bal. & Imol.& Archi.in c.cum Epiſcopus de offi. ordi.lib.6.quod Epiſcopus poteſt ſibi eligere tribunal in quacunque parte Diœceſis, in alle.c.cum Epiſcopus Bal.in l.teſtamenta.C.de teſta.Non tamē in domibus laicorum, ſi cauſa ſit ſpiritualis,vt tenet Præpo.in allega.ca. qua fronte.2.col. ver. no. ex tex.& ibi Innoc. & Hoſti.& Sicu.Oldra.conſi.ſuo.186.hoc tamen non admitterent Officiarij temporales, nam prętendunt Epiſcopos Territorij nō habere.de quo vide per Oldra.vbi.ſupra.

Duodecimo.Quia ſæpenumero vidi altercari,interOfficiarios Archiepiſcopales &Regios occaſione retentionis gratiæ quā apponere cōſueuitOfficialis in ſententia criminoſorum, licet allegarent arreſtum ſuper hoc latum,pro dictis Officiarijs Regis.Anno domini.1456.3.Martij.Nos tamen, hoc non obſtante ſemper remanſimus in poſſeſſione apponendi huiuſmodi reſeruationem,& allegauimus, idem eſſe conſiſtoriū Epiſcopi & Officialis c.non putamus.de conſue.lib.6. & ca. Romana.§.1. de app. eo.libro, ſed Epiſcopus qui damnat Clericum ad perpetuos carceres, in ſentētia poterat ſibi reſeruare poteſtatem minuendi pœnam,ſuo arbitrio,ſecundū Guilhel.de Cug.quem Bal.ita refert tenuiſſe in authen.Interdicimus.C.de Epiſco.& Cle.&hoc in l.ſi quis in principio teſtamenti.§.miles.ff. de lega.3.ergo &c.

10 Decimotertiò Epiſcopus eſt adeundus pro

redu-

reductione ad arbitrium boni viri, si fuerit compromissum in clericum & laicum arbitratores, ita Bald. & Salic. in l. præcipimus in fi. C. de appel. licet. Pet. de Ancha. aliter sentit in c. ea quæ sub prima quæstione re regu. iuris. lib. 6.

Decimoquartò vbi Laicus & Clericus simul pronunciant appellari debet de tota causa ad Ecclesiasticum, ne eius continentia diuidatur Bartol. in l. 1. §. si quis. in appel. ff. de appel. idem Zaba. in cap. super quæstionum. §. si vero duo. de offi. dele. idem Pet. de Anch. in cap. Romana. 11. col. de appel. lib. 6. Sicul. in dispu. quæ incipit, Gandulphus, licet idem Ancha. aliter senserit in allegat. regula iuris Ea quæ, sed prædictus casus secundum Doct. venit intelligendus, vbi in Clerico iudicante cum laico qualitas clericatus necessario concurrit ad exercitium iurisdictionis. Sed vbi hoc non esset nihil repugnat clericatui, quod adeatur superior laicus per rationes allegatas per Anchara. vbi supra veruntamen primam opi. sequitur Bald. & Præposi. super rubrica. de appel. quod tamen limitant, si Clericus, qui iudicauit maiorē habeat administrationem quam laicus, quia in appellando non attēditur superioritas ratione dignitatis, sed attenditur respectu maioris administrationis. di. §. si quis, vbi. Ange. & Bar. & idem Bar. & Bald. in l. præcipimus §. fi. alle. C. de appel. & Imol. in alle. c. super quæstionum. §. si verò alle. & Anch. vbi supra. 11

Decimoquintò, si collegiū aliquid sit ecclesiasticū, puta quia in eo non sunt nisi Cler. vel 12

si sint

si sint laici maior tamẽ pars collegij sunt Clerici, quia tunc est iudicandum de collegio, vt de ecclesiastico: vt voluit Bartol. in l. fi. 3. col. ff. de colle. illi. Bald. in Authen. habita. C. ne fi. pro pa. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. Bartol. in l. cum Senatus. ff. de re. dubi. Sicul. & doctores. in c. ex literis. de consti. Certe isto casu appellandum erit ad iudicem ecclesiasticum per ea quæ habentur in c. si diligenti. & ca. significasti. de foro compe. Sicul. & Præpo. in rubrica de appel. Et idem videretur quando Clerici & laici sunt in æquali & pari numero, nam & tunc iudicãdum erit, vt de collegio ecclesiastico, quia maius dignum trahit ad se minus dignum. c. quod in dubijs. de conse. ecclesi. vel alta. l. quod maior. ff. ad Munici. no. Bart. in l. fi. ff. de colle. illici. superius allegat. tenet Clauas. in ver. collegium in principio.

16. si in collegio sint plures laici quam Clerici, licet hoc casu per supra dicta de ipso sit iudicandum tanquam de vniuersitate sæculari. Si tamen Rector vniuersitatis in causa alicuius Clerici coram eo conuenti iudicauerit appellandum erit ad superiorem ecclesiasticum. Nam Clericum istum non potuit iudicare Rector nisi vt Clericus, quia laicus non habet potestatem in Clericum, vt in allegat. c. si diligenti cum similibus. Sed vbi appellatur à Clerico tanquam Clerico appellatur ad superiorem ecclesiasticum. c. Romana. §. decet. de appel. li. 6. ergo prędicto casu superior erit Iudex Ecclesiasticus, ita Sicul. & Præpo. in Rubrica de appel.

Quod

Quod tamen secundũ aliquos est limitandum, nisi statutum vel consuetudo loci aliter disponant, per ea quę dicit Imol. in allegat. §. si quis. in appellatione.

Decimoseptimo. Si plures simul sunt inquisiti à iudice sęculari quorum vnus est Clericus, qui petit se remitti ad Ecclesiasticũ iuxta ca. si iudex. de sen. excom. li. 6. omnes laici debent secum remitti ad Iudicẽ Ecclesiasticum per l. si communem. ff. quemadmodum serui. amitta. vbi non pręscribitur fundus cõtra maiorem, habentẽ eum cõmunem cum minore; ita tenet Anto. de Prato ve. in l. 1. in fin. ff. quæ sen. sine appel. rescin. Et hoc ne causæ cõtinentia diuidatur, & ne sequatur absurdum si in eadem causa variæ sententię ferrentur, & fortè contrarię, idem tenet Maria in c. 2. 4. col. de mutu. pe. 13

Adde de connexitate clerici & laici.

Si aliquis testamento suo executores mixtim constituit, tam clericos, quam laicos, quod quotidie fieri videmus, Laici propter clericos, ne continentia caussa diuidatur, coram iudice Ecclesiastico sunt conueniendi, refert Geilius lib. 1. de pace publica ca. 26. num. 19. Matthesilanus sing. 143. & ibi Sarei ad longum. Tradunt DD. in l. Si communem ff. quẽadmodum seruitus amittatur. Et Iason in l. Si emancipati. num. 10. de collat: Et Petrus Côstalius ad d. l. ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem eatur. Post Bal. in l. vltim. col. vt. C. de edict. D. Adriani tollendo, &c.

Ita Clerico & laico simul pro aliquo fideia-

 bentibus

bentibus, omnes ad iudicem Clericum intrabunt. Bartolus in l. Præcipimus, ad finem. extra de appellation: Castallius in d. l. Si cõmunem. ff. quemadmodum seruitus amittatur, &c.

Eodem modo afferunt communiter interpretes, quod etiam Laici so. ij criminis gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici, si simul cum Clericis capiantur, idq; connexitatis vinculo fieri existimãt, arg. cap. Per tuas, circa finem, extra de arbitris. Menochius casu arbit. 371. De continentia causæ non diuidenda num. 12 Hippolitus sing. 180. Maranta distinct. 11. numer. 22. vbi restringit in indiuiduis tantum Ferratius cautela 10. Cassaneus in consuetud. Rub. 1. § 5. numer. 70. vbi ita dicit obseruatum esse. Felinus in cap. 1. de præscript. dicit esse stupendum verbum. Idem Felinus in cap. 1 de Iudicijs.

Sed hanc sententiam falsam esse tradit Crauetta cons. 232. & post eum Gabriel Sarei in add. ad sing. 143 Matthesilani. Item Couaruuias in pract. q. c. 34. Sic quoque notauit Geil. lib. 1. cap. 1. de pace pub num. 18 nostris moribus non obseruari, sed quẽlibet suo iudici tradi post Capitium decis. 173. num. 1. Et Iulium Clarum in pract. Criminali § fin q 36 qui licet superiorem opinionem concedat esse communiorem, & apud veteres etiam aliquoties obseruatam, & plures eius sententiæ auctores alleget, tamen hodie dicit contrarium obseruari, vt quilibet suo iudici tradatur. Et repetijt hoc idem Geilius lib 1. de pace publica cap 6. numer. 17. & ex professo hanc quæstionem

eleganter & latè examinauit, de Clerico & Laico simul delinquentibus an vterque ad iudiciu Ecclesiastici punitionem pertineat, Couuaruuias in d.cap.34. vbi eleganter tuetur communem obseruantiam præter alios, quod in delictis socius criminis minimè gaudeat priuilegio socij. Per textu in l. Si quis vxori. de furtis. &c.

Adde Cacheranum decis. 103 qui decidit laicum qui monialem cognouit à laico etiam puniri, & in fine quoque dicit præmissam sententiam falsam esse. Sic si laicus cognoscat monialem, à laico etiam puniri potest, vt decidit per multa Cacheranus decis. 103. & vice versa si mulier fornicetur cum sacerdote, illa quoque à laico puniri potest, licet contrarium teneat Hippolitus sing. 180. numer. 5.

Idem firmat Hippolitus de Marsi. singul. 180. Et Felinus in cap. placuit numer. de præsumptionibus. Ex quo dicto credit posse inferri, quod si inter plures inter quos agēdum esset duplicibus iudicijs, de quibus in cap. ex litteris de proba. esset aliquis Clericus vel inter plures Tutores vel Curatores eiusdem tutelæ vel curæ esset aliquis Clericus tam contra laicos quam Clerios adeūdus esset Iudex Ecclesiasticus, & idem in similibus, vide quæ scripsi supra in 2 regul. 15.

Nam & Zaba. in cap. Iohannes. de testam. tenet per illum text. dicte. l. si communem. quod si Clericus & Laicus sunt executores testamentarij debent ambo compelli per Iudicem Ecclesiasticum.

Et similiter Bart. in l. solent. ff. de ali. & ciba. le. dicit, quod si hæredes sunt Clerici & laici, & petantur ab eis alimenta, debent peti ab omnibus coram Iudice Ecclesiastico, vide vbi supra.

ADDE

De huiusmodi connexitate & continentia caũsarum & ad vnum Iudicem digniorem remittenda, vide Rebuffum de priuilegijs Scholarum. priuilegio 106. vbi huiusmodi exempla refert. 57. Parimodo. si plures sint contradictores in Immißione bonorum facienda ex l. fin. C. de edicto. Diui Adriani, etsi vnus sit Clericus, tamen coram laico comparere debet, nisi fortè ipse Clericus poßideat, & citatus fuerit, si sua interesse putauerit, tunc reliqui cum Clerico ad ecclesiasticum iudicem mittuntur. Vide Achillem personalem de adipis. poss. num. 90. Matthæus Boyß Doct.

14 Decimooctauo si Clericus & Laicus volũt petere reductionem ad arbitrium boni viri, petãt eam coram superiore Arbitratoris, igitur si Arbitrator sit Clericus, petetur coram Clerico, si laicus fuerit, coram laico, quia nõ agitur de reformando actum Clerici, sed Arbitratoris. ita tenet Anch. in disputa. incipiente. Laicus B Clericũ vide etiã supr. in 2. regu. fallen. 17. Et hoc nisi fuisset cõpromissum super materia ecclesiastica, per c. exposita. & c. per tuas. de arbi. & Anch. in reg. interea ea. 60. col. ver. iuxta prædicta, de reg. iuris lib. 6. Ludo. consi. 265. Sicu. post Antõ. iii. c. quinta vallis 35.

lis 35. col. ver. ſed dubitatur. de iureiur. dixi in alle. 17. fallen. 2. regu. ſed quando vnus arbitratorum eſſet Clericus, & alius laicus, vide quæ dixi. ſupr. proximo. ver. 14.

19. Si Epiſc. iure proprio iudicat inter laicos in temporalibus, ita quod nõ recognoſcit aliquo modo in ea iuriſdictione aliquẽ laicũ, quia nec habet in feudum a laico, nec aliquo alio titulo ab eo tenet, nam ſuperior eſt eccleſiaſticus ad quem appellandum eſt, vt in alle. c. Romana. §. debet vbi tex. ad litteram. Et ideo dicit Bald. in addi. Specu. de appel. col. 30. quod ſi quis eſt Dux, & Epiſcopus, & fert ſententiam, vt Dux, quod tunc appellabitur ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia iſta dignitas (ſi aliud non appareat) eſt acceſſoria dignitati Epiſcopali. Secus ſi Epiſcopus recognoſcit laicum aliquo modo, quia tunc erit appellandum ad ipſum ſuperiorem laicum, quẽ recognoſcit, vt in alle. §. debet, & ibi glo. & omnes ſcribentes, & in c. ſolite. de maio. & obedi. Niſi tamen priuilegio ſpeciali vel conſuetudine aliter inductum eſſet in alle. §. decet. & ita dicit Præpo. ſuper rubri. de appel. 15

Vigeſimo Iudex Eccleſiaſticus, ratione iuramenti cognoſcit inter laicos. 22. quæſtion. 1. c. ſi. c. cum C. laicus. de foro compe. li. 6. ca. venerabilem. de elect. cap. nouit. de iudi. glo. in c. cum ſit. de foro compe. & ibi Doctores. quod tamen limitat. vt ſcripſi ſupra in. 4. fallentia. 4. regulæ.

21. Limitatio.

21. Si quis dicturus contractum vſurarium vel ſimulatum petat abſolutionem iuramen-

ti coram Epiſ.& abſolutus acturus eſt poſtea de ſimulatione vel vſurus,neceſſario habet agere in eadem Curia, non in alia, quia idem debet eſſe Iudex præparantis & præparati, vt notat Bald. in. l. ordinarij. in prima col. ver. ex hoc habes. ad quod facit Caſ.conſilio.2.titul.de foro compe. & l.cum veniente. C. vbi cau. fiſc.& quod ibi notat Bald. & l.minor. 25. col.in fina.princ.ff.de euictio. & hoc dictum ſequitur Paul. de Caſtro. in l. 2. C.vbi, & apud quem. & in allegat. l. ordinarij. Et bene facit gloſſ. fin.in cap.Parrochianos. de ſenten. excom.in verſ. ſed hoc intellige cum quærela, &c. & ſequitur idem. Paul.de Caſt.conſilo.71. 1.col. ver. poſtquam ergo condemnatus,&c. vbi limitat præalleg. dictum Bald. niſi petenti abſolutionem eſſet relaxatum iuramentum per partẽ, quia tunc cum expirauit iuramentum : ceſſát cauſa iuriſdictionis eccleſiaſticæ argu.gloſſ.in c.cum plures.de offi.deleg lib.6.

16 Vigeſimoſecundo,ratione iuramenti præſtiti per defunctum eius hæres laicus poteſt cóueniri coram Iudice Eccleſiaſtico implorando ipſius officium,vt hæres ſatisfaciat exonerando animam defuncti iurantis, vt ſcripſi ſupra in 4.fallent.4.regulæ.

Vigeſimotertiò Laicus etiam ſeruiens Regius,conueniri poteſt coram Iudice eccleſiaſtico à Clerico,ratione armorum, ſibi per ſeruientes ipſius, ſublatorum. pro quo gloſſ.in cap. ex litteris de pigno. & in cap. fin.de vita & honeſt. cle.& vtrobique Sicul. gloſſ. in ca. ſimiliter.16.quæſt.& idem Sicul.in c.ſi Clericus

tus in 2.not.de foro compe.vbi dicit,quod detinēs bona Patrimonialia Clericorum potest conueniri coram Iudice ecclesiastico,quia sacrilegij crimen est ecclesiasticum.ca.in canonibus 16. quæst. 1. Ad idem quod not. Oldra. consil.83;concludens,quod clericus , pro bonis Patrimonialibus gaudet priuilegio fori, idem Sicul.in c.qualiter. de iudi. vnde Innocent.in cap.cæterum,eo.titu.dicit,quod Clericus spoliatus potest spoliatorem suū corā Iudice Ecclesiastico trahere.Et Sicu.in.c. Ecclesia Sanctæ Marię.de consti.quod statutum laicorum non potest disponere super bonis patrimonialib.Clericorum.Istud tamen quoad immobilia,non admitteretur per Officiarios tēporales , immo seruatur cōtrarium,vt dixi supra in quartæ regul. fallen. quinta. & in secundæ regulæ fallen. quarta. Bona verò mobilia Clericorum sine dubio personam sequuntur. 17

Vigesimoquartò Episcopus potest habere familiares aut seruientes armatos causa custodiendi scalatos, & ducendi per villā Tholosæ,& possunt portare enses,& arma defensiua, vel etiam inuasiua, quando ducent illos ad veridi folium, & ita cauetur in concordatis inter Officiarios Regios & spirituales Tholosæ factis. pro quo facit quod dicunt Moder. in cap. significasti de officiar. dele. Oldra.consilio. 89. & tenet , Bald in le.nam salutem. §. fin. ff. de Officia. Præfe. vig. licet Sicul. tam in præalle.c. significasti quàm in cap.cum non ab homine,teneat,non esse licitum Episcopo tenere familiares armatos, 18

quam partem libenter sequuntur Officiarij Regij.

19 Vigesimoquarto Episcopus cognoscere potest de delictis comissis per suos Officiarios laicos, quando delinquunt in officio. Nam & proconsul de iure punit suos comites & Officiales vt. ff. de pœ. l. si. quis forte. §. si quos comit um, & similiter præsides prouinciarum puniunt milites & Officiales suos vt in corpor. de man. prin. §. quod si delinquentes col. 3. ita tenet Per. Iacob. int it. de statutis vniuersitatis. 8. col. & in ti. de cõditio. ex. l. insti. de actio. §. quadruplici. 2. co. & seq. Et ideo si nuncius facit falsam relationem potest puniri per ipsum iudicẽ. tenet Bal. in l. 2. C. de spor. & in cap. cum perati. de app. & idem ibi præposi. 7. col. Et tales appellantes non audiũtur vt l. 3. C. quorum app. non reci. & possunt absentes condemnari. C. de pæ. l. ne diu.

20 26. Iudex Ecclesiasticus compellere potest iudicem sæcularem; per excommunicationẽ, ad sibi dandum familiam & auxilium suum. & vt sententiam ipsius Ecclesiastici Iudicis exequatur, licet sibi non fiat fides de processu gloss. Inno. Antho. & Sicul. in c. 1. de offi. ordi. fa. c. 2. de excep. li. 6. Et in executione eius sententiæ, videtur sæcularis inferior. ar. 23. quæst. 5. c. Princeps. & ca. Administratores. Sed dicit Sicu. in alle. c. 1. quod si Iudex sæcularis ferret sententiam iniustam, nõ teneretur illam exequi, saltem in criminali, quia non debet esse executor ad malum contra conscientiam. fa. l. nõ tantũ. ff. de app. sed Hosti. vt refert Sicu. in all. c. 1. dicit, ꝙ ad petitionẽ iudi. ecclesiast.

Iudex

Iudex secularis debet punire subditos rebelles,& inobedientes iudici Ecclesiastico, non curantes de excommunicatione, & ita seruatur.

Idem secundum eum contra ad petitionem iudicis secularis debet iudex Ecclesiasticus interdicere & excommunicare subditos rebelles, & præscriptos a iudice seculari: ad quod fa.no.dictum Inno.in c. licet ex suscepto.de fo. compe. vbi dicit,quod si aliqui subditi nolint imperatori obedire, de facto non succedit Papa in iurisdictione; sed debet iuuare Imperatores ad domandum illos subditos,& sic debet etiam præstare auxilium quod potest:quod Sicul.in alle.ca.1.dicit optimum remedium pro nobilibus expulsis ab eorum dominio: nam possunt implorare auxilium Ecclesiæ,quæ debet subditos resistentes excõmunicare & interdicere. vide quæ scripsi supra in regula fallen.27.

27.Causa dotis etiam principaliter deduci potest in foro Ecclesiæ. Bald.& Imol.Pau. de Cast.in l.1.ff.de solu.matri.Pet.de Ancha.con si.21.in fi.Specu.in ti.de dona. inter virum & vxo.§.formatur.ver.verum causa dotis.Zaba in c.ex litteris.de pigno. & ibi Imol.in 6.not. Inno.Hosti.Ioan.An.Sicul.in c.de prudentia. de dona.inter virum & vxo.Roma.in l.Titia. 3.colum.ff.solu.matri. Et ista est communis opinio. 21

Imò etiam viro pro dote promissa contra Laicum permittitur adire Iudicem Ecclesiasticum,ad hæc c.per vestras de dona. inter vi. & vxo.tenet Claua f.in ver.Dos.§.21.ad quod

dicit fac.not.per Inno.in c.lator. qui fi.fint le-giti. Et etiam contra vxorem ad dotem, propter adulterium vxoris, perditam. per c.plerunque eo.ti.& c.ex parte, de conflitu.& not. per Sicu.in c.cùm fit generale.de fo.compe.licet glo.in alle.c.de prudentia.& ibi Antho.& glo.in c.ex tenore. de foro compe. & Ange.in alle.l.1.& Bal.in l.ex contractibus. §.fi. de nôme.pe.dicant contrariũ. vide omninò Bal. Nouellum in fuo tractatu de dotibus. 9. parte, in 16.fpeciali.vbi in fumma prædicta conclufionem dicit effe veram addẽs, caufam dotis effe mixti fori: vt etiam Iudex Ecclefiafticus, de illa poffit cognofcere, etiam abfque eo quod vtatur aliqua quæftio de matrimonio: quod tamen idem Bal.no. temperat, dummodo vidua fit quæ agit de dote. licet aliter non oppreffa: quia viduæ dicũtur miferabiles perfonæ. in l.1.C.quando impe.inter pup.& vi.facit quod habetur in ca.fignificantibus.de offi. deleg.& id effe dicit de mente Pau.de Caft.in l.1.ff.folu matri.

Dicit infuper, quod fi dos repeteretur propter inopiam viri conftante matrimonio, vel vel propter feparationem thori: & fic non ageretur per viduam: tunc procederet gl. in alle c.de prudentia. Et idem fi repeteretur à Patre mulieris: vel viua filia, vel poft eius mortem. tunc enim contra Laicum non poffet coram Ecclefiaftico iudice iudicium intentari. Et idem fi repeteretur ab hęredibus mulieris: & multo minus, fi dos peteretur à viro tanquam promiffa: quia tale priuilegium quod fit mixti fori, eft perfonale merè, videlicet, quando

quando dicta dos peteretur à vidua. Et ita vidi in facto, in curia Archiepiscopali Tholosæ.

Adde.

Dotis causa an sit Ecclesiastica, tradunt Doctores in cap. ex tenore. de foro competenti. Resolutivè dicendum, quando agitur principaliter de matrimonio & accessoriè de dote, tunc agitur coram Ecclesiastico, aliàs, quando dos principaliter petitur iudex Laicus cognoscit. vide Lupum de donationibus. in cap. per vestras. notab. 2. nu. 17. Anchoranum cons. 21 nu. 1. Vbi dicit nullum esse textum, neq; dictum Doctorum, quod apud Ecclesi. iudicem agi debeat pro constitutione dotis. sequitur Bardus de tempore vtili & continuo, c. 15. nu. 8. Matthews Boyss D.

Vigesimooctauo, iudex Ecclesiasticus compellere potest Laicos hæredes ad satisfaciendum derelicto pro anima defuncti, vt in ca. à nobis. 2. de senten. excommu. dummodo talis defunctus in apparenti cõtritione decesserit, & non aliter secundum Sicul. ibidem. idem Salicetus in l. 1. 7. col. C. ne ex delict. defuncti, dicens illud idem tenuisse Nicolaum de Mata. de quo per Zaba. & Sicul. in cap. fin. de sepulc. & Ioan. de Anc. in cap. in literis. de rapto. 22

Vigesimonono, ordinarius Iudex Ecclesiasticus potest compellere Laicos ad obseruandum laudabiles consuetudines Ecclesiæ, vt in cap. ad Apostolicam. de simo. Nam tales

Laici

Laici desistentes à tali consuetudine videntur committere sacrilegium, de quo cognoscit iudex Ecclesiasticus, vt in ca. cùm sit generale. de foro compet. Quod tamen intelligendum est, dummodo talis consuetudo habuerit licitum initium, videlicet, à spontanea oblatione & voluntate. Secus autem si malum, videlicet, ab exactione, vt no. per Sicu. & Ana. in alle. c. ad Apostolicam. & cap. suam. eod. titu.

Nec obstat quod diuturna præstatio ex mera liberalitate non producit obligationem, vt no. per Inno. & Docto. in ca. cum Ecclesia, de cau. pos. & pro Bart. & doct. in l. cum de in rē verso. ff. de vsu. & per Doct. maximè per Ang. in l. si certis annis. C. de pact. cum simili. Quia illud non procedit in præstatione, quæ fit in piam causam, ad quod ponderatur tex. in allega. c. ad Apostolicam. Ad cuius consuetudinis laudabilis introductionem sufficiunt decem anni secundum doct. per glo. singularem in c. fi. de consue. li. 6.

24 Trigesimo, Ecclesia potest se immiscere de notorio crimine Laici, nedum vt pœniteat, sed etiam vt satisfaciat secundum Sicul. in c. fi. de sepul. quia secundum eum, ratione notorietatis depræhenditur apertè negligentia iudicis secularis, ad quod fac. no. per Inno. & eundem Sicul. in c. nouit de iudi. veruntamen videretur, quod statim crimine commisso, licet notoriè non posset ita subito iudex Ecclesiasticus se intromittere, aliter non expectata negligẽtia iudicis secularis. adde hic quæ scripsi supra. §. tertio.

Trige-

Trigesimo primo, quando iurisdictio Ecclesiæ prorogatur à Laicis. & iste casus est satis clarus: de quo latè per Dō. in fi. de except. vide Io.Fa.& Bald.in l. si qui ex consensu.de Episc.audien.per Sicul. & Feli.in c. significasti. de foro compe.& per alios ibidem allegatos, & per glo.in c.molitari. qu.1. latius per Iasonem in l.1.§.& post operis.ff.de no. ope. nunciа. quicquid sit, de iure consuetudo præsentis regni habet, quod Laici non possint prorogare, vbi dominus contradicit.ita dicit Io.Fa. vbi supra, quod facere dicit c. ex transmissa: de fo.compe. 25

Trigesimosecundo, contra blasphematores: de quo in ca.2.de maledi. Et idem contra Sodomitas, de quibus scripsi supra in quartæ regulæ fal.24.& 25.

Trigesimotertio, contra violatores pacis, vt tenet Sicu.in c.cùm sit generale. de fo.com pe.& no.per eum.c.super quibusdam. in fi.de verb.sig.vbi no.per illum tex.cum gloss.quod Laici teneantur seuare statuta Papæ, & leges super pace per eum factas, pro talibus tamen criminibus non videtur, quod possit Laicus carceri mancipari: de quo vide quod scripsi supra in huiusmodi partis primo casu. 26

Adde, quod vbi Clericus pacis violator punitur pecunialiter, pœna applicatur domino temporali: licet fuerit per Episcopum condemnatus.c.si Clericus de pace.iura.fir. alius est sub titu. de Cle. viola. pa. & idem Oldra consil.17.

Est tamen aduertendum ad vnum dictum

Inno.

Inno.in c.inquisitioni.de senten.excom.quod nunc,quia venit in mentem hic adieci, videlicet, quod Laicus non tenetur obedire Papæ præcipienti aliquid sine causa, præiudicans bonis temporalibus. Et idem etiam in Clerico quoad bona patrimonialia, vt ait singulariter Sicul.in c. constitutus.3.col. post Hosti. ibi de religio.domi.quod no.

27 Trigesimoquarto, Prælatus Ecclesiasticus habet potestatem imponendi pœnam verberum:vt in ca. 1. de calum..ita tamen quod non procedant ad effusionem sanguinis: vt in c. in Archiepiscopatu,de Rapto. Et potest etiam in exilium mittere, vt in allega.cap. 1. cum concor.in gloss. & vtrobique per Sicu. & do.

Trigesimoquinto, Prælati in eorum iurisdictione seu spiritualibus pertinentibus ad eos,possunt creare Tabelliones. ita Sicu. in c. cum Pe.de fi.instru, referens Specu. idem tenere in titu.de instru.ædi.§.restat. versi. Sed quis potest facere.& facit.cap.quoniam.contra.de proba.& ca.Abbate. & quod ibi no. de re iudi.li.6.

28 Trigesimoquinto,Prælati & Clerici licitè possunt arma mouere, & in propria persona bellum indicere, vel gerere, de mandato Papæ, nec vlla sanguinis effusio, vel mors, aut mutilatio eis imputabitur, secundũ Cald. in c.petitio.de homici.Nam prohibitio contraria est iuris positiui. supra. quod est Papa in cap. proposuit.de concess.præben.dummodo bellum sit notoriè, iustum & Papa hoc faciat consultis Cardinalibus, secundum Zaba.& Ana.in alle.c. petitio. Quia cum aliqui

lex

lex canonica istud non tangat passim, non debet hoc per Papam fieri. Alias autem cessante licentia Papæ, non debet Prælatus aut Clericus in bello quamuis iusto arma mouere. Sed assistere potest & hortari, vt in iuri. alleg. in alle. in glo. pręalle. c. si tamen se mouendo per cuteret: non tamen mortaliter, & citra mutilationem non esset irregularis, per tex. alle. vbi latius vide per doct.

Trigesimosexto in causis miserabilium personarum, Laici possunt trahi ad iudicium Ecclesiasticum, præsertim data negligentia iudicis secularis, vt in c. significantibus. de offi. dele. & c. ex tenore, de fo. compet. & vtrobiq; Doct. Quæ autem sunt miserabiles personæ, istud est arbitrio iudicis commissum, secundum Bar. in l. r. C. quãdo impe. inter pupil. & vi. & in alle. c. significantibus. 29

Adde, quod si mercatores grauantur in pedagogijs soluendis, iniustè possunt conqueri coram iudice Ecclesiastico, quando sunt in itinere: quia dicũtur miserabiles propter multos labores, & pericula quæ sustinẽt, pro quo fa. no. per Ana. & Ancha. in c. fi. in 3. colum. de iudæis.

ADDE.

Miserabiles personæ enumerantur, vidua, pupillus orphanus, peregrinus puella nobilis, pauper, mercator grauatus pedagijs, publicè pœnitentes, liberti Ecclesiæ manumissi, seruientes Ecclesiæ, infantes expositi, senes decrepiti, caci, mutilati, membris leprosi, debilitati, incarcerati, de ne-

de nouo conuersi ad fidem, diuturno morbo defatigati, & alij in quibus maior adest ratio, idque ad arbitrium iudicis Menoch. casu 661. arbitra. hoc refert Rebuffus de sententijs prouisional. arti. 3. gloss. vlt. vbi his tribuit 16. priuilegia, quæ vide si vsus poscat. Mattheus Boyß D.

Trigesimoseptimo, Episcopus habet festū pro quæ glo. singularis in c. quia diuersitatem de concess. præben. Antho. Sicul. & Imo. ibidē idem Sicu. & Ana. in ca. excommunicamus. 1. de hære. Zaba. Imo. & Laud. in Cle. 2. de hære. Rota in antiquis deci. 865. Oldra consi. 302. in 2. col. & ita tenui in deci. c. 229. & 275. in addi. quanquam Offi. Regij alias contrarium asseruerint.

30 Trigesimooctauo, Ecclesia potest compellere Laicos ad treugam ineundam, vt tenet Sicul. in c. 1. de treu. & pace in 1. no. & Feli. super rubri. eiusdem titu. in 7. fal.

31 Trigesimonono, Clericus potest suum spoliatorem Laicum, trahere coram iudice Ecclesiastico, no. Inno. in c. cæterum de iudi. Adde hic, quæ posui in proxi. ver. 23. Vnde tenet Oldra. consi. 83. quod Clericus pro bonis patrimonialibus, gaudet priuilegio fori; quod etiam probat Sicul in cap. qualiter de iudi. & fa. l. decernimus in ver. siue de Ecclesiasticis siue proprijs. C. de Episc. audi. istud tamen libenter non admitterent Officiarij Regij.

Si autem Laicus conuentus coram Ecclesiastico iudice, ratione violentiæ, rapinæ, vel doli commissi circa res Ecclesiasticas, neget prædictas qualitates, vide per Pet. de Ancha. in

in repe.c.ea quæ.de re iu.li.6.q.7.E ad dictum Oldra videlicet, quod Clericus pro bonis patrimonialibus vti potest dispositione. c. cùm sit generale.de fo.compe.adde Sicul.in c.cùm sit.2.colum.& alle.pe.ita dixisse de consuetudine seruari, & huius consuetudinis secundũ Abba. ratio potest esse: quia vidua potest agere possessorio coràm iudice Ecclesiasticò non obstante exceptione fori; ergo & Clericus. idem tenet Inno. sed mouetur alia ratione: quia committitur sacrilegium, ideo cognoscit Ecclesiasticus, & hoc ponit in c. cæterũ allegato. hoc etiam tenet Egidius illa ratione quia bona Clericorum gaudent, &c. de vi. & ho.Cle.c.fi.Subiungit vlterius idẽ Sicu. quod dispositio dicti c.cùm sit.vendicat sibi locum in bonis Clerici; non tam ex consuetudine, quam ex iure scripto. & de hoc dicit esse casum rotundum cum glo.in c.similiter. 16.q.1, & in ca.si quis ex potentibus 24.qu.3. Nec ob. præalle.c.cùm sit:vbi ponderatur iniuria Ecclesiæ: quià spolians Clericum deliquit in Ecclesiam cum bona Clericorum, dicantur Ecclesiæ, quo ad tuitionem & protectionem, & quia sunt obligata Ecclesiæ pro mala administratione not.glo.in præal.c.similiter, & in c. ex literis de pig:

Item iniuria facta Clerico, dicitur facta Deo vel Christo; cuius legatione fungitur 2. q.7.c.accusatio. Item dicitur facta Ecclesiæ.c. 2.de fo.compe.ad prædicta optimè fa.c.si Clericus.eo.ti.vbi etiam nulla allegata oppressione, ex quo constaret rem esse Clerici potest conuenire Laicum coram Ecclesiastico, multo er-

to ergo fortius, vbi allegatur violentia vel rapina seu inuasio. nã tunc læditur persona Clerici, quæ est consecrata. Idẽ nec videtur, quod hoc sit nouo iure promulgatum, cum & ante fuisset satis prouisum, ad hoc. 17.q.4. quæ si ꝑ totam. & 12.q.2.c.nulli. & c. quicunque militum. 16.q.1. in canonibus. & c. similiter. Vnde tex. in alle.c. cùm sit, non dicit indicimus: sed inductum est, & sic in præteritũ, & istam partem sequi videtur Feli. in alle.c. cùm sit. 1. col. Et sic videretur quod super rebus Clerici possent Laicus coram Ecclesiastico iudice conueniri, sed si probabiliter negat rem esse Clerici ad iurisdictionem Ecclesiasticam declinandã conuenietur corã suo iudice. pro quo est tex. in alle.c. si Clericus secundum Sicu. & secundum hoc videretur debere limitari quod scripsi supra in reg.4. fallen.5. veruntamen prædicta fallentia fundata super di. Inno. ibid. alle. quem communiter sequuntur doct. seruatur in præsenti regno, quod videlicet tam super rebus Ecclesiæ, quam Clerici si agendũ sit rei vendicatione contra Laicum, iudex secularis erit adeundus. ita Fely. in alle.c. si Clericus in fi. & in alle.c cum sit. 2. col. in fi. præterquam in casibus habentibus speciaẽl rationem sacrilegij, vel quasi, per ipsum ibidẽ latius positis.

32 ¶ Quadragesimo subditus imperatoris potest ipsum conuenire coram Papa, secundũ Sic. in c.1. de proba. ex quo infert, quod licet Princeps non recognoscens superiorẽ, possit esse iudex in causa propria. vt no. Bar. in l.1. C. ne quis in sua cau. & gl. in c. bellisarius. alias guillisari 23.q 4. & Sicu. in c. cùm venisset de iudi. tamẽ illud procedit, quando superior agit contra

ſubditum: ſed ſecus ſi ſubditus contra domi-
num: quia poteſt eum conuenire coram Papa
per tex. in alleg. c. idem tenet Hoſt. in c. nouit
de iud & ibi expreſsè ſic: idem Sicu. in c. expo
ſita de arb. facit quod no. Inn. in c. licet ex ſuſ-
cepto, de fo. compe. vbi dicit, quod Laicus re-
currere debet ad Papam, quando non eſt alius
ſuperior, fa. gl. in c. ex tranſmiſſa de fo. comp.
& quod no. Sic. in c. & ſi neceſſe de dona. inter
vi. & vxo. & Hoſt. in c. 1. cum Io. de fi. inſtru.
vbi dicit, quod ſi ſuperior iudicans non recog
noſcit, ſuperiorem poteſt appellari ad Papã,
& ſequitur ibidem Ant. & Sicu. per c. venera-
bilem. qui fi. ſint legi. fa. quod no. Bal. in c. im-
perialem. §. fi. 1. col. de prohi. feu. alie. per Fe-
de. vbi dicit, quod ſi dominus feudi non recog
noſcit ſuperiorẽ, prout eſt Rex Franciæ, & pa
res curiæ ei nimis fauent, Papa cognoſcet: ſed
dictum huiuſmodi debet intelligi in cauſa ar
dua duntaxat, de qua loquitur præal. c. per ve-
nerab. ſecus ſi cauſa non eſſet ardua, per id quod
no. Inno. in c. cum & de re iudi. vbi dicit, quod ex
quo reſtituere famę inter Laicos eſt ſolius Prin
cipis. l. 1. ff. de poſtu. nõ faciet hoc Papa, niſi in
re ardua: quia ſic loquitur alle. c. per venerab.

41. Clericus pronus cum Laico facit cenſeri 33
ius pronatus, eſſe Eccleſiaſticum, vbi hoc pro
deſt clerico, puta in tempore ad putandũ iux-
ta c. 1. de iure pa. li. 6. Sicul. c. fi. de iure pa.

42. Iudices ſeculares per cenſuram Eccleſi- 34
aſticam cogi poſſunt ab Eccleſiaſticis iudici-
bus, repellere excommunicatos ab agendo &
teſtificando in ſuis curijs & iudicijs, vt in ca.
decernimus. de ſent. excommun. iſtud tamen
non ſeruatur de facto, quamuis Baldus in

c.intelleximus,de iudic.teneat, quod ista exceptio excommunicationis possit opponi coram iudice seculari,& quod statutum in contrarium non valeat,Bal. & Salice.in l.placet. C.de sacrosan.Ec. & in auth.Clericus eod. tit. Et ibidem Bal.in c.exceptionem,de excep.ad fi.dicit, quod ista exceptio est approbata de iure ciuili alleg. gloss. singularem in l.1. C.de iur.& fac.igno.& tex.in c.Domino Guerram in tit.hic finitur lex.vbi dicit tex. vasallũ non teneri iuuare dominum excommunicatum: Et idem Bald.in c.contingit de dolo & contu. tenet,quod sententia iudicis publicè excommunicati, & de iure ciuili non valet.allegat prædictam gloss.in d.l.1.C.de iur.& fa. igno. Si tamen sit dubium in iure, an excõmunicatio opposita tenet vel non; tunc exceptio huiusmodi remittẽda, venit iudici Ecclesiastico discutienda, secundum Pe.de Ancha.in c.pia de excep.lib.6.& Cal.de fo. compe. consi.9.si verò solum dubitetur de facto,an quis excommunicatus, poterit secularis cognoscere secundum Domi.in c.fi.in fin.de fo.compe.li.6. & in alle.c.pia.§.2.

Quadragesimotertio, Iudex secularis, qui vult Clericum compellere,ad debita liquida etiam soluenda,quandò exhibentur eorundẽ Clericorum litteræ obligatoriȩ aut aliæ probationes,per Ecclesiasticum iudicem desistere compellitur,vt in c.2.de fo. compet. li. 6.istud similiter non seruatur in præsenti regno, sicut latius dixi supra in secundæ regulæ fallen.18.& 20.

35 Quadragesimoquarto, per Ecclesiasticum iudi-

ıdicem ordinarium, loci, Ecclesiastica cen-
ıra compellitur iudex secularis obseruare
ıs canonicum, quod ad prouisionem anima-
ım starutum est tex. est in c. licet de iureiur.
b. 6. vbi de mulieribus quæ iurauerunt non
enire contra alienationem dotium & dona-
onũ propter nuptias: contra quod iuramen.
m non vi nec dolo præstitum non sunt ad-
ndæ: licet secus sit de iure ciuili.

Quadragesimoquinto, Iudex temporalis
mpellitur per iudicem Ecclesiasticum or-
narium censura Ecclesiastica ad admitten-
m exceptionem rei iudi. per iudicem Eccle
sticum, vt in c. 2. de excep. li. 6. quod est ve-
m in casu quando ad iudicem Ecclesiasti-
m pertinuit cognitio de consuetudine vel
e, vt ibidem tex. ait.

Quadragesimosexto, de iure cognoscit iu- 36
x Ecclesiasticus inter Laicos, vbi habet tem
ıale dominium. c. venientes, de iureiu. & c.
e Cle. vel mo. li. 6. glo. in c. 2. de excep. eod.
Adde tamen hæc, quę scripsi in huius partis
u seu §. 19.

Quadragesimoseptimo, potest iudex Ec- 37
hasticus inter Laicos cognoscere de causis
trimonialibus, & spiritualibus. & eis an-
is, vt in c. tuam de ordi. cogni. & c. causam
fi. sint le. c. quanto. de iudi. glo. & Domi. in
c. 2. de excep. lib. 6.

48. cùm iudex Ecclesiasticus delegatur per
icem secularem & super causa criminali,
nmodo non procedat ad sanguinis effusi-
m, vt in cap. in Archiepiscopatu de rapto.
d in authen. si quis litigantium. C. de Epi.

auth.& infra.§.94.

49.Per reconuentionem,vt in c.cuius in agendo.3.q.8.in auth.& consequẽter.C.de senten.

50.Per præoccupationẽ in criminibus mixtis, quia sunt introducta & prohibita vtroq; iure,de quibus in c.cùm sit generale de fo. compe.ar.c.tuæ.de procur.ita Domi. post Pau. in alle. cap.2.de excep,lib. 6.de quibus criminibus mixtis tactum est supra in fallen.4. regulæ.

51.Cognoscit iudex Ecclesiasticus inter Laicos, qui sunt de familia Ecclesiæ, secundum quosdam 89.d.c.indicatum Io.An.in alle.c.2. de excep.li.6.

52.Quotiens est quæstio de fide vel articu-
38 lis fidei. contra Laicos cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum,& executio ad Laicũ vt in c. excommunicamus de hære.1.& c. cum secundum eo.ti.lib.6.c.inquisitionis.§. prohibitus.eo.ti.& li.

53.Potest etiã iudex Ecclesiasticus cognoscere inter Laicos de criminibus per ius canonicum introductis,vt tenet Domi. post Paul. in præalle.c.2.de excep.lib.6.puta de crimine symoniæ. adde tamen quod scripsi in quartæ regulæ fallen.17.

54.Vbi Laicus iudex est negligers, vt in ca. ex transmissa.& c.licet ex suscepto. de fo. compe.& glo.in alle.c.2.& vtrobique docto. Adde hic quæ scripsi supra in huius partis. §. 2. & 3.

55.Contra Laicos, qui suadente diabolo in in Clericum vel Monachum, vel Monialem

aut cuiuslibet religionis conuersum, vel conuersam, aut nouitium quemlibet cuiusuis religionis, manus violentas iniecerint, de quo tactum est. supra in tertia regula.

56. Contra inobedientes sententiæ delegatæ vt in c. quærenti. de offi. dele.

57. Contra habêtes litteras apostolicas falsas, vel recipientes litteras apostolicas Romę de manu alterius, quam Papę vel suorum. Officialium, & isti si laici fuerint recipiêdo sunt excommunicati, vt in ca. dura. de crimi. falsi. Et similiter omnes tam clerici quã laici qui per se vel alium vicium falsitatis commiserint cum fautoribus & defensoribus suis sunt excommunicati ipso facto vt in. c. ad falsariorum. eo. ti. Et idem de laicis ipsis vtentibus literis apostolicis falsis vt in dicto. ca. ad falsariorum.

58. Contra oẽs incendiarios vt in c. tua nos de sen excõ. quod nedum habet locũ in incendiarijs ecclesiarũ, sed etiam aliorũ locorum secundum gl. & doc. ibidẽ & intellige de incẽdiario qui ciuitatẽ castrũ, domũ, segetes, & similia aliena incendit malo studio, vel odio, aut vindicta vel animo iniuriãdi, vt in c. pessimã. 23. q 8 12 q. 1. ca. cũ deuotissimã. Talisque postquam fuerit excõmunicatus & denunciatus non potest absolui citra sedem apostolicam, secus si incenderet ex negligentia vel casu, vel iusto bello, quia talis propriè non dicitur incendiarius.

59. Contra effractores ecclesiarum cum spoliatione qui postquã fuerint denunciati, similiter nõ possunt absolui citra sedẽ apostolicã, 39

vt in c.conquæsti.de sen.excomm.incendiarij & effractores Ecclesiarum cum spoliatione sunt excommunicati ipso iure: sed incendiarij aliorum locorum veniunt excommunicādi: vt in præalle.c. tua nos.

Dicuntur autem effractores, qui dolo malo, aut per iniuriam violenter parietem fodiũt aut vitream fenestram frangunt, seu serraturam vel ostia, vel cardines seu vectes, dum tenent ostia firmata, aut ipsum tectum Ecclesiæ. Alij autem, qui faciunt enormia in Ecclesia, vt rapiendo corpus Christi, & huiusmodi frangendo calices, & similia non sunt effractores, nec propriè sunt excommunicati ipso iure, secundum Host. Io. de lig. & Sicu. in præalle.c. conquesti. Oportet ergo quod spoliatio fiat cum effractione. vnde effractio sola per se non facit aliquem incidere in sententiam excommunicationis. Et prædicti effractores & incendiarij dicuntur publicè denunciati, siue nominatim, siue in genere; vt puta denunciamus excommunicatos omnes, qui fecerunt tale incendium per dictum c. tua nos.

Sexagesimo, in Principes & Officiales seculares, qui tertio moniti ab Episcopis vel Ecclesiasticis prælatis recusant eis facere iustitiam super eorum causis. in ca. administratores. 23. qu. 5. de quo dixi supra in huius partis. §. 5.

61. in omnes qui recipiunt illum pro Papa qui est electus à paucioribus, quam duabus partibus Cardinalium, in c. licet de elect.

62. in omnes officiales Laicos, quorumcunque locorum, qui angarias & exactiones inde

bitas

bitas eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis imponunt. Et qui iuriſdictionem prælatorum & auctoritatem quam habent in ſuis hominib. euacuant, tales enim & eorum fautores tertio moniti non deſiſtentes ſunt ipſo facto excommunicati. Et ſimiliter illorum ſucceſſores officialium niſi infra menſem exceſſum ſuorum prædeceſſorum purgauerint & ſatisfecerint vt in.c.non minus iuncto.ca.aduerſus.de immu.eccleſ.

63. Contra recipientes res eccleſiæ medio alienationis factæ à ſciſmatico, nam & ipſo 40 facto ſententiam excommunicationis incurrunt, vt in c.1.de ſciſmat.

64. Contra omnes qui Chriſtianos naufragium patientes damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reſtituant, quã primùm poterunt ſecundum Sicul. in cap. excom.de rapto. nam & tales ibidem excommunicantur & videtur tenere gloſſ. licet Ioan. Andr. dicat tutius præcedere debere monitionem vt reſtituant aliter antè monitionẽ non erunt excõmunicati Sicul.contra vt prædictum eſt.

65. in omnes qui ſtatuta, edicta, & conſuetudines contra libertatem eccleſiæ iutroductas fecerint obſeruari, vt in di.c.non erit fraternitas rua.de ſen.excommunicat. Et etiam omnes qui eadem ſtatuta non fecerint deleri quam primum ſciuerint, ſi hoc facere poſſũt. Excommunicantur etiam ſtatutarij prædicti. Necnon ſcriptores prędictorum ſtatutorum atque Poteſtates, Rectores, conſules & conſiliarij locorum vbi prædicta ſtatuta edita fuerint. Etiam iudicãtes ſecundum ſtatuta præ-

dicta, & qui iudicata redigunt in publicam formam.

Domini autem statuta contra ecclesiasticam libertatem quando illud quod statuitur est contra priuilegium datum vniuersali ecclesiæ à Deo, vt illud quodcunque ligaueris super terram.24.q.1.vel à Papa,puta quod ad pias causas valeant legata facta coram duob. testibus & similia,vel ab Imperatore vt quod nullus iudicet clericos vel ecclesiasticas personas, nisi eorum prælatus, & similia secundum Sicul.in præalle.c.nouerit.

66. In omnes qui insequuntur Cardinales Romanæ Ecclesiæ hostiliter vel clericos aut religiosos familiæ Papæ vel Cardinaliū prædictorum illorumque percussores & captores & socios talia facientium vel mandantiū & habentes ratum vel dantes consilium aut fauorem & defensatores eorum aut scientes receptantes,Tales omnes supradicti sunt excommunicati vt in c.felicis de pœnis.li.6.

Similiter excommunicantur Principes & Senatores,Consules,Potestates, Rectores, siue alij Domini & eorum Officiales qui infra mensem a die noticiæ habitæ de prædicto delicto non puniūt prędictos delinquentes scil. tenorem dicti.ca.felicis,nec possunt absolui nisi à Papa exceptis principibus qui possunt à suis ordinarijs absolui,vt ibi.ex quo tex.in §. quapropter.no.domi.quod iudex ecclesiasticus potest punire iudicem laicum non punientem laicum delinquentem in rem ecclesiasticam.

67. Contra omnes dantes licentiam alicui occiden-

occidendi,capiendi,seu alias in personis,aut bonis suis,vel suorum grauandi eos, qui sententias excommunicationis vel interdicti tu lerit contra quemcunq; siue eos quorum occasione sunt prolatæ vel obseruâtes tales sententias seu taliter excommunicatis nolentes communicare, Et nisi licentiam ipsam si fuit ad personas grauandas, reuocauerint, antequam in aliquo sit processum vel si data licen tia fuit ad bona eorum capienda,nisi infra octo dierum spacium restitutionem fieri fecerint,vel satisfactionem,& licentiam reuocauerint,omnes huiusmodi erunt excommunicati.per c.quicunque de sen.excom,li.6.

68. Contra omnes Christianos qui in domo seruiunt Iudæis vel Sarracenis aut paganis, nam tales veniunt excommunicandi, in c.Iudæi.de iudæis. 41

69. Contra omnes illos qui equos, arma,ferrũ,ligamina,& alia prohibita defertur sarracenis,turcis,aut paganis, nã tales veniunt excommunicandi,in c.ita quorundã,de iude.illi vero qui tempore guerræ habent cõmerciũ cum Sarracenis sunt excõmunicati ipso facto in c.quod olim.primi vero atq; in eorũ nauibus nauigantes licet de iure non sint ipso facto excommunicati, excommunicantur tamen singulis annis in die cenæ, vnde nota. Sicul.in allega. cap. ita quorundam, quod vbi delictum concernit totam Christianitatem seu decorem fidei Papa exercet iurisdictionem in laicos.

70. Contra omnes qui iniuriose vel temere percusserint ceperint aut banniuerint aliquẽ Episc.

episcopū, seu qui prædicta mandauerint vel facta ab alijs rata habuerint vel socius fuerit in his faciendis, aut cōsilium vel fauorem dederit, vel defensauerit eosdem. nam huiusmodi sunt excommunicati per Cle. 1. de pœ. nec possunt absolui ab alio quam à Ro. Pō. præterquam in mortis articulo. Et similiter excommunicati sunt bailliui, scabini, consules, necnon omnes Officiales quocunque nomine censeantur, quoniam aliquo prædictorum fuerint culpabiles.

42 71. Contra omnes dominos temporales qui in terris seu locis eorum interdicto suppositis cogunt quilibet celebrare diuina, aut qui voce præconia seu per cāpanarum pulsationem ad officia eadem audienda aliquos præsertim excōmunicationis vel interdicti sententia innodatos, euocant, vel qui excommunicatis publicè aut interdictis prohibent, ne de ecclesijs exeant; dum missarum peraguntur solemnia ad celebrantibus moniti generaliter vel spiritualiter vt exeant, tales enim excommunicantur per cle. grauis, de sen. excō. Et similiter si excōmunicati publicè & interdicti, qui in ipsis sunt ecclesijs postquam fuerint nominatim moniti à celebrantibus, vt exeant remanere præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrunt, & à solo Ro. Pont. possunt absolui, vt in alle. cle.

72. Contra omnes qui sine licentia Sedis Apostolicę nominationi, electioni, vel assumptioni in Senatorem, Capitaneum, Patricium, aut Rectorem, vel ad regimen vrbis Romæ assentiunt,

tiunt,vel se intromittunt per se vel alium vltra annale spacium, nisi ex ipsa vrbe naturaliter sint oriundi aut cõtinui habitatores,nec habent extra territorium talem potestatem quod possent euacuare rationem constitutionis fundamenta,de elect.li. 6. Tales enim ibidem excommunicantur. Et similiter intendẽtes vel obedientes sic assumptis, & qui ipsos nominauerint,elegerint,vel assumpserint,& dantes eis auxilium &c. Sed huiusmodi constitutio,& etiam c.1.de locato sunt locales & in terra Papæ.

73. Contra illos qui mittunt scripturã vel nunciũ vel secretè loquuntur Cardinalibus vel alicui eorum exeuntibus in conclaui pro electione Papæ, Tales enim sunt excommunicati in cap. vbi maius periculum. de elect. lib.6.

Et similiter omnes domini Rectores aliique Officiales cuiuscunque dignitatis aut cõditionis existant qui diligenter nõ obseruãt, aut fraudem circa ea cõmittunt,quæ sibi præcipiuntur obseruanda in obitu summi Pontificis morientis in eorum terra, vt habetur in dicto.c.vbi periculum. Quod intelligit Domi.nisi tales officiales impedirentur de iure vel de facto,quia tunc nõn ligarentur.

74. In omnes qui per se vel per alios spoliando seu alias iniustè persequendo grauare præsumpserint in beneficijs seu alijs bonis suis clericos vel quaslibet personas ecclesiasticas, aut eorum consanguineos vel ecclesias, monasteria seu loca,cætera ex eo quod tales personæ ecclesiasticæ ad quos spectat electio

nolu-

noluerint vel nolunt eligere eum pro quo rogabãtur, tales enim excommunicati sunt per c. sciant cuncti de elec. li. 6. vbi dom. post Archi. dicit quod spoliando intelligitur siue auferant latenter, siue vastent quocũq; modo, siue inuadant immobilia siue rapiant mobilia per vim & publicè, siue fraudẽ per dolũ. &c.

75. In eos quæ regalia siue collectã quæ fit nomine Imperatoris aut Regis seu vectigalia à rege concessa ecclesijs, aut custodiam siue gardiam vel aduocationis seu defensionis titulum in ecclesijs, monasterijs, aut alijs pijs locis vacantibus de nouo vsurpando bona ecclesiarum, monasterium, aut locorum ipsorum occupare præsumunt cuiuscunque sint dignitatis, nam tales sunt excommunicati si prædicta iura de nouo vsurpent, videlicet à. 40. an citra secundum gar. in c. generali. de elect. li. 6. & etiam virtute illius vsurpationis bona vacantium prædictorum occupent aliter non essent excommunicati secundum Domi. in præalle. c.

43 76. In omnes illos qui absolutionem vel reuocationem quamcunque à sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti extorserint per vim aut metum, nam omnes tales sunt excommunicati per c. vnicum. de his quæ vi me. ve. cau. si. lib. 6. Quod intelligi debet secundum gloss. & Archi. si absolutio vel reuocatio sit facta. quia si iudex noluisset absoluere vel reuocare, non haberet locum pœna prædicta. Et habet locum etiam si sententia sit iniusta vt no. ibidem. Dicunt tamen Officiarij Regij prædictam & quasdam alias

alias decretales per Bonifacium Octauum in odium Regis editas non fuisse ad missas in regno Franciæ & ideò non seruari.

77. In omnes cõpellentes cuiuscunq; conditionis sint prælatos vel Ecclesiasticas personas ad submittendum Ecclesias subijciendo bona immobilia vel supponendum iura Ecclesiastica laicis, vel recognoscendum seu profitendum se tenere ab illis tanquam à superioribus vel ad statuendum eosdem laicos tanquam patronos vel aduocatos Ecclesiarum seu bonorum ipsarum in perpetuum, seu ad non modicum tẽpus sine capituli consensu & licentia speciali sedis Apostolicæ. Nam tales excommunicati sunt per cap. hoc consultissimo. de re. eccle. non alie. li. 6.

Et pariter sunt excommunicati omnes laici qui ex licentia Papæ & consensu Capituli contractus inierunt de Ecclesiasticis immobilibus, vel inirent in futurum si aliquid plusquam importat natura contractuum ipsorum, vel pactum in eis factum vsurpauerint vel exegerint, si moniti legitimè non desistunt ab huiusmodi vsurpatione restituendo etiam taliter vsurpata, vt in præ dict. cap.

78. Contra omnes qui per se vel alios suo nomine, vel alieno ab Ecclesijs vel Ecclesiasticis personis exigunt pedagia vel guidagia pro rebus suis proprijs, quas deferunt vel deferri faciunt non causa negociationis, nam tales excommunicantur per ca. quamquam de censi. lib. 6. si sint singulares personæ. Si communitas,

munitas, vniuersitas, aut collegium ecclesiastico subijciuntur interdicto.

79. Contra omnes qui litterarum Apostolicarum imperatores, vel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes super causis quæ ad idem forum de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur compellunt, seu cõpelli procurant, aut per se vel aliũ impediũt, ne coram iudicib. ecclesiasticis delegatis seu ordinarijs possint iusticiã obtinere, vel quærelam de dictis causis coram eis proponere, iudices ecclesiasticos vel impetrantes aut litigare volentes, aut propinquis ipsorum seu res illorum aut ecclesiarum suarum, etiam per captionem modis ve alijs quibuscunque aggrauant cum dantibus auxilium, cõsilium, vel fauorẽ ad prædicta. tales enim sunt excõmunicati per cã. quoniã. de immũ. Ecclesiarũ. li. 6. Nec debent absolui nisi prius integrè satisfecerint tam iudici cuius iurisdictionem, in casu cuius cognitio ad ipsum de iure vel de consuetudine pertinebat, perturbauerint, quam parti perturbatæ de iniuria damnis, expensis, & interesse, vt in præall. c. quoniam quod pariter officiarij dicunt in regno non fuisse receptum.

80. Contra omnes sæculare dominium obtinentes quæ suis subditis interdicunt ne prælatis aut clericis seu personis ecclesiasticis quæcunq; vendant aut emant aliquid ab eisdem, nec ipsis bladum molant, coquant panẽ, aut alia obsequia exhibere præsumant, tales enim sunt excommunicati ipso facto per ca. eos de immu. ec. li. 6.

71. Docto-

81. In Doctores &Magistros qui religiosos habitu suo dimisso leges vel Phisicam docēt, vel in scholis suis retinere præsumunt, nam tales excommunicantur per c. vt periculosa ne Cle. vel Mo. li. 6.

82. In omnes qui præsumpserint ecclesiasticæ sepulturæ tradere hæreticos, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter sunt enim excommunicati. per. c. quicunque de hære. lib. 6. Nec debent absolui nisi proprijs manibus publicę extumulent, huiusmodi corpora damnatorum vt ibidem.

83. Contra potestates, dominos temporales, rectores, vel eorū officiales, seu balliuos qui de crimine hæresis cognoscunt vel iudicant, siue si captos pro eodem crimine absque Episcoporum vel inquisitorum licentia à carcere liberant, vel executionem pro huiusmodi crimine eis à diœcesano vel inquisitoribus iniunctam non implent prout ad eorum spectat officium. Etiā si directè vel indirectè præsumunt sentētiam diœcesanorū vel inquisitorum aut processum impedire vel si diœcesano vel inquisitoribus præsumpserint se opponere in his quæ ad præfatum fidei negociū incumbunt aut aliter impedire cum omnib. dantibus eisdem in pręmissis auxiliū consiliū vel fauorē, nam oēs sunt excōmunicati vt in c. inquisitionis de hære. li. 6. Si hoc fecerint animo impediendi prędictū officium secundū Matthe. alias secus de quo iam tetigi generaliter supra in huiusmodi parte. §. 52.

84. Contra illos qui per assassiones aliquem interficiunt, seu interfici mandauerint

nam tales licet mors forsan secutà non fuerit cum ipsorum receptatoribus, defensoribus, seu occultoribus sunt excommunicati & alias diffidati. & c. vt in ca. 1. de homici. lib. 6. de quo supra in 13. fallentia regul. 1.

85. Contra omnes personas ecclesiasticas singulares cuiuscunque dignitatis, conditiónis, aut status collegia & vniuersitates quæ vsurarijs alienigenis concedunt domos ad fænus exercendum, tales enim excommunicantur in c. 1. de vsuris lib. 6. & vniuersitates & collegia interdicuntur. Et si laici fuerint, ab huiusmodi excessu compescendi sunt per censuram ecclesiasticam ab ordinarijs locorum vt ibidem.

86. In omnes concedentes repræsalias contra personas ecclesiasticas, vel eorũ bona vel si generaliter concessas prætextu cuiusuis cõsuetudinis ad easdem referunt seu extendunt nisi infr. mensem à die concessionis reuocent si sint personæ singulares sunt excommunicati. in c. vnico de. iureiur. li. 6.

87. In omnes qui sequestrationem. quæ fieri debet de beneficio per triennium integrum pacificè non possesso post sententiam diffinitiuam contra possessorem apud Sedem Apostolicam dũtaxat in petitorio vel possessorio promulgatã impedire, vel fructus sequestratos, qui super sunt oneri tenentis sequestrum occupare præsumpserint, quia etiam sunt excommunicati. vt in Cle. vnica de sequestra poss. & fruct.

88. Contra omnes impedientes visitatores Monialium quarumcunque & etiam canoni-

carum

rum regularium in his quæ pertinent ad officium visitationis earundem, nam tales si moniti non desistant sunt excõmunicati. vt patet in Cle. attendentes, de statu regu. in fi. & vide ibi Zaba. qui ponit quod tria requiruntur ad hoc vt quis incurrat dictam pœnam.

89. Contra omnes statum Beguinarum assumentes vel assumptum sectantes, & qui assumentibus dant auxilium, consilium, vel fauorem directè vel indirectè, quoniam tales excommunicatur per Cle. 1. de religio. domi.

90. Contra omnes scienter contrahentes matrimonium in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, necnon contrahentes cum Monialibus, tales etiam excommunicantur in Cle. vnica de consanguin. vel affin.

91. In omnes potestates, capitaneos, rectores, consules, iudices, consiliarios, aut alios quo suis officiales qui faciunt statuta, scribunt, vel dictant quod vsuræ soluantur aut quod solutæ non restituantur cum repetuntur. Et qui secundum illa statuta scienter iudicare præsumpserint & si prædicta statuta hactenus edita de libris commitatum ipsarum non deleuerint, si habent potestatem super hoc infra tres menses, & quoscunque prædictos præsumentes obseruare dicta statuta siue consuetudines effectum eorum sumentes quomodo, sunt enim excommunicati per Cle. vnicam de vsuris. An autem alij à supra notatis incidant in prædictam pœnam vide ibi per Paul. & Zaba.

92. In omnes qui participant excommunicatis publicè in crimine damnato antequam factum fuisset propter quod fuêre excõmunicati, nam tales eadẽ excõmunicatione ligantur, ca. nuper & c. si concubinæ de sen. excom.

44 93. De artis datis pro matrimonio Ecclesia potest indirectè cognoscere secundum Fede. de se. consilio. 160. cir. fi.

94. Epis. vel alius prelatus potest esse delegatus Principis no. Sicu. in c. inter dilectos. de fi. instru. & Cald. in ti. de offi. le. consi. 6. Ioan. And. in addi. Specu. tit. de assesso. §. debet ver. sed nunquid à talib. tamen debent abstinere, per ca. teq; 11. q. 1. & c. de præsentium. 16. q. 1. & fa. l. repetita. C. de Episc. & Cle. nisi materia concernat animam vt per Sicu. & Ana. in c. in Archiepiscopatu. de rapto. tamen iudiciũ nõ est nullum cũ iurisdictio sit habitu penes Ecclesiam vt latè no. per Anto. & Sicul. in c. decernimus de iudi. Et facit quod no. Inno. in c. 1. de obl. ad ratio. vbi pro vna causa potest clericus esse procurator laici licet non in pluribus. no. Sicu. c. per venerabilem qui fi. sint legi. faciunt no. per præpo. in ca. cum parati de appel. & Bal. in ti. de pace. cõstan. §. in ciuitate. in prin. & in c. reprehensibilis. 24. quæst. 8. & 17. distinct. c. Episcopus.

95. licitè prælati impendunt consilium, & auxilium dominis temporalib. pro conseruatione Reipublicę maxime instante magna regni turbatione. no. Sicul. in c. non est de voto ad hoc. Inno. in c. licet ex suscepto de foro cõpe. vbi dicit quod rebelles imperij Papa domare potest quod per Sicul. extollitur in cap.

quod

quod super his 2.col. de voco & in c. nouit in 2.no. de iudi.& in ca.excommunicamus in.§. catholici de hæreti.& ibi Ana.in fi. & idē Sicul.in c.1.vlti.col.de offi.ordi. & in alle. c. licet.3.4.& 7.col.& idem Fely.in 1.col. Ex quo arguit idem Sicu.quod prælatus potest esse de consilio regis prout Episco. & Prælati nostri per optimè student in præsenti regno practicare,facit quod legitur & no.in ca. in archiepiscopatu,de rapto.& fa.quod honor.in cap. duo sunt.96.di.& quod not.per Bal. & Fal.in Authen. Habita.C.ne fi.pro parte.

96.Episc.potest excõmunicare principem laicum suæ diœces.gl.in c.si autem.11.quæst. 3.& in c.omnes de maio.& obe.glo.in c. duo sunt.96.di.18.di.quoniam quidam 63.di.c.Valentinianus & c.dilecto de sen.excom.li.6.& potest ipsum principem iudicare.c. Imperator in fi.96.di.& 11.quæst.1.c.sacerdotibus. 45

97. Episc.potest administrare bona principis laici,ab eo tamē nō poterit carcerari pro ratione reddenda secundum glo.& Docto.in ca. dilectus de appel. nisi de fuga foret suspectus per not.Inno.in c.vt famæ.de sen.excommuni & Io. An.in c. nullus de pigno.& in ca. cum non ab homine. de iudi.

98.Episc.ratione iuramēti potest cognoscere de prauitate vel simulatione contractus no.Bal.in l.ordinarij.C. de rei ven.Io.de Prato.in l.qui proprio.ff.de procura.fa.quæ.dixi supra in istius partis.§.21. 46

99. Si iudex sæcularis,est suspectus in aliqua causa tunc de iure potest adiri Episcopus gloss.ita dicit 11.quæstion.1.in summa.&

 fa.in

sa. in authen. vt diffe. iudi. §. 1. & penul. col. 9. Immo est eidem addendus, Episcopus. C. de iudi. authen. si vero. l. apertissimi. C. eo. tit. & Spe. tit. de recusa. §. 2. in princi.

100. Cognoscit Episcopus de conuenticulis laicorum. cap. conuenticulas & ibi Bald. de pace iura. fir.

101. Facit solui dotem etiam nudo pacto promissam Bal. in l. 1. C. de promissio. do. Hostien. & Io. An. post Inno. in c. de prudentia de do. inter vi. & vxorem.

102. Episcopus exequitur sententiam latam per iudicem laicum contra clericũ reconuentum ad litteras iudicis laici. secundum Io. de Imo. in c. postulasti. de fo. compe. & ibi Sicu. & Io. An. in c. 1. de mutu. pe.

47 103. Episc. est iudex reductionis à laudo lato per clericum & laicum. Bal. & Bar. in l. præcipimus in fi. C. de app. vt dictum est supra in huius partis. §. 13. Maximè quãdo laudum est iuratum. c. cum. C. lacius de for. compe. & ca. venerabilem. de elect. Antho. in ca. quinta ua. lis de iureiur, vel si laudum sit de matrimonio, vel re spirituali, vel si nutriat peccatum euidens. vt in c. nouit. de iudi. cap. 2. de arbit. vel si pro parte ecclesię petatur reductio. cap. cum sit generale. de fo. compe.

104. Clericus succedens laico debet coram suo iudice conueniri secundum Bartolum in le. hæres absens in princ. ff. de iudic. & Baldus in le. 2. C. vt in possessionem legat.

48 105. Clericus minor potest petere in integ. restitut. coram iudice Ecclesiastico con-

tra laicum etiam in bonis patrimonialibus. casus est. in cap. constitutis de in integr. restitut. & ibi Anchon. & Philip. in rubrica de appel. in fi. idem tenet Sicul. in allegat. cap. in 1. no. & idem Feli. in cap. cum sit generale. 2. col. de fo. compe. Et idem est dicendum de ecclesia vt possit petere in inte. resti. coram Ecclesiastico iudice contra laicum. ita tenent Innocent. sic. & Feli. in allega. ca. constitutus. & c. cum sit generale.

A D D.

Quod idem tradit Couuaruuias cap. 4. num. 2. variarum lectionum. Felinus & Panormitanus in cap. constitutus de restit. in integrum. Berous tamen in contrarium disputat in cap. 1. de restitut. in integr. nume. 162. vide Romanum, sing. 113. Matth. Boyss Doct.

106. Laicus & Clericus, correi debendi debent coram Episc. conueniri. tenet Bartol. in l. iurisperitis, §. cum oriundus, ff. de execut. tutor. 42

107. Laici possunt in foro ecclesiastico ratione cuiuscunque peccati conueniri. textus in cap. nouit. de iudi. iuncta gloss. super ver. corrigere quod qualiter intelligitur vide per Petr. de Ancha. in præallegat. ca. ea quæ. quæstion. 8. de regul. iuris. lib. 6. & per Docto. in præallega. cap. nouit. vbi per eum disputatur an tutus exceptione rei iudicatæ per iudicem sæcularem possit denunciari coram ecclesiastico de iniquitate sententiæ, vide quæ scripsi supra eo. §. 4. ex præmissis.

50 108. Miserabilis persona potest laicum interdicto vnde vi coram Ecclesiastico iudice conuenire, etiam si res subtracta feudalis esse dicatur. per text. in cap. ex parte. b. de fo. compe. quod temporales officiarij patienter non tolerarent per ea quæ scripsi. supra in 2. regu. 24.

109. Iudex laicus negligens facere iusticiam per ecclesiasticum iudicem compelli potest no. gl. in c. Iudæi in 2. de iudæis. & c. excómunicamus in 1. gl. de hære. & 24. q. 2. c. dominus in glo. 1. dixi supra eo. §. 6. & §. 5.

51 110. Iudex Ecclesiasticus & sæcularis possunt in aliquibus casibus concurrere in causæ cognitione vt in Authen. si verò. C de iudi. Et quandoque ratione necessitatis indiuisibilis instantiæ vt cum volo conuenire clericum & laicum obligatos in solidum ratione contractus, vel administrationis, puta quia fuerint executores testaméti, vel in alijs causis in quibus apud eundem iudicem est agendum. ff. de qui. re. apud eum. l. 2. & cap. cum Martinus. de consti. ita dicit Petr. de Ancha. in allega. c. ea quæ. de regulis iuris. lib. 6. quæstione prima. Et ibi vide ad quem tunc erit appellandum; & concludit quod vterque superior etiam erit adeundus in causa appellationis. Et si non esset possibilis iste concursus erit adeundus iudex Ecclesiasticus tanquam dignior per cap. quanto. de iudi. & cap. quod in dubijs de conse. Ecclesiæ vel alta. & no. Barto. in l. 1. prin. ff de appel. Bald. in l. præcipimus de appel. C.

111. Laicus conuentus coram Papa si di-

catur ipſum non eſſe iudicem ſuum competentem ineptè excipit, ſed debet dicere Papam non habere in ipſum exercitium iuriſdictionis. ita Milus tenet in verbo iuriſdictio. §. iuriſdictionis prorogatio. Et ita dicit practicari in Rota. & dixi ſupra in concluſione.

112. Papa habet iuriſdictionem in omnes Laicos, quo ad decidenda dubia legiſtarum, in quibus ſunt variæ opiniones Doctorum no. Antho. in c. ſuper col. 3. ver. no. 4. de reſcriptis.

113. Papa deponere poteſt Laicum à ſua dignitate. gl. in c. nullus. 21. q. 1. 17. q. 4. c. ſi quis deinceps. & c. Adrianus. 63. diſt. idem eſt de quolibet iudice Eccleſiaſtico: quia priuare poteſt iudicem ſecularem officio Laicali, & ipſum inhabilitare, ſi non vult obedire in his, in quibus eſt ſubditus iudici Eccleſiaſtico, vt no. domin. in cap. vt officium. §. ſtatuimus. de hære. lib. 6.

114. Papa poteſt abſoluere Laicos vaſallos à ſubiectione principis temporalis. c. grauem de exceſſi. prælа.

115. Papa ex cauſa poteſt abſoluere aliquẽ ab obligatione quæſita Laico, qui ei non ſubeſt, quo ad temporalem iuriſdictionem, ſi talis obligatio ſolum contrahitur ex fidei præſtatione. vt in c. quanto. de iureiur. ſecus autẽ, ſi aliunde eſſet quæſita: quia cum talis obligatio ſit de iure gentium nõ poterit per Papam tolli. Cle. paſtoralis de re iudi. & not. Inno. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſti. legiſtæ, in l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. pu.

116. Clericus potest conuenire Laicum in foro Ecclesiastico super noui operis nuncia. de quo per Sicul. in cap. significantibus de no. oper. nun. licet Ioan. Andr. videatur sentire contrarium: sed idem Sicu. dicit quod potest Laicus à Clerico casu prædicto conueniri coram Ecclesiastico, quia ille qui nunciat in iure suo molestatur, & sic est reus, & quodammodo committitur sacrilegium turbando rem Ecclesiæ meritò potest conueniri coram Ecclesiastico iudice, argu. ca. cùm sit generale de fo. competen. & videtur sentire authen. in alle. c. significantibus, quod Sicu. dicit esse notandum.

117. Laicus contra Laicu in casibus concernentibus forum Ecclesiasticū simpliciter vel mixti corā Ecclesiast. iudice agere potest con ditione legis diffamari, C. de inte. & manu. de quo per Inno. Sicul. & Felin. in c. conquærente. de offi. ordin. dicētes, quod potest implorare officium iudicis, vt compellat diffamantem cessare à diffamatione, & id iudex facere tenebitur, propterea dixit text. in alleg. l. diffamare, statum ingenuorum, siue errore, siue malignitate quorundam, per iniquum est.

53 118. Pro quolibet damno illato, potest etiam per Laicos recurri ad iudicem Ecclesiasticum, vt generaliter excommunicet eum, qui damnum intulit, licet probari non possit determinatè quis damnum intulerit. Et hoc intelligo præcedente generali monitione per modum edicti publici. Et ligabuntur omnes scientes & contumaces, pro quo ca. 2. de offic.

ordi.

ordi.& ibi Sicu.c.tam literis:de testi.& c.constitutus de iur.iur.c.ad nostram.5.q.1.c.quidā maligni.de sen.excom.c.à nobis.1.& c.Romana.§.caueant.lib.6.& c.proposuit. de Cle.excom.ministr.cum ibi nota.ad quod fa. c. 2. ne Cle.vel Mona.cū ibi not.per Io.An.in Nouel. Ad hoc l.iubemus.1. C.de defen. ciui. quæ reputatur in hac materia notabilis.fa.auth.si omnes.C.vt ab hære.se ab.& ff.de ori.iur.l.2.§. exactis.& ff.de iust.l.sed si pupillus.§.præscribere.& C.de fur.l. in ciuilem. & de maior. & obe.c.humilis.no.per Inno. in c. præterea. de app.de offi.dele. c.p. & g.

Ex quibus Rota deci.449.post Bal.& Pe.de Perusio fratres concludit sententiam generalem Episcopi,ex causa siue pro facto generali posse proferri,& contra incertam personā, & per modum edicti publici,& ligari omnes, scientes & contumaces. Et sic tam Laici quam Clerici ligabuntur, & vulgo tale monitoriū generale vocari solet monitorium in forma malefactorum. Et permittitur ita fieri per iudices temporales præsertim vsque ad reuelationem inclusiuè.

NOTA.

Insignem hanc decisionem, quam auctor allegat, quod generalis sententia excommunicationis, præcedente generali monitorio per modum publici edicti de re aliqua restituenda, vel decimis soluendis, vel de damno clanculum dato resarciendo, vel de fure iudicando, vel re furti-

furtiua restituenda, liget etiam incertam perso-nam scientem & delinquentem contumacem, e-legans est decisio Rota 444. quam auctor allega-re debebat. In nouis est 19 decisio in tit. de dolo & contumacia. huic regula datur, quod Episcopus vel Vicarius possit monitorias generales contra detinentes res alienas ad instantiam cuiusq; do-mini decernere sub pœna excommunicationis. Dd. in l. Ciuile C. de furtis, de his monitorijs gene ralibus Episcoporum vel Vicariorum pluribus a-git, Silua nuptialis lib. 3. nu. 28. vbi limitat 7. mo-dis. Et inter cætera, quod quilibet sciens & com-parens possit declinare forum, & ad suum iudi-cem confugere, qui velit dicere, quod iusto titulo rem possideat, alioquin iudex Ecclesiasticus per ta lem generalem citationem ad sese omnes causas traheret. Vide ibi, quia auctorem nostrum citat. d. nu. 28. Idem Lanfrancus meminit in Clem. dis-pendiosam nu. 5. vbi praxim & formam citandi docet. Mattheus Boyss D.

119. quando lis magno tempore durauit in-ter aliquos, & est adeò intricata, quod de fa-cili extricari non potest. nam tunc iudex po-test compellere partes ad concordiam, licet causa sit ciuilis per tex. in c. placuit. 90. di. de quo facit festum Antho. & Imol. in c. 1. de mu-tu. pe. & Sicul. in c. 1. de treu. & pa. & in c. cum inter. R. 3. colum. de elect. & in ca. fin. 3. no. de maio. & obe. & in c. cum pridem de pac. & in ca. nouit. 3. col. de iudi. Paul. & Alex. in l. qui-dam existimauerũt. ff. si certum pe. Ludo. Ro. in l. 2. ff. sol. ma. & Alexan. in l. 1. §. & post ope-

ris.

ris ff. de not. ope. nun. 3. colum. & Ludo. & Alex. in l. si quis mihi bona, & iuxta ff. de dam. infe. Quæ Feli. in rubri. de treu. & pace dicit esse ponderanda, quia iste est casus, in quos Episcopus potest coercere Laicos: nam dicitur in alle. c. placuit. quicunque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem diuturna oblatione nequiuerint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur, qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de Ecclesiæ cetu iustissima excommunicatione pellantur. Certum est autem, quod delictum excommunicatione dignum est fori Ecclesiastici. Sicu. in ca. cùm sit generale. 4. colum. de fo. competen. & inferius. §. domino concedente dicetur.

Et ideò videtur, quod Episcopus mortaliter peccet, non intromittens se per censuram ad pacificandos ciues cum scandalo dissentientes, quia licet alius non obuians delicto nō peccet, vt delinquens, fallit tamen in prælato. Sicu. in ca. quantæ. de senten. excom. & negligentia in prælato, est peccatum mortale, etiā in concernētibus pacem, in c. 1. de treu. & pa. & ibi Sicu. in 2. no. Et quod negligentia in reuocando discordes ad concordiam sit peccatum mortale in prælato est glos. sing. in §. criminis. alias incipit Ea demum. in ver. neglexerit. 25. di. licet in alio sit veniale, vt ibi. Et dicit Sicul. in ca. 1. de offi. ordi. quod Episcopus debet excommunicare & interdicere ciues expellentes alios iniustè ex ciuitate, & dicit Bal. in l. 1. §. quies. ff. de offic. præfect. vr. quod officialis videns rixantes, & non se interponens

niens cum possit, potest ob hoc ab officio remoueri: ita Feli. vbi supra.

54 110. si Laicus fuerit absolutus vel punitus in foro temporali de crimine, quod est etiam punibile in Laicum, secundum ius canonicū poterit absolutione tali vel punitione non obstante per iudicem Ecclesiasticum puniri vel absolui secundū Bal. in l. placet. de Sacrosan. Eccl. dicentem, quod pœna spiritualis non tollit temporalem nec conuerso, idem Bal. in in l. si quis in hoc genus. C. de Epis. & Cle. Pe. de Anch. in regula iuris Ea quæ. 27. col. ver. 9. quæritur dicens Bal. ita consuluisse: quamuis Bal. non decidat in l. 1. C. de sum. Trin. Ad c. si de exce. li. 6. Feli. in c. de his. de accu. ver. 12. respondet, dicens quod loquitur in sententia lata in causa ciuili, non autem in criminali, de quo dictū est vlterius ad ea quæ latissimè ponit Sicu. in c. tuæ, vlt. col. de procur. vbi pro ista conclusione alle. tex. in c. felicis. §. per hoc de pœnis. li. 6. idem no. Sicu. in c. de cau, pen. col. de offi. dele. idē Sicu. & Imo. in c. 1. de offi. ord. per Pe. de Anc. Zab. & Ana. in c. 2. de adul. per ana. c. qualiter & quādo. §. ad corrigendos 8. col. de accus. Bart. in l. nemo martyres. C. de sacros. Ecc. Adde tu Fran. Are. in alle. c. de his gl. Domi. in alle. §. per hoc. & idem Sic. in c. cū sit generale. in 2. no. quæ omnia faciunt ad id, quod scripsi supra in 4. reg. fallen. 2. vel quod abolitio seu remissio, quam Rex concedit clericis, non potest eisdē prodesse ad hoc, vt non puniantur per eorum Episcopum. pro crimine remisso seu abolito per regem, super quo puncto, vide remissiones quas ponit Felinus

in c.

in c.cùm sit generale.5.col. vbi finaliter dicit, quòd solitus est tenere distinctionem, quam ponit Sicu.in c.tuæ.de procu.

121.Clericus vel Ecclesia potest agere contra Laicum conditione.c.reintegranda.coram iudice Ecclesiastico:nam ille canon inducit speciale priuilegium Ecclesię, vt no.Cald.in c.cũ ad sedem.de resti.spol. ita concludit Sic. in c. cum sit generale.6.col.de fo. compe. allegans prædictum Cald. & gl. no. in c.cum dilectus. quod me.cau quę est pe.quam dicit ibidẽ esse menti tenẽdam,& nescire al.bi. Mihi videtur ꝙ alia ratio posset etiã assignari, quia omnis condictio ex lege est actio personalis, vt inst. de actio.§.sic itaq; ver.appellamus, modo clerici super actionibus personalibus contra Laicos agere solet coram Ecclesiastico iudice,ergo&c.Et ista ratione videretur idem dicendũ si ageretur conditione:ex c.sæpe.de resti.spo. aut alijs conditionibus,quæ pro recuperanda possessione proponi de iure possunt, dubito tamẽ quod iudices tẽporales huiusmodi regni nequaquam id tolerarent per ea quę scripsi supra in 2.regulæ fallen.24.

122.Clericus vel Ecclesia potest agere contra Laicũ interdicto vti possidetis, si dicat se turbari per Laicum, & hoc coram iudice Ecclesiastico,ita firmat Sicul.in alle.c.cùm sit generale.6.col.dicens Lap.ita tenuisse alle.li.quia ex huiusmodi turbatione inducitur iniuria, violentia,& molestia,pro quibus qualitatibꝰ potest agi coram Ecclesiastico iudice,& istud dicit simpliciter esse tenendũ:quanquã Anth. istud aliter voluerit limitare in c.si Cle.eo.ti. 55

& pro huiusmodi dicto secundum eundem Sicul. est bonus text. in cap. licet. de probat. & c. conquestus. de for. compet. & ibi Sicul. in 3.no.idem Fely.in alle.ca.cùm sit.2.col.verumtamen sicut dixi in §. præcedenti, vix hoc admitterent iudices seculares huiusmodi regni propter scripta vbi supra. de spoliatore Laico,an possit corã Ecclesiastico iudice conueniri ad instantiam Clerici dictum est supra in huius ti.§.39.

123. vbicunque allegatur fraus adhibita in factis Ecclesiæ,procedit præalle.c. cùm sit generale:vt vel Ecclesia sibi vendicet iurisdictionem in Laicum.ita Inno.Sicul.Fely.& doct. in eo.c.alleg.Lapum alleg.59.dicentem,quod de fraude Clerici vel Prælati ementis de bonis Ecclesiæ prædium, & facientis instrumentum confici &retineri sub nomine consanguinei,& amici sui,aut alterius tertij cognoscet Ecclesia,quia isti fraudantes Ecclesiam,dicuntur malefactores Ecclesiæ, pro quo Sicul. alleg.tex.& ibi doct.in c.inquirendum de peculio Cleric. Item tales fraudantes Ecclesiam, anathematizantur.12.q.2.c. quicunque. & ca. Apostolicos. ergo spectat iurisdictio ad Ecclesiam,quia excommunicatio infligitur propter causam Ecclesiæ subiectam. 30. di.si qua. c.quicunque.& quod no. Io. An.in regula, Ea quæ fiunt à iudice.de reg.iur.lib.6. in Mercuriali.& ita refert Sicul.tenere Lapum, vbi supra.

124.vbicunque reperitur iudicem Ecclesiasticum posse per Laicum excommunicare, ex hoc concluditur iurisdictio sua: ita Lapus alleg.

le.59.tenent Sicu.& Feli. in alle. c. cum sit generale; quod idem Sicu.corroborat, sit excommunicatio.c.pęna & sacro de san.excom.quã nulla pœna maior reperitur in Ecclesia Dei 24.q 3.corripiantur,& pœna nõ est alicui infligenda,nisi per iudicem 23.q.2.§.1.Item fieri non debet sine causæ cognitione 11. qu.1.c.nemo.de sen.excom c.1.li.6. & per solum iudicem in c.1. præalleg.vbi ter repetitur verbum iudex.fa. c.nouit. de iudi. Ex quibus verificatur conclusio supradicta.

125. Episcopus contra quemcunque etiam Laicum potest de omni crimine inquirere respectu pœnitentiæ imponendæ, ita Io. An.in c.ad nostram.2.super glo.2.de iureiu.ita intelligens.c.2.de offi.ordi.& est bõ.gl.in ca.1.6.q.1.ita secundum Felin.in alle.ca.cùm sit.4.col. potest intelligi,quod not. Domi.in c.2. in fi.1. col.de consti.in 6.dicens, quod ad euitationẽ peccati potest Episcopus statuere etiam contra Laicos de omni crimine. Adde hic quæ scripsi supra in huius tit.§.3.& 38. 56

126.vacante principatu non recognoscente superiorem Papa succedit,ita Felin.in c.licet ex suscepto.1.col.de fo.compe.qui allegat Zochum idem tenere in c. & si necesse. de dona.inter vi. & vxor. & quanquam Sicu. in alle.licet teneat quod Imperator succedat casu prædicto nihilominus idem Feli.dicit oppositum esse verius, quod imò Papa huic statui succedat, quod sic confirmat.horum potestas similis est imperiali.Barth. in l. hostes. de capti.Sicu.in c.cum te.de re iudi. Bar. in l.infamem. de pu.iudi.& in l.acta.§. amplianda.ff. 57

de re iudi.& in l.1.ff.de postula. omnes.in ca. per venerabilem, per illum tex. qui fi. sint legi.sed in imperiali succedit Papa:vt in alle.c. licet ergo & in ista facit dictum Hosti.in c.cũ Ioannes.de fi.instru.quod à tali statu appellatur ad Papam:ergo in huius ti.§.4.idem tenet Anto. vt refert Feli. vbi supra. qui circa fi.dicit Cardi. ibidem narrare commune dictum omnium, quod vacante imperio Papa succedat in iurisdictione imperiali: est enim hoc turbare iurisdictionem imperialem contra c. nouit.cum simili.ideo expectandus est successor,fallit in causa præallé.c.licet.vbi oppressi in iustitia deficiente vltimo capite seculari appellant ad Papam,quia cum appellatio debeat fieri ad superiorem,non est tunc alius superior.

Moderni tamen fatentur non esse iure expressum illud commune dictum, quod tamē tenent allegando Bar.in l.1.§.denique.ff.de aqua plu. ar. cui Felin.addit,quod legatus non succedit imperio vacanti.glo.in Cle.pastoralis.in ver.succedimus. de re iudi.singularis secundum Roma. not. 407. incipienti vacanti imperio.sed quicquid sit est decisum à Io. 22. in extrauag. incipien. si fratrum & coepiscoporum more.vbi inter alia grauiter puniuntur omnes, qui prætenderent se vicarios imperij vacantis,cui Papa succedit, prout de iure liquidum est,& iampridem inconcussè seruatum.

127.Emphiteota potest per Ecclesiasticum iudicem compelli ad reficiendum rem emphiteotecariam per text. in auth.de non alie.

aut

aut permu.re.Eccle.§.scire autem. col. 2.& 3. Et compelletur conditione illius auth.seu legis aut constitutionis, & sic actione personali ad idem tex.in auth.de alie.&emphi.§.si verò quis locator.col.9.vbi Bar. & in aut. qui rem. C.de sacros.Eccl.pro quo fa.l.si grege.in fi.ff. de le.1.ita deciditur per q. Capelle.nu.354.

128. Locorum ordinarij Ecclesiastici per censuram Ecclesiásticam compellere possunt iusticiarios omnes, & dominos temporales vt permittant damnatis ad mortem, si petant ministrari pœnitentię sacramentum, consuetudine contraria, quæ potius abusus esse censetur non obstante, vt in Cle.1.de pœni. & remis.Et sic, si petierint Eucharistiæ sacramentum non debet negari, glo.in præalleg. Cle.in ver.pœnitentię mouetur.per c.quod in te.eo. ti.vbi cui conceditur pœnitentię sacramentū concedi censetur viaticum. idem tenent Zaba.& Io.de Imo.in præalle. Cle.de quo in ca. sane.de cele.missa. 58

Ad quod facit, quia per iudicem Ecclesiasticum loci ordinarium compelluntur iudices seculares obseruare ius canonicum, quod ad prouisionem animarum statutum est, vt in c.fi.de foro compe.li.6.c.fi.de excep. & ca.licet.de iureiu. & c.decernimus.de sen.excom. eo.lib.no.Imo.Zaba.in præal.cle.1.& dixi supra.in huius ti.§.44.

Sed quod supra dictum de viatico non seruatur in præsenti regno, nam fuit denegatum domino Ludouico de Lucenburgo Conestabulatio, qui Anno Domini 1475. fuit per curiam parlamenti, eo quod crimen læsæ

maiestatis in Regem frequenter commisisse, cum hostibus conspirasse, & fidem, qua reipublicæ obnoxius erat violasse confessus fuerat, missa tamen coram eo prius celebrata fuit, & panis benedictus oblatus, quem religiosè manducauit, inde ad grauiam perductus, atque in tabulatum conscendens, postquam ad diuæ Nariæ templum conuersus lõgiusculam orationem plorans habuisset, à carnifice vno gladij ictu capite punitus est, cadauer autem per cordigeros in ipsorum Ecclesia humatum est decembri mense, die 19. anno prædicto.

ADDE.

CRIMINOSVS SVSPENDENDVS *ad Sacramentum admitti debet.*

Criminoso, qui suspendi debet sacramentum negari non potest. text. in cap. Quæsitum 13. q 2. vbi dicitur, quod etiamsi sit aliquis patibulo suspendendus, non tamen ei denegari debet sacra communio. Concordat gloss. in cap. si quis de corpore 26. qu. 6. text. in cap. 2. de furtis. in cap. super eo, de hæret. in 6. text. in cap. 1. de pœnitent. in Clementinis. Tenet. idem Cassan. in Consuetud. Burgund. §. de confiscat. bonorum, tit. de iustitia. nu. 5. & Damhauder. in prac. Criminal. c. 150. nu. 4. facit. capit. Pœnitentes. distinct. 50. vbi dicitur, quod viaticum Eucharistia omnibus in morte positis non sit negandum, etiamsi atrocissima scelera commiserint. Couuaru. in Resolutio. varijs cap. 1. num.

num.11. Probat idem Franciscus Marci, decis. 10. lib. 2. quod damnatis ad mortem non debeat denegari sacra Eucharistia per iura supra allegata. Et hæc vera sunt si damnatus petat quia petentibus nullo modo deneganda est, probat Maranta eleganter In L. Is potest. num. 118. post Practicam suam. Abbas in Capit. Ex parte, de sepultura.

Couuaruuias tamen dicit in d. capit. Quod vsu & consuetudine receptum sit ne his qui proximè sunt mortis pœna afficiendi, & puniendi Sacramentum Eucharistia detur. At ego existimo impium esse quod tali verè pœnitenti denegetur viaticum æternæ salutis. Et contrà Couuaruuiam dico quod non valeat talis consuetudo, quod damnatis ad mortem non detur pœnitentia & Eucharistia, vt probat Petrus Rauennas in Rubric. de Pœnitent. & remißionibus in Clementinis In Alphabeto suo Iuris Canonici.

Et hoc quoque ex eo iuuatur, quod delinquens morti adiudicatus post communionem sacram ad vnum diem, duos aut tres adhuc ad supplicium trahi non debeat, sed tam diu expectandum est, vt probat Hostiens. in summa, in tit. de immunitate Ecclesiarum. § inquantum, nume. 11. Idem tradit Apostillator ad Panormitan. in capi. Sanè, de celebratione Missarum. Franciscus Marci, decis. 10. num. 4.

Iulius Clarus in qu. penultim. num. 3. asserit idem de iure, non esse negandum condemnatis sacramentum, & quamuis in quibusdam locis ex con-

suetu-

ſuetudine non detur, vt in Gallia atq; Hiſpania, tamen admittit præmiſſam ſententiam, quod vno atque altero die mox decapitari non debeat.

Idem argumentum tradidit Reuer. D. Binſfeldius Suffraganeus Treuirenſis, tract. de confeſ. maleficiorum in dubio 5. mox in fine, vbi maximè improbat iniquiſſimi Sacerdotis dictum, qui condemnato corpus Chriſti petenti reſpondit. Non eſt æquum dare ſanctum canibus. Matth. Boyſſ Do.

129. Iudex Eccleſiaſticus punire poteſt Laicum, qui peccatum in confeſſione ſibi facta per aliquem in articulo neceſſitatis reuelare præſumpſerit: ita Sicu. in cap. omnis. de pe. & re vltim. col. Clauaſ. in ver. confeſſio vltim. §. 20.

59 130. Poteſt Eccleſia punire piratas, curſarios, & latrunculos maris, & omnes receptatores eorundem, & dantes eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem, & omnes tales in die cænæ per proceſſum curiæ annalem excommunicantur. Et dicitur pirata quicunque in mari deprædatur, niſi habeat iuſtum bellum contra eos quos deprædatur, ita Clauaſ. in verſi. excommunicatio. 5. §. caſus. 18. eſt contra piratas.

60 131. contra omnes, qui in terris ſuis noua pedagia imponunt, vel prohibita exigunt, tales enim pariter, ſicut præcedentes excommunicantur. Sed à ſponte ſoluentibus pedagia recipiẽtes excõmunicationem nõ incurrunt ſecundum gl. & Pau. in Cle. quemadmodum. de immu. Eccle. quia exigere eſt ab initio ex-

Clauaſ.

torquere. Clauaſ. vbi ſupra. §. caſus 19.

132. Contra impedientes ſeu inuadentes victualia, vel alia ad vſum Romanæ Curiæ, neceſſaria adducentes, ſeu ne ad ipſam adducantur, vel deferantur impedientes, aut perturbantes, & contra defenſores talia facientium, ita Clauaſ. vbi ſupra. §. caſus 22.

133. contra illos, qui iuriſdictionem ordinariam vel delegatam non habentes morantes in curia Romana temeritate propria capiunt, ſpoliant, & detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præſumũt, & qui talia fieri faciunt ſeu mãdant. Clauaſ. vbi ſupra. §. caſus. 23.

134. Contra omnes, qui ſe ab obedientia Romani Pontificis pertinaciter ſubſtrahere, vel quomodolibet recedere præſumunt, & contra dantes auxilium, vel fauorem prædictis Clauaſ. vbi ſupra. §. caſus. 27. 61

135. Contra omnes, qui iuriſdictionem ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentem vſurpãt per ſe, vel per alium, ſeu alios directè vel indirectè, aut in eiſdem conſiliũ, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur. Claua. vbi ſupra. §. 28.

136 Contra omnes mutilantes, vulnerãtes, interficientes, ſeu capientes, & detinentes, ſeu deprædantes Romipetas & peregrinos ad vrbem cauſa peregrinationis, & deuotionis accedentes, & in ea morantes vel recedentes, ab ipſa & contra oẽs in his dantes conſilium, auxilium, vel fauorem. Clauaſ. vbi ſupra. §. caſus 29. 62

137.contra omnes illos, qui per se, vel aliũ directè vel indirectè sub quocunque titulo, vel colore occupant, detinent, vel hostiliter discurrunt, seu inuadunt in totum, seu in partem almam vrbem, aut alias ciuitates, vel terras, & loca & iura ad Romanam Ecclesiam spectantia cum adhærentibus, fautoribus, & defensoribus eorum, seu dantibus auxilium, consilium, vel fauorem in eisdem. Nam tales & similiter in septem præcedentibus ver. nominati per processum curiæ annalem in die cœnæ domini denunciantur excommunicati, & huiusmodi casum ponit Clauas. vbi supra, §. casus 30.

138.contra omnes exenterantes, vel in frusta diuidentes, aut in aquis coquentes, vt carnem ab ossibus euellant, corpora defunctorum, vt alibi tumulanda deferant. nam tales per extrauag. Bonifacius 8. quæ incipit detestandæ in titu. de sepul. sunt excommunicati ipso facto, & non possunt absolui, nisi per Apostolicam sedem, præter quam in mortis articulo.

Quod tamen procedit tribus concurrentibus. primum, quod ille mortuus sit in terra, vbi viget cultus Christianus, quia si esset mortuus in terra infidelium, non caderet in pœna prædicta faciendo, secundum quod prędicta faciāt cadaueri mortuo, tertium quod faciant animo, vt alibi tumulanda deferant, qa si facerent ex odio vel propter hirurgiā non inciderent in pœnam prædictam secundum Claua. vbi supr. §. casus. 12.

139.Contra omnes qui libellos famosos aut can-

cantilenas vel rhitmos faciunt detinent vel publicant in infamiam status ordinum Minorum & Prædicatorum tales enim excommunicati sunt per extraua. Alexan.4.quæ incipit ex alto, sub ti.de priuil. Necnon docentes, vel defensantes, quod præfatorum ordinum fratres non sunt in statu perfectionis, & quod non licet eis de eleemosynis viuere, aut quod non possint prædicare siue confessiones audire de licentia Romani Pontificis prælatorum ordinariorum sine consensu curatorum. Atque pariter faciẽtes violentiam damnabilem in locis prædictis ordinum, nam tales omnes sunt sicut pręfertur excõmunicati & nõ possunt absolui nisi à Sede Apostolica aut conseruatoribus prædictorum ordinum præterquam in mortis articulo ita Clauas. vbi supra.§.casus 36.cum duobus sequen.

140. Contra omnes intrantes monasteria Sanctę Claræ & Ordinis Prædicatorum, nam tales sunt excommunicati si intrant præterq; in casibus per eorum regulam & statuta concessis. ita dicit Clauas. vbi supra.§.casus.39.

141. Contra omnes Magistros & scholares Bononiæ conducentes hospitia domorum aliorum Magistrorum in lesionem vel impedimentum inhabitantium, nisi prius tẽpus conductionis sit elapsum, vel nisi de consensu ipsorum magistrorũ vel scolariũ inquilinorũ, tales enim excommunicantur in c.1.de loca. Et quanquam communiter teneatur, quod ista constitutio sit localis. Hosti. tamen tenet, quod est generalis ad omnia studia, quæ sunt sub dominio Papæ: pro quo glo.in l.ne cui.C.

loca.quod Clauaſ.dicit eſſe tutius per prolo. gum in. ver.Doctorib. & ſcholarib.Bononiæ commoran.quia cóprehenduntur etiam alibi exiſtentes, ita Clauaſ. in ver. excommunicatio.7.§.caſus.4.

142. Contra omnes qui vocati ad dirigendas Moniales, electionibus nō abſtinentes ab his per quæ inter eas ſuper faciendis electionibus ipſis oriri poſſet diſcordia vel exorta nutriri, nam tales ipſo facto ſunt excommunicati, vt in c.indemnitatibus.§.poſtremo.de ele.lib.6.vbi Gemi.quod prædicta pœna non habet locum in his qui non ſunt vocati ad dirigendam electionem, licet nutriant diſcordiam.Et iſta pæna non ſolum habet locum in electionibus Monialium, ſed etiam in his quę non renunciant proprio, ſed viuunt ſicut canonici ſæculares in ſæcularibus Eccleſijs, ita Clauaſ. vbi ſupra.§.caſus.16.

143. Contra eos qui procurant vt cõſeruatores ſibi dati ſe intromittant de alijs, quā de manifeſtis iniurijs, quia tales ipſo iure ſunt excommunicati, vt in ca.hac conſtitutione.§. vt autem. de offi.dele.li.6.

144. Contra illos qui fingunt cauſam vel faciunt fraudem vt iudex perſonaliter vadat ad mulierē pro teſtimonio ipſius capiēdo nā tales fictores vel fraudatores ipſo iure ſunt excōmunicati, vt in c.mulieres.de iudi.li.6.

145. Contra eos nouum ordinem aut religionem inuenientes vel habitum nouæ religionis aſſumentes vt cum alijs ſimiliter viuāt, quia tales ſunt excommunicati in c.vnico de reli.domi.lib.6.

146. Con-

146. Contra omnes recipientes res ecclesiasticas alienatas in casibus à iure nõ concessis, nã tales per extraua. Paul. 2. positam super ti. de re. ec. non alie. sunt excommunicati.

147. Vbi auctoritas præstanda est in actib. spiritualibus gerendis cũ minore iudex Ecclesiasticus habet illam interponere, & non iudex sæcularis gl. & Domi. in ca. si annum de iudi. lib. 6. super verbo eiusdem.

148. Quando pater vult emãcipare filium clericum, & dare sibi partem hoc fieri potest coram ecclesiastico iudice vel sæculari. ita Domi. vbi supra in §. si vero. 2. col.

149. Ad iudicem ecclesiasticũ pertinet cogere iudicem secularem vt liberet quẽcunq; captiuum, quẽ in carcere iniustè detinet no. Inno. & plenius Host. & Io. An. in ca. exposita de arb. & Lu. de penna in l. nemo carcerem. 3. col. C. de exacto. tribu. li. 10.

ADDITIO.

Casus, quibus Ecclesiasticus cognoscit contra laicum, sunt sacrilegium, Rapina bonorum Ecclesiasticorum, Simonia, Periurium, Adulterium Sodomia, Crimen falsi in literis Apostolicis, Assassinij, fracta pacis, sacrilegij, & alijs quos refert Capra in reg. siue conclusionibus communibus. reg 4.

Hostiensis titu. de foro competenti in summa sua numer. 11. §. Ex præmissis, refert hos sequentes 29. casus cum hac Regula.

Laicus de stricto iure non tenetur respondere, nisi coram laico suo iudice.

1 *Fallit in his quæ pertinent ad forum Ecclesiasticum vt in caussa seruorum & Rusticorum Ecclesiæ.*
2 *In causis pænitentium.*
3 *Item libertorum, Pupillorum, Viduarum, & de belium personarum.*
4 *In peregrinis, Mercatoribus, Agricultorib. & nauigantibus.*
5 *Item cum agitur de Feudis.*
6 *Item in curia Romana Clericus contra laicum impetrat indistinctè.*
7 *Item inuasores locorum, Ecclesiarũ, vel Raptores, seu Malefactores possunt cõuenire Clerici sub quo maluerint Iudice.*
8 *Quando* Iudex *sæcularis iustitiam reddere negligit, vel suspectus est, vel subditum lædit, cognoscit Episcopus.*
9 *In crimine sacrilegij vel quasi.*
10 *Vsurarum.*
11 *Hæresis.*
12 *Simoniæ*
13 *Excommunicationis.*
14 *Periurij.*
15 *Adulterij.*
16 *Fornicationis.*
17 *Matrimonij.*
18 *Natiuitatis.*
19 *Iuris Patronatus*
20 *Decimarum.*
21 *Rapinæ.*
22 *Quando fauor personæ & causæ simul concurrunt, Ecclesia cognoscit.*
23 *Si quid ambiguum inter Iudices oriatur, ad Ecclesiasticum iudicem recurrendum est.*
24 *Quando agitur de fide.*
25 *Si in modum denunciationis agitur.*

26 *Ratione peccati & pacis intromittit se Ecclesia de qualibet caussa.*
27 *Ratione connexitatis, vt in dote.*
28 *In pœna apposita in Matrimonio.*
29 *Quando ordinarius recusatur.*
De his vide latius Hostiensem, in summa titu. de foro competenti. §. Ex præmissis, vbi præmissos casus comprehendit his versibus.

Hæreticus, simon, fœnus, periurus, adulter,
Pax, priuilegium, violentus, sacrilegusq;.
Si vacat Imperium, si negliget, ambigit, aut sit
Suspectus Iudex, si subdita terra, vel vsus.
Rusticus, & seruus, peregrinus, feuda, viator.
Si quis pœniteat, miser omnis, caussaque mixta
Si denunciat Ecclesiæ, quis iudicat ipsa.

Et Maranta in suo speculo distinct. 11. tradidit ex præmissis casibus 25. Casus quibus Ecclesiasticus super personis & rerum laicorum cognoscere potest. Has additiunculas & remissiones beneuole Lector, boni consulas, & si quid erratum sit candidè corrigas, tempus enim reuidendi vel relegendi datum non fuit. Matthæus Boyß Doct.

TRA-

TRACTATVLVS BERNARDI LAVRENTI. q. PRESI. THOLOSANI,

Continens plures casus, quibus secularis Iudex sine metu excommunicationis manus in Clericum imponit.

SVMMARIA.

1 Iurisdictiones distinctæ debent esse.
Iurisdictio Ecclesiastica tēporali maior cēsetur.
2 Leges sacros canones imitari non pudet.
Iurisdictio vna aliijs non debet esse impedimēto.
3 Laici in clericos nullum iurisdictionis actum exercere possunt.
4 Laicus in clericū iurisdictionem habet in causa reconuentionis & feudali.
5 Clerici à laicorū potestate exempti sunt summi dei autoritate.
6 Iudices sæculares nullā in clericos iurisdictionem exercere possunt.
7 Percutiens clericum in septem casibus excommunicationem non incurrit.
8 Iudex sæcularis sex casibus clericum coercere potest.
9 Clericus per iudicem sæcularem puniri potest, si sæuis, & enormibus se immiscuerit.

10 Cleri-

10 Clericum militarem habitum gerentem percutiens, non efficitur excomnunicatus.

11 Clericus vitam turpem ducens trina per annum facta monitione, omni priuilegio clericali spoliatur.

12 Cardinales ad celebrandam Romani Episcopi electionem possunt includi per dominos temporales.

13 Curialis effectus Clericus per sacularem iudicem ad curiam reuocari potest.

14 Clericus attentans aliquid in iurisdictionis temporalis praiudicium, potest per iudicem secularem coerceri.

15 Iurisdictio Ecclesiastica iustè defendi debet, non tamen iniustè.

16 Executio mulcta pecuniaria non contra personam Clerici, aut in bonis Ecclesiasticis fieri debet, sed in bonis suis temporalibus.

17 Iudex sacularis de possessorio causa, seu rei Ecclesiastica potest cognoscere.

18 Episcopi olim carentes territorio suas nō exequebantur sententias.

19 Iudex sacularis sex casibus Clericum capere & carceri mancipare potest.

20 Iudex sacularis Clericum in flagranti crimine compreherfum per 20. horas detinere potest.

21 Creditor potest debitorem Clericum de fuga suspectum capere.

22 Verbum

22 *Verbum dei non debet adulterari, nec de deo est aliquid falsi etiã in eius laudem, astruendum, quod plerique faciunt, mandata ipsius negligentes, vt suas stabiliant adinuentiones.*

TRACTATVS.

QVonia frequenter intueor modernis tēporib. capi. distringi & plerūq; iudicari à tēporalib iudicib. siue magistratib. igitur vigilandi studio inuestigare curaui totis pro viribus an & quando sit hoc eis licitum, scilicet laicis imponere manus in personas clericorum sine metu excommunicationis, atq; offensa diuini iudicij.

1. *Primitus est praesupponendum, quod iurisdictiones sunt distincta, in auth. quomodo oporteat Episcop. & Cleric. collat. 1. circa prin. iuncto cap. nouit. de iud. extra, cum concordan. iurisdictio tamen Ecclesiastica maior est & excellentior temporali, in cap. Solita. de maio. & obed.*

2 *Ideo dicit Imperator, quod leges non dedignantur sacros canones imitari. In auth. Vt clerici apud proprios Episcopos. §. penult. collat. 6. iuncto ca. Clerici. de iudic. & cap. cum secundum. de secundis nuptijs. Qua de re vna Iurisdictio non debet aliam impedire, vt dicto. c. nouit. de iud. iūcta. l. consulta diualia. C. de testamentis. Imo potius vna aliam iuuare debet. vt 24. quaest. 2. Dominus iuncta l. fin. circa prin. de re militari. lib. 12. C. Et ibi de hoc per Lucam de Pen. de quo etiam egregiè loquitur Guil de Mon. Lauduno in ca. 1. circa fin. de foro compet. in clem. & est textus in cap. 1. de offic. ordin.*

nullam

nullam habent iurisdictionē, nec in criminalibus, vt in ca. At si clerici, & in cap. cum non ab homine. extra. de iud. & in c. 1. & 2. 11. q 1. cum conco. Nec etiam in causa pecuniaria ex criminali descendente, vt no. Io 32. distinct. cap. ad hac. & in c. Adrianus. 63. dist. Item Bernardus & Hostien. in c. decernimus de iudicijs, & in c. 2. de foro competenti, & ibidē hoc tenet Io. An. Idem notatur in c. 1. de clericis coniugatis, lib. 6. Nec in causa mere ciuili in c. nō liceat 3. q 6. & est hoc expeditum in c. 1. & 2. 11. q. 1 & in ca. qualiter & quando de iud. quod tenent Hostien. & Io. And. in c. Clerici, de iudi. de quo etiam in ca. Quod clericis, de foro comp. & in c. verum eod. tit. per Io. An. Ita etiam notat Hugo. 11. q. 1. c clericū, & in c. allegat. vnico de clericis coniugat.. li. 6 facit optime c. seculares de foro compet. lib. 6. cum concor. ibi signatis, vbi est hodie declaratum.

4 In hoc tamen vltimo membro, dicunt nostri maiores excipi duos casus Primus casus est in causa recōuentionis. Secūdus casus est, in causa feudali licet de hoc sint opiniones contrariæ, tamē Inno. hoc tenet in c. verum de fo. cōpet dicens quod si in causa feudali dominus clericus vasallū distringat vel alias repellat, nō incidit in canonē &c. de quo plenè disputat Henr. Bohic. in c. at si cler. de iud. hac tamen iura prædicta familiaria. vnde probatio est familiaris, vt dicit Io. in c. patet 11. q. 3. quādo vnus papaliū Papā inducit in testē, vt recitat Io. 1. Romani Principes. de iureiurando in clem. super verbo Bonifacius, hoc tamen obstante nullus

fidelis abnegare debet istorum iuriũ & similium auctoritatem, absit enim dicere vt scriptura mentia 13.q 5.quid ergo,&c.

5 *Præterea prædicta approbantur non solum autoribus iuris canonici, imo & authoribus iuris diuini,& etiam ciuilis, quoniam Clerici sunt exempti à potestate laicorũ authoritate summi dei rerum omnium conditoris,prout legitur in c.cum at verum,cap.duo sunt, & c. imperator.96.dist. secundum Guil.de Mont.Lauduno in c.1. de offi. ordin.in clemen.de quo plenè per Innocen.in c. Si quis.de maioritate, & obedientia, & plenius per ipsum in c.licet,de fo.compet.vbi plenè ipse Innocentius differit de iurisd. Ecclesiastica, & de illius origine & progressu. De libertatibus vero & priuilegijs à deo & à principibus concessis ipsi Ecclesiæ & personis & bonis Clericorum eleganter ponit Innocentius in ca nouerit de sententia excommunicationis extra,vbi de hoc remitto causa breuitatis.Vnde veritas sacri eloquij testatur,dicens Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.*

6 *Vlterius prædicta comprobantur authoritate iuris ciuilis in authen.statuimus.C.de Epis. & Cleri.Vbi ad literam patet,quod iudices tẽporales nullam habent Iurisdictionem, nec in criminalibus,nec in ciuilib.in personis clericorũ,per quam authoritatem dicunt ibi DD. & præcipuè Baldus quod omnia alia iura ciuilia quæ dicebant laicos habere aliquam iurisdictionem in Cler. sunt correcta per illam authen.& l.nullum.C. de testibus & l.*

& l.addictos.C.de episcop audien.cum similibus tractant Hostien.& Ioan. And.in c.verum.de foro competenti.

Omnis tamen diffinitio in iure periculosa est, parum est quin subuerti possit.l omnis diffinitio.ff. de reg.iur. Ideo libet casus à prædictis exceptos hic enumerare. Ea de re subÿciam septem casus, in quibus verberans clericum non incidit in sententiam excommunicationis. Et sex in quib. clerici distringūtur per sæculares iudices. Et alios sex in quib laici capiunt Cler.absq; metu excōmunicationis, quos casus recollegi ex varÿs passib.iuris & diuersorum Doctorum conclusionibus.

7 *Sunt igitur septem casus, in quibus quis percutiendo Clericum non incidit in sententiam excommunicationis, quos enumerat Innocentius in c.non dubium.de sententia excommunicationis.*

Primus est cum bono zelo causa correctionis quis clericum verberat, vt pater, mater, magister & prælatus, vt in c.1.de sententia excōmunicationis.& ibi de hoc per Henricum Boyc.

Secundus est, si cum iocosa leuitate, vt in c.1.& ibi per Henricum in 2. dist.

Tertius, cum quis inuenerit Clericum turpiter agentem cum vxore, sorore, & matre, de quo in cap. si vere. de sentent. extra in 2. distinct. per Henri.

Quartus, si vim vi repellat, vt in d.c.si vero.& ibi de hoc per Henri. in 1.dist.

Quintus, si ignorauit eum esse cler.c.si vero.2. & ibi de hoc per Henr.in 1 distinct.

Sextus, si inuenerit Clericum apostatam scilicet non deferendo habitū, & tonsuram clericalē post trinam monitionem, vel si sauis, & enormib. immisceat sine habitu & tonsura clericalib. sine monitione, de quo tamen latius inferius dicam.

Septimus & vltimus, cū cler se prorsus transfert ad actus contrarios clericatui, vt quia efficitur miles se immiscendo sanis & enormibus, vt quia biganius efficitur, & etiam de his dicā inseq.

8 *Praeterea, secundo reperio sex casus in quib. Iudex temporalis coercere potest clericum.*

Primus est, quando cler incorrigibilis est, & est degradatus & traditus brachio saeculari in c. cum non ab homine, cum concordan suis, de iudi & intelligo quod sit degradatus iuxta formam ca. degradato. de poenis lib. 6. casus autem in quib. cler. traditur brachio seculari enumerantur per gloss. in c. ad abolendam extra de haereticis.

Secundus casus est, vbicunque Ecclesiastica potestas defuit, iuxta ea quae violantur in c. Princeps. 33. q 5. in c. filijs. 16. quaest 7. vbi dicit textus quod metropolitano dissipante bona ecclesiae adeatur regia dignitas, & ibidem per glos. vide etiam per Lodouicum de Pennis in l. si coloni. C de agricolis & censibus lib. 11. Adde hunc locum citat Benedictus in c. Cainutius 2. par. § si absq; nu. 31.

Tertius, quando per Ecclesiam inuocatur Brachium seculare in cap. 1. cum ibi notatis, de officio ordinarij.

9 *Quartus, vbicunque clericus se immisceet sauis & enormibus in cap. ex parte. 3. de priuilegijs*

iuncto

iuncto c. perpendimus & cap cùm non ab homine de sententia excom. vbi de hoc, de quo latißime per Henri in cap. vt famæ de sententia excom. & in cap. ex litteris in 3. distinct. extra de vita & honestate clericorũ, vbi inter catera legitur quod si Clericus facit contra statutũ clericale assumẽdo militiam, immiscendo se sæuis & turpibus, vel apostatando ab ordine clericali pariter enormia committendo sine laicali monitione exuitur omni priuilegio clericali.

Hoc idem tenet Innocentius in cap in audien. de sententia excom qui textus dicit † quod Clericus assumens habitum militarem si tertio monitus non desistat, si capitur seu percutitur per tales laicos non sunt tales laici excommunicati, Innocentius tamen supplet super verbo moniti, subaudi maxime, Et nota quod ille textus non dicit. quod se sæuis & enormibus immisceat, sed solum quod habitum militarem assumpserit. Sed in cap. 1. de apostatis Innocẽtius dicit, quod ad hoc quod perdat priuilegium clericale duo requiruntur, scilicet quod se transferat ad habitũ militarem, & quod seua & enormia committat.

Si autem clericus vitam turpem ducat, vt quia est publicus Ioculator, Buffo, goliardus, tunc siue sit in sacris, siue non post annum ipso iure, vel etiam intra annum trina tamen monitioue præcedente perpetuo exuitur omni priuilegio clericali. in cap. vnico de vita & honestate clericorum, libr. 6. si vero alias turpem Clericus exerceat vitam vt carnificum, macellario-

rum vel tabernariorum , personaliter tamen post trinam monitionem post terminum competentem arbitrio monentis praefixum , si sit coniugatus omnino , si non sit coniugatus in rebus, Et tunc si omnino incedat in habitu laici etiam in persona priuilegium clericale quamdiu in praemissis insistit, amittit, vt in clem. 1. de vita & honestate clericorum.

12 *Quintus casus est in cap, vbi maius periculum. de electionibus. lib. 6 iuncto cap. ne Romani. eod. titul. in Clem. vbi domini temporales possunt de facto includere dominos Cardinales ad celebrandam electionem summi pontificis. Sed quia hoc faciunt domini temporales ex commissione vel concessione summi pontificis , a quo in hoc casu praedictis dominis temporalibus attribuitur talis potestas dico quod laicus ex commissione vel delegatione papae potest Clericos non solum ciuiliter quinimo criminaliter coercere. secundum Ioan. qui hoc 32. distinct. cap. ad haec & in cap. Adrianus. 63. Idem tenet Bohic. post Bernard. Hostien. Innocentium. & Ioann. Andr. capit. allegato. At si Clerici. de iudi.*

Et per hoc vt opinor excusantur officiarij nostri regis Francorum qui Rex in his multa habet priuilegia apostolica, & plures praeeminentias , adeo quod Officiarij sui capiunt Clericos, & detinent sine metu excommunicationis, sed eos corporaliter non puniunt, sed bene pecuniariter in casibus priuilegiatis vt infra dicetur.

13 *Sextus & vltimus casus est in l. Si quis curialis. de Episcopis & Clericis C. vbi curialis si clericetur potest per temporalem iudicem etiam per manuum iniectionem ad curiam reuocari, & vide ibi Bald. Et potest huius esse ratio quia vbi aliqua sunt in cognitione & iurisdictione ex natura caussæ iudicij temporalis, potest cognitio seu iurisdictio exerceri per temporalem iudicem in Clericum vt in cap. verum de fo. compet. & in cap. ex transmissa eodem titul. qui loquuntur in feudo, & in cap. cæterum. de iudi.*

Vnde si Clericus resistat iudici sæculari potest de facto repelli & eius persona potest de facto à feudo exui sine metu excommunicationis, secundum Innocentum in cap. verum, & ex hoc quotidie practicamus quod in causis quæ pertinent ad temporales de iure vel ex priuilegio, vt in casib. quos dicimus priuilegiatos in hoc regno, vel quando Clerici aliquid attentant in præiudicium temporalis iurisdictionis, profectò temporales possunt coercere Clericos resistentes, & merito quia quilibet potest tueri suam iurisdictionem etiam pœnali iudicio vt in l. vnica. in principio. ff. si quis ius dicenti non obtemperet, & notat Innocēt. in c. 1 de officio delegati. Quo casu iudex potest etiā non subditos coercere, iuxta capit. Romana. de pœnis li. 6. Et not. plenè Inno. in d. c. 1. de offi. delegati. Et ob id Iudices tēporales in dictis casib. Cler. mulctant, nec propter hoc puto eos incidere in sententiā excōmunicationis, nec facere contra libertatē ecclesiasticā, quæ licet sit fouēda

& amplianda non tamen quod alijs ius suum auferatur argum capit. ex tenore de foro competenti non enim debet apponi laqueus fauore Ecclesiarum vt in cap. Mulieri de iureiur. & ibi sunt concord.

15. Iurisdictio enim Ecclesiæ semper tueri debet ob Dei reuerentiam scil. iustè & non iniustè vt dicitur de causa pupillari in l. Quoties §. Nec vtique. ff. de administrat. tutor. Ex quibus opinor quod iudices sæculares contra personas Ecclesiasticas iurisdictionem exercentes debito modo vtique non excedunt. Et maximè quia hoc faciunt ex priuilegio iuris vel Papæ aut saltem ipso Papa sciente & tolerante, ad quod benè faciunt notat. in cap. Quoniam de vita & honestate Clericorum per Innocent. in cap. 1. de treuga & pace, & vide quæ proposui ibidem satis latè post Innocent.

16 Verum est tamen quod tunc Executio huiusmodi mulctæ pecuniariæ non fiat contra personam Clerici nec in bonis Ecclesiasticis quia non subijciuntur iudici temporali, sed benè fiet executio in bonis eorum temporalibus immobilibus tamen cum mobilia sequantur personam iuxta l. Si captiuus §. expulsus. ff. de captis & postlimin. reuersis Et notat Dinus in l etiam §. Patronus. ff. de bonis libertorum, & plenè Oldradus de ponte Lauduno Cons. 59. & Cons. 17. Fiet igitur Executio in bonis immobilibus seu in rerum temporalitate si quando habeant, cum talia bona temporalia subijciuntur iurisdict. Regum, &

aliorum

aliorum temporalia dominorum, vt in ca. quæ iure, distinct. 8 & ita seruamus.

17. Præterea iudices temporales in regno Franciæ cognoscunt de possessorio causæ seu rei Ecclesiasticæ, quia possessorium rei Ecclesiasticæ est quid temporale & non spirituale secundum Innocent. in cap. cum dilecti de electionibus, licet quidam in hoc contra. Sed Bernardus videtur hoc astruere in cap. literas de iuram. cal quia possessio habet plurimum facti, & propterea de ea potest Iudex temporalis cognoscere, & iam in rebus spiritualibus seu Ecclesiasticis secundum Bernard. in l. potest pupillus, ff. de autor. tutorum. & in l. Titia ff solu to matrimonio, & melius in l. quoties de iudicijs. C. & Ioann. Andr. in cap. tuam, extrà de Ordinarijs cognitionibus, & Paul. de Lea. in ca. 1. de vsu in Clementina, qui dicunt, quod quando agitur de quæst facti incidentis in materia Ecclesiastica iudex temporalis cognoscere potest.

18. Vnde secundum iura antiqua Episcopi non habebant territorium, & ideò non exequebantur sententia suas, sed iudices temporales eas exequebantur secūdum Cynum & Bald. in l. Episcopi. C. de Episcopali audientia. Et propterea licet cognitio dotis pertineat ad Ecclesiam, vt in cap 1. & 2. de donat. inter virum & vxorem, tamen in quantum requiritur in ea executio facti, illa fiet per Iudicem sæcularem & non per Ecclesiasticum secundum Innocent. in cap. significasti de officio delegati secund. vnum intellectū, & ex hoc dicemus inuentaria bonorū temporalium Clericorum de-

bere fieri per iudices temporales, quia illa subijciuntur temporalibus, in cap. quo iure. 8. distinct. superius allegata.

19. *Postremò reperio alios 6. casus, in quibus iudex temporalis sine metu excommunicationis potest capere Clericum & incarcerare.*

Primus est in casibus prædictis, in quibus potest fieri punitio seu correctio personæ, quia cui licet quod est maius, &c.

Secundus de mandato iudicis Ecclesiastici ipsorum malefactorum ad fines remittendi, in cap. vniuersalitatis, & ca. vt famæ. de sentent. excommunicationis. ita tenent Archid. & Ioannes Andreæ in cap. Si Clericos eod. tit. lib. 6.

Tertius, quando iudex Laicus videt Clericum ad alterius iniuriam præparatum, & non adest prælatis suis, si ipsum Clericum alias compescere non potest, nam tunc potest eum sine metu excommunicationis ligare vel incarcerare secundum Innocent. qui hoc notat in cap. si verò. de sentent. excommunic. quem sequitur Lucas de penna, in l. generali, de Decur. lib. 10.

20 *Quartus, quando iudex secularis reperit Clericum in crimine flagranti, quem potest per 20. horas detinere secundùm Bernard. & Ioannem And. Hostiens. tamen contra in capit. vt famæ. de sentent. excommunicationis San. & Gulielmus de monte Lauduno in capit. 1. de officio Ordinarij in Clementina, quos sequitur Henricus Bohic in capit. cum non ab homine. de iudicijs. Archid. tamen in capit. Præsbiter. distinct. 81. & Lucas de*

penna

Penna post eum in d. l generali, sequitur opinionem primam, quæ videtur esse consuetudine approbata.

Quintus casus est, quando Clericum adulterantem cum vxore sua inuenit maritus secund. Host. & Henricum Bohic in d. cap. si verò. de sen. excommunicationis, cui autem pertinet vel incumbit probatio Clericatus & coram quo est hodie declaratum in ca. si iudex Laicus. de sent li 6.

21 *Sextus & vlt. casus est, vbi timetur de fuga debitoris etiam Clerici, quoniam creditor potest tunc talem debitorem capere iuxta terminos l. ait Prætor. §. debitorem. ff. quæ in fraudem creditorum alienata sunt vt restituantur. & hoc absq; metu excommunicationis, vt singulariter ponit Ioan. And. in Nouella, & Innocent. in cap. vt famæ de sent. excom & ibi de hoc.*

Hæc verò citra præiudicium potestatis iurisdictionis & libertatis Ecclesiæ sufficiat perstrinxisse, quibus nullatenus derogare intendo sed solum pro tuenda veritate iustitia prædicta certificare præsumpsi.

22 *Non enim debemus esse adulterantes verbum Dei vetante Apostolo, 2. ad Corin. 2. vnde non solum de Ecclesia, sed etiam de Deo valdè perhorrescendum est aliquid falsi astruere, etiamsi ad eius laudem videatur pertinere, vt scribit Magister sent. & ad Cor. c. 15. subiungens, quod non minori sed maiori fortassis scelere, si in Deo laudetur falsitas, quam vituperetur veritas, quod est tenaci animo commendandum, & perpetuò mente tenen-*

tenendum. Omnia tamen submittendo correctioni & determinationi sanctæ matris Ecclesiæ. Nã sicut errare vel minus sapere est communis infirmitas, sic in errore persistere præcipuum est horrendæ iniquitatis.

FINIS.

SEQVITVR TRACTATVS vtilissimus.

DE RECVSATIONIBVS SVSPECTORVM IVDICVM, authore Stephano Aufrerio per casus 93. distinctus.

RECVSATIO est iurisdictionis vel audientię, causa suspitionis proposita declinatio. l. apertissimi. C. de iudi. ca. quia suspecti. 3. q. 5. ca. suspitionis. & ca. super quæstionum. c. 2. 3. & 5. de offi. deleg. ita dicit Pe. in tit. de recus. §. 1. vbi vide alias diffinitiones seu descriptiones recusationis, quas ibidem ponit Io. An. in addit.

Secundò quæritur, qualiter sit fienda recusatio. Et breuiter conclude, quod inscriptis, ex quo videtur tex. iuncta glo. in ver. libellũ. in præalle. l. apertissimi. & in l. fin. eo. ti. quod tamen. expressius tenet glo. no. in c. quemadmodum. contra falsam. de proba. in ver. recusationes. ar. c. 2. requiris. de appel. secundum Host. & post eum Ioan. And. & Sicul. in eo. c. quem-

quemadmodum aiunt non esse opus argumento.cùm id sit expressum in præalle.l.apertissimi.§& l.fi. & ideo prædictam glo. quæ ad eius sequuntur.Host.Io.An.Bal. Sicu.cæterique Doct.in eod.ca.quemadmodum ad idem videtur glo.in alle.c,secundo requiris.in ver. coram eo.vbi etiam Doct.Spec. ti.de recus.§. qualiter.in prin. dicens, quod in libello recusationis continebitur quis: quem in qua causa,& quare recusat.idem tenet Dominicus de san.gemi.post Ar.h.& Io.An.in c.licentia.de appel.li.6.& sequitur Io.An.in addi. Spe.vbi supra.Præterea causa suspitionis proponi debet ac exprimi coram iudice recusatore, & postmodum coram arbitris eligendis probari,& hoc fuit dubium de iure canonico. c.inter monasterium.de re iudi. ca. cum speciali. de ap.& alle.c.2.requiris.& vtrobique Doct. Spe.vbi supra. & in ver. proposita causa in fi. alle.c.legitima.& ibi Ioa.And.& Domi. ad i-m.ca. ab arbitris.de offi.dele. lib.6.& ibi Dominus Ioan.And. Secus est tamen de iure ciuili, quia non est necesse causam recusationis exprimere,sed sufficit dicere iudicem haberi suspectũ:ita voluit gloss.in præal.l.apertissimi.& in l.quia poterat.ff ad Treb.& in l.1.Itẽ si suspectus.ff.de procu.& sentire videtur. gl. in alle.c.2.requiris.iurare tamen tenetur ipse recusans, quod calumniæ causa esse recusat, vt voluit glo.in præal.l.apertissimi.hic Bald. ibidem dicit, quod sicut de iure ciuili causa non est inferenda per consequens, neque probanda,cum nemo teneatur probare, quod nõ tenetur allegare,sicque secundum probabitur
suspi-

suspitionis causa per recusatoris iuramentū. dic quod Bald. tenet Ange. in alleg. l. apertissimi. idem Bal. in l. 1. §. 1. ff. a. qui. ap. non licet dicentes præall. glo. procedere de iure ciuili, quia statim arbitri veniunt ad merita caussæ, misso suspitionis articulo principali: vt in præal. l. fi.

Sed de iure canonico non habent cognoscere nisi de causa suspitionis, non autem de causa principali: vt no. in præal. c. legitima. idē Bar. in alle. quia poterat, dicens, quod præall. gl. iur. ciui. seruaretur in terris imperij, idem Ang. & Imo. in præal. l. quia poterat. idē Bart. in allega. l. apertissimi. idem Pau. de ca. consi. 40. 1. col. idem Ang. Are. Insti. de excepr. §. præterea. 18. colu. ver. quod si recusatur iudex: & in § ergo. institut. de fideicom. hære. idem Sali. in l. apertissimi. Dicit tamen se putare, quod istud sit verum in delega. sed ordinario dicit causam allegari debere: quia leges de hac materia loquentes, causam aliquātisper exprimunt. & per dictam l. apertissimi leges loquentes in ordinario non videntur esse correctæ: arg. l. præcipimus. C. de app. Fatetur tamen, quod causa non est probanda: nam secundum eum iudex non habet de hoc cognoscere, vt no. per Cyn. in d. l. apertissimi. Nec ob. l. si quis ex aliena ff. de iudic. quia ibi est quæstio de iurisdictione, hic verò de persona & eius suspitione. Item, quia propriè nō est recusatio sed adiectio, nec itur ad arbitros sed petitur ab eo causa non suspecto delegari vt l. solet. ff. de iurisdict. om. iu. & l. fin. C. de offic. ciuil. iudi. & l. eos. C. de appel. Et hoc in or-

in ordinario de iure ciuili. Et licet ista sit communis opi, tamen Io. Fa. & Iaco. de Are. in alle. l. apertissimi, tenēt opi. canonist. videlicet quod causa suspitionis etiam in ordinario sit exprimenda, & arbitri vtroque casu de causa suspitionis cognoscunt, non autem de principali: & idem videtur tenere Io. Pe. de Ferra. in ti. de declaratione iurisdictionis, in glo. super verbo omnibus. Et ita quoad expressionē causæ seruat consuetudo, quæ est optima legum interpres, ca. cum dilectus de consue. l. si de interpretatione. ff. de leg. de modo tamen practicandi domino concedente pauca quædam infra dicere proposui.

Sed ponamus, quod de facto recusatio facta fuerit sine causæ expressione, nunquid postea recusans poterit eam exprimere vt valeat recusatio. dic breuiter, quod sic antequam electi sint arbitri: quia quæ habentur in præallegato. c. accedens. 1. & 2. vt lite non contesta. Secunda est respectu odij, vbicunque appareret quod iudex habet partem odio. c. cum super. & in tex. secundum vnum intellectum glo. de offi. dele. Tertia species est indifferens, videlicet ob aliam causam, quam propter amorem vel odium partis.

Prima igitur species secundum eundem Præpo. vbi supra incipiendo à causis amoris est. Quando iudex est nimis amicus partis. c. ad hæc vbi tex. de rescript. ca. cum m. R. canonicus, & ibi Sicu. de offi. dele. & ca. accusatores. 4. 3. qu. 5. idem Dom. Ioan. And. in præalleg. c. legitima. & ad hoc alleg. l. vnica. C. si quæ præpo. Secunda causa si iudex

sit consanguineus aduersarij:nam ex eo poterit tanquam suspectus meritò recusari tex.est in alleg.ca.postremò, vbi dicit Præpo.esse de mente gl.Io.An.& scribentium ibidem,quod talis consanguineus sit intelligendus attento communi vsu loquendo:omnis ille qui fuerit siue ex patre partis: & sic ex linea masculina, siue ex parte matris: & sic ex linea fœminina sanguine cōiunctus, quod etiam voluit Ioan. Andr.& ibi not.in rubrica,de consan.& affin. Bar.& Imol.in l.cum quidam.§.quod dicitur ff.de acqui.hære.Bal.in l.2. C. de verbo. signi. Et idem crederem in proposito, de natis ex damnato coitu secundum Io.And.in arbo.de affi. in propria parte principali, & Bald.in l. fratres.C.de inoffi.testam.nam tales veniunt appellatione consanguineorum:licet impropriè:secundum Doct.in l.fi.C.de verb.signifi. & l.liberorum.ff.eod.ti.

Sed vsque ad quem gradum fieri poterit huiusmodi recusatio.glo.in alle. c. postremò voluit,quod ille consanguinens recusari potest,qui est in gradu succedendi ab intestato, vt videlicet aliquo casu succedere possit, videlicet vsque ad septimum gradum.

Sed quia hodie vsque ad decimum gradum succeditur agnatis ab intestato.§.fi.inst.de legi.cog.suc. & cognati sint reducti ad instar agnatorum,vt in §.nullam in auth. de hære.quæ ab intest.defe.ergo etiam cognatis succeditur hodie vsque ad decimum gradum:ideo secundum Præpo. vbi supra gloss. debuisset dixisse vsque ad decimum gradum secundum iura hodierna.

Sed

Sed nihilominus cum gloss. prædicta transeunt Hosti. Bal. & Imol. videlicet, quod suspitio intelligatur durare vsq; ad gradum succedendi. & pro prędicta gl. fa. gl. in l. fœmina C. ad Turpil. vbi suam vel suorum iniuriam dicitur quis prosequi vsque ad gradum succedendi. fa. glo. in l. vt vi. ff. de iust. & iur. & no. per Bar. & Ang. in l. qui iurisdictioni. ff. de iuri. om. iu. & Ant. in ca. cùm contingat. de foro compe. & in ca. insinuante. de offi. dele. Licet gloss. in c. requisisti. de testam. & in ca. 1. 11. qu. 3. videantur sentire, quod vsque ad quartum gradum de iure canonico sit locus successioni, ergo secundum illas restringi debet facultas recusandi vsque illum gradum. Io. And. in alle. c. postremò dicit, quod cum in linea masculina soleant etiam vltra decimum gradum vindicari offensæ, vt in Tuscia & in fęmina nõ tantum curatur, hoc erit arbitrarium iudici considerare ex consuetudine patri affectionem quæ solet haberi inter cognatos & agnatos, & circa eã iudicare de suspitione. Bal. reprobat huiusmodi dictum Io. An. quia verbum consanguineus, est de iure certum & determinatum, sed vbi verbi signif. est determinata, non recurritur ad arbitrium iudicis. l. item in legati. §. parui. ff. de le. 3. Sed nihilominus mihi videtur quod opinio Io. An. vna cũ limitatione Sicu. meliori nitantur ratione, vt vel consideretur, an sint de eadem domo seu stirpe masculina, ac secundum hoc iudicetur suspectus vel ne, considerata regionis consuetudine. nam in aliquibus locis affectio consanguinitatis & affinitatis extenditur quasi

in infinitum,& in aliquibus vsque ad certum guadum. Cùm ergo consanguineus ratione affectionis tantum recusetur, debemus considerare, an duret affectio. Cessante verò consuetudine dicit Sicul. sibi placere dictam gloss. quam communiter sequuntur Doct. vt inter cognatos & agnatos extendatur recusatio vsque ad septimum gradum, in quo admittitur successio ab intestato.

Sed in his, qui sunt de stirpe masculina recusatio admitteretur indifferenter. nam videmus, quod sola origo eiusdem loci quandoque præstat iustam causam recusandi iudicem. vt in c. accedens. 2. vt lite non contest. fortius in his qui sunt de eadem prole masculina. nam propter idem cognomen semper durat affectio inter eos.

Limitatio 1.

Limita tamen prædicta primo nisi consanguineus esset talis, quod omnem suspitionem personæ qualitate purgaret, puta, si esset Monachus Cisterciensis. ita voluit Specul. in tit. de deleg. §. superest. ver. quid non est consanguineus. alleg. 4. qu. 3. §. item testium. & l. 3. ff. de testi. Ioan. Andr. in addit. Specul. vbi supra refert Vincen. istud primum dixisse in alleg. c. postremò, ad hoc allegando ca. mandata, de præsumpt. idem Imol. in cap. insinuante, de offic. delega. Sicul. in alleg. cap. postremò, dicit sibi placere præalleg. dictum Vincentij. Et idem Anthon. ibidem dicens idem in omni alio in quo esset magna sanctimonia. alleg. l. non

l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.& tex. in præalleg.l.3.ibi,nam si careat.pro quo tex. in capi.2.de noui operis nuncia. ibi,credere non possumus ipsos per malitiam litigasse. pro hoc facit dictum Anthon. in cap. finem. de dolo & contum.vbi dicit, quod regula victus victori.&c. fallit, vbi esset talis persona de qua præsumeretur quod malitiosè non litigasset,ad idem Zaba.in Clem.1. de priuileg. 38. quæst. vbi excusauit religiosum magnæ sanctimoniæ à pœna illius Cle. Crederem tamen, quod exemplum Vincentij de religioso Cistercien. tempore suo procedebat disciplinæ regularis obseruantia tunc vigente. Nunc autem, quia proh dolor non sic, nō videretur sufficere, quod religiosus esset, nisi vitæ magnam sanctimoniam haberet.

Limitatio 2.

Limita 2.nisi in Papa, qui etiam prætextu consanguinitatis recusari non potest. pro quo gloss.in cap.1.in fi.de concess.præben.lib. 6. Hostien.Ioan.Andr. & Sicul.in cap. querelam.de elect.Philip.Perusi.in allega.cap. postremo.Præpo.in alleg.cap. cum speciali. Et idem eisdem rationbus & iuribus crederem in Imperatore aliove principe superiorem in temporalibus non recognoscente, sicut est Dominus noster Rex.ca.per venerabilem.qui fi. sunt. dixi latius supra in 3. qu. principali. ver.sed nunquid Papa.

Limitatio 3.

Limita tertio, nisi iudex esset consanguineus alterius partis, quia par causa affectionis tolleret suspitionem. ff. de ri. nup. l. non solum. §. denuo. Quam limitationem gloss. Sicul. & Præpo. in alleg. ca. postremo. intelligunt, quando vtrique parti eodem seu pari gradu attinet, tunc enim est par affectio & hoc sentit gloss. in ratione sui, per aliud verbum æqualiter. Secus autem, vbi attineret vni in primo gradu, quia frater, & alteri in quarto, vel vlteriori, tūc enim nō esset par affectio circa fratrem & alium remotiorē. Ar. in c. literas. de præsump. & in all. c. accedēs, i. vt lite non conte. Nam omnes homines sunt consanguinei cum descenderūt ab Adam, vt legitur, & not. in alleg. l. vt vim, sed ratione proximitatis præsumitur maior affectio.

Tertia species, si iudex est affinis aduersarij, glo. in c. accedens, i. vt lit. non conte. alle. ad hoc 3. q. 1. c. absens. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. in prin. & 4. qu. 3. §. Item lex Iulia. idem Spe. ti. de deleg. §. superest. ver. item si sit consanguineus vel affinis, iuncto ver. seq. Fa. not. in l. aut affinitate. ff. de procur. & in cap. 2. de procur. li. 6. vbi propter affinitatem de nouo contractam remouetur procura. ergo & iudex recusabitur. idem tenent Sicul. Præpo. & Philip. in alleg. ca. postremò. idem Ange. Are. insti. de except. §. præterea. ver. viso rescripto.

Limita tamen, sicut in præcedenti specie dictum est, nisi adsit alia qualitas personæ elidens

dens præsumptionem affectionis, quæ resultat ex affinitate, vt quia esset religiosus, bonæ conscientiæ & integritatis, vt voluit Specul. vbi supra Imo. in c. cum R. canonicus. de offi. dele. & Præpo. vbi supra.

[f] Quarta species si Prælatus est Ecclesiæ, cuius causæ vult esse iudex, ita Specu. vbi supra. ver. Item quod vult esse iudex. Anthon. & Sicul. in cap. cùm venissent. de iudi. idem Sicul. Præpo. & Philip. in alleg. cap. postremò. Anthon. in cap. ad audientiam. de appel. Milis in reperto. in verbo iudex. ver. iudex potest esse quilibet. &c. & ver. iudex ordinarius potest recusari. &c. Et licet prælatus possit esse iudex in causa Ecclesiæ suæ. 2. qu. 7. cap. si quis erga. & not. in ca. cum personæ de priui. lib. 6. nihilominus recusari potest, vt suspectus ita Sicul. in alleg. cap. insinuante. de offic. dele. & cap. postremo. & ista est communis opin. licet Imol. in cap. cùm venissent, teneat contrarium.

Quinta species, si iudex est consanguineus prælati, ne sit iudex in causa Ecclesiæ, ita Ioa. And. in addi. Spe. vbi supra. ver. quid si prælatus, idem Ant. Sicu. Præpo. & Philip. in alleg. c. postremò. In. Io. An. Ant. & Sicu. in alle. c. insinuante. de offi. deleg. per illum tex. quem ad hoc idem Sicu. reputat singularem: idem tenent Io. An. & Domi. in c. iudex de of. dele. li. 6. Cy. in l. vnica. C. ne quis in sua cau. ius si. di. Quod procedit etiam, si prælatus litiget per procuratorem, vt tenet Philip. in alle. ca. postremo. licet Spe. vbi supra. post Egid. videatur tenere contrarium.

Sexta species, si iudex est Clericus aduersarij ita Ioan.And.& Domi.in allega.cap. legitima quod videretur intelligendum de Clerico existente sub districtu & iurisdictione illius aduersarij, eo quod idem Ioan.Andr, ad dictum suum alleg.cap. accedens. 2. vt lit. non contesta.& ca.fin.2.responso de offic.deleg.lib.6.

Septima species, si est scolaris aduersarij, pro quo text.3.qu.5.accusatores.4. & videtur tenere Sicul.in cap. cum R. canonicus, de offic.deleg.idem Præpo.1.allega. cap.postremo pro hoc adducens not. per Innoc. in cap. 1. de magi.& gloss.ibidem.& in l.liberto.ff. de obsequ. libert. & l.quod ergo. ff. de arbitr. Cui addi possunt not.per Bart.in l.si libertus.ff.de in ius vocan.

Octaua species, si est magister siue Doctor aduersarij, tenet Specul.vbi supra. ver. quod de magistro. Sicul.in alleg. cap.cum R.canonicus.Præpo.in alleg.cap.postremo.Nisi fortè partes ambæ essent eius scholares, quia tunc affectionis par causa tolleret omnem suspitionem,vt in præalle.l.non solum. §.denuo. ff. de ritu nupt. & ita voluit Specu. vbi supra.Licet Ioan.in cap.causam. de offic. deleg.teneat ibidem contrarium per illum text. & ibidem not. & Baldus in authent. Habita. C. ne fi. pro pa. & in §.pen. in procemio.ff.

Nona species, si aduersarius est famulus iudicis per text.in alleg.cap.insinuante. idem Specu.vbi supra.ver.Item si velit.Ioan. Andr. & Do-

& Domi.in alleg.cap.licentia Philip. & Præpo. in alleg. cap. postremo. Quod tamen intelligunt durare famulatu, non autem postea per not.in l.1.§.idē rescripserit.ff.de quæst.& per Sicu.in alle. c. cum R.Si tamen aliqua reuerentialis obedientia post solitum famulatum remaneret, non cessaret suspitio per no. vbi supra.

Et idem videretur, vbi iudex esset multum familiaris aduersario. ar.no.in l. fi.C.de iud. ita tenet Angel. Aret.instit.de except.in alle. §.præterea.versi.viso. de rescrip.&c.pro quo glo.3.q.5. in summa. & Specu. vbi supra. ver. item si est ei nimis familiaris vel commensalis eius,in alle.c.insinuante.& ibi Hostien. & Sicul.Secus autem, si modica esset familiaritas, vtputa socialis, nam talis non sufficeret. ita glo.& Sicul.in alleg.c.insinuante.

Et istud maximè crederem procedere in consiliarijs Curiæ parlamenti, quibus propter huiusmodi familiaritatem vitandam regijs ordinationibus prohibetur, ne comedant cum partibus, pro quo bene facit l.obseruandum.ff. de offic. præsi. Veruntamen propriè familiaris alicuius dicitur ille, qui verè est de familia, atque continuus commensalis suis expen. vt in cap.fi.de ver.signi.li.6. & ibi Io.An.& Domi.gl.præal.in summa 4.q. 5.dicit, quod omnes illi sunt de familia, qui habitant in eadem domo.

Adde, quod sicut iudex, si est nimis familiaris aduersario vel commensalis potest recusari : ita etiam quando apertè recipit magna dona: per leg.1.ff. ad leg. Iuliam.

de ambitu. Et ita tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. vbi suprà proximè; quod in curia parlamenti seruatur ideo, quia per ordinationes Regis maximè Caroli 7. prohibetur præsiden tibus & consiliarijs, ne quicquam à partibus recipiant, quod eorum possit animum mouere, secus igitur, si dona essent parua. l. solent. ff. de offi. proconsul. & c. statutum. §. insuper. de rescrip. lib. 6.

10 Si Vicarius est Episcopi iudex, nam tunc etiam in causa famuli Episcopi poterit recusari tex. est secundum Præpo. in alle. c. insinuante & ibi Sicul. & Imol. Philip. & Præpo. in alle. c. postremo.

11. Si socius est in domo aduersarij, ita Sicul. in alle. cum R. canonicus. Præpo. in alleg. cap. postremo. Angel. Are. vbi supra. Et intelligit de socijs largè, puta de illis qui habent materiam simul conueniendi, sicut scolares habitantes in eadem domo, quorum vnus, si alterius iudex fuerit deputatus recusari poterit, secundum Sicul. vbi supra, nam ratione huius societatis contrahitur quoddam ius fraternitatis. l. verum. ff. pro socio. fa. gloss. in cap. dilecto. super ver. vicino. de sentent. excommun. lib. 6. Præmissa tamen intelligenda sunt durante societate, ita Specul. vbi supra. ver. quid si sit socius. & ibi Ioannes Andræas, in addition. dicit Petr. & Abba. ita dixisse in præallegat. cap. insinuante. Et idem dicendum videtur, vbi quis esset socius specialis extra domum ratione prætacta, videlicet, quia societas est altera fraternitas, per

per dictam.l.verum.ita Io.An.in addi Specu. vbi supra in ver.Item si est Concanonicus.

12. Si est concanonicus cum aduersario in eadem Ecclesia: Per tex.in allega.c.cum K. & ibi Sicul.& Specu. vbi proxime. supra Ioan. And.& Domi.in allega.c.legitima. de appellatio. lib.6.

Et idem dic si iudex & aduersarius sint de eodem collegio, nisi inter alios de collegio, vel de capitulo, quia causa affectionis &c.ita Philip.in alleg.ca.postremo. Et per hoc videretur quod consiliarius Curię Parlamēti possit recusari, si causa alterius consiliarij sibi committatur. Sed ex hoc solo nunquam vidi consiliarium commissarium recusari.

13. Si Iudex est subditus, aduersario domino suo, quia non potest esse iudex in causa domini sui.c.accedens.1.& 2 & ibi Sicu.vt li.nō conte.glo.in c.accusatores.lo.4.3.quæst.5.Io. An.& Domi.in allega.ca. legitima.Præpo.in allega.ca.postremo. Quod intellige durante subiectione alias secus. vt supra in 9.& 11. specie.

14. Si iudex est Suffraganeus aduersarij vt in præallega.c.accedens.1.Præpo.in allega. c. postremò.Spec.vbi supra ver. Item si est suffraganeus: vbi Ioan.An. in additione dicit illud esse verum etiam si habeat causam cum subdito suffraganei sui corā ipso suffraganeo quia poterit ipse suffraganeus recusari secundum eundem Ioan.And.vbi supra in additione.ver. sed quid si conqueror.de subdito &c. contra opi.Spe.ibidem.

15. Si iudex est vel fuit aduocatus aduersa-

rij in eodem negocio, vel ei connexo, in præalleg. c. postremo. 2. quæst. 6. c. statuendum. l. prætor. ff. de iuri. om. iud. l. ille. à quo. §. pe. ff ad Trebel. 2. q. 1. c. sed sciendum. l. quisquis. C. de post. in prin. C. de assesso. l. nemo. in fin. & ratio est, quia iam animum suum manifestauit, & præsumitur affectus ad causam ratione aduocationis susceptæ, secundum Sicul. in allega. cap. postremo. & ibi Præpo. Ioan. And. & Domi. in allega. ca. legitima. Specul. vbi supra. ver. Item si fuerit aduocatus. vbi Ioan. And. in addi. dicit quod si aduocatus impetretur ab appellato, qui ex ipsius aduocati consilio obtinuit procederet recusatio, cessaret autem si impetraret appellans. Et licet aduocatus possit esse iudex ordinarius secundum Vincen. nihilominus secundum Io. And. vbi supr. recusari potest.

Aduerte tamen quod si aduocatus est domesticus iudicis ex hoc solo recusari non potest secundum glo. Innocent. Antho. & Sicul. in ca. ex insinuatione, de appella. nisi attenta qualitate prauitatis aduocati, & facilitate iudicis, aliud videatur dicendum. ita Hosti. per illum tex. & Sicul. in c. 1. de offic. iudi. vt quia forsan nimis faueret causæ ipsius secundum Philip. & Doc. in alle. c. postremo. Secus si eo modo non faueret.

Sed vbi aduocatus esset iudicis, tunc bene posset recusari, ita Hostien. & Ioan. Andr. in alle. ca. 1. & fa. c. accedens 2. vt lite non conte. & Præpo. vbi supra.

16. Si fuit in causa procurator per ea quæ habentur in. c. fi. de testi. li. 6. per Antho. in ca.

cum

cum à nobis. de testi. & no. in præalle.ca.insinuante, de offi.dele.Spec.vbi supra ver. Item si fuerit aduocatus.nam procurator testis esse non potest in causa in qua fuit procurator, vt in præalle.ca.si. ergo cum facilius repellatur iudex, quam testis vt voluit gl.in c.cũ canonicus & c. insinuante.cum cõcor.poterit etiam ne sit iudex recusari, quod Præpo. & Philip. in alle.c.postremo.

17. Si iudex fuit sollicitator causæ, quia sicut non potest esse testis, ita recusabitur ne sit iudex. Rota conclusio. 161. Quod Ludo. Ro.consil. 420. dicit procedere in sollicitatore salariato alias à testimonio secundum eum non repelleretur, dicit tamen Præpo. in allega. cap. postremo. quod forte à iudicando posset sollicitator etiam non salariatus recusari ratione affectionis, quam verisimiliter habet ad causam, ad quod no. per Rotam vbi supra & Domi. in cap. Romana. de testi.li. 6.

18. Si iudex dixisset apparere ius alicuius partis in causa, ita Ioan. And. in cap. irrefragabili. §. excessus & ibi Sicul. & moder. de offic. ordin. nam pars contra quam dixisset antequam esset datus iudex poterit eum recusare.

19. Si iudex fuit cõsultor aduersarij in causa.ita Ioan. And.in cap.si contra vnum.de offic.dele.lib.6.idem Ioan.And.& Domi. in allega.c.legitima. Bald.in cap.de causis.5.col. de offi.dele.Sic.& Præpo.in alle.c.postremo. & idem Ioan.And.in præalle.c.irrefragabili.

20. Si aduersarius est vasallus iudicis.

c. cau-

e.causam 2.de offi.dele.no.in.c. ex trāſmiſſa. de fo.compe Ioan.And.& Domi.in allega.c. legitimo.Specul.vbi ſupra ver.1.Angel.Aret. in alle.§.p•eterea.ver.viſo.de reſcrip.Prępo. in allega.c.poſtremo.

21.Si iudex alias tulit teſtimonium in cauſa,nam poterit recuſari.ita Spe.vbi ſupr.ver. Item ſi fuit teſtis allega.l.fi.ff.de teſti.& C.de aſſeſſo.l.fi. in prin. & in fi.idem Præpo.in allega.c.poſtremo.fa.no.in c.Romana.pręalle. de teſti.li.6.

22. Si Iudex eſt vaſallus impetrantis, vt in præallega.c.accedens 2.fa. poſita ſupra in 20. ſpecie.in alle.c.poſtremò.

23. Si iudex in cauſa fuit fideiuſſor, nam fideiuſſor non poteſt eſſe teſtis in cauſa l. ſi cui legetur.& ibi Bal.ff.de. le.1. Anto.in c. cum à nobis.de teſti.Spe.vbi ſupr. ver. ſed nunquid fideiuſſor.& ibi Ioan.And.in addi. Præpo. vbi ſupra.

24. Si Iudex eſt filius eius qui fuit aduocatus in cauſa,vel econtra pater eſt Iudex, & filius eſt aduocatus.ita gloſſ.in præallega.c.accuſatores.3.4.q.5.Anto.& Philip. in allega.c. poſtremo,per tex.in c.ex inſinuatione.de appel.ſed ibi gloſſ. Io. An. & Sicul.tenent contrarium.cū gloſ.ſolum loqui videatur quando eſt commenſalis,ſed in filio maior præſumitur affectio,& quia pater & filius pro vna perſona reputantur.§. hij cum ſuis concor. Inſti.de inutili. ſti. & pater magis patitur in filium quam in ſeipſum.l. iſti quidē. ff. quod me.cau.& filius eſt de familia patris.ſecundū Specu.vbi ſupra ver.item ſi ſit comes. Io.An.

& Do-

& Domi.in allega.cap.legitima.

Ego femel vidi per curiam admitti recusationem cõsiliarij,eo quod eius gener esset aduocatus alterius partis,& hoc quamdiu cum socero demoraretur.

25. Si fuit assessor in illa causa non poterit postea esse iudex.Speculator. vbi supra. ver. Item si fuerit aduocatus. fa. not. in lege. 2. ff. quod quisque iur.

Sed istud non videtur probari per l.nemo. la.2.in fi.C.de assesso.quæ allega. per Specul. immo gloss. videtur tenere contrarium in.l. 1.ff.eo. ti. videlicet si illa causa in qua fuit assessor sibi fuerit delegata ita Bar. ibidem, fateor tamen quod si fuerit aduocatus non poterit esse assessor in eadem causa vt in præallega.l.nemo.

26. Si fuit iudex in illa causa & de illa semel cognouit, sed ab eo fuit appellatũ, nam absque partis assensu non poterit sibi causa remitti,nisi prius appellatione vacuata.c.accepta. de appel. & ibi Præpo. & Sicu.idem Præpo.vbi supra in præallega.c.postremo.

27. Si iudex habet pæne consimilem causam causæ aduersarij. in ca. causam 2. de iudi.Io. And. & Domi.in allega.cap.legitima.Angel. Are.vbi supr.

Et quæ sit pæne similis causa,statur arbitrio iudicis.c,personas.de testi. ita Host. Ioan. & Sicul.in alle.c.causam. Præpo. in allega.cap. postremo.

28. Quando iudex nimis fauet aduersario. c.accedens.2.vt lite non conte.c.ad hæc de rescrip.Ioan.An. & Domi.in alleg.c.legitima.

Præpo.

lice, id quod sibi pars dixerit ad aurem non erit suspectus secundum Specu. vbi proxime. supra & ibi Ioan. And. in addi. & Docto. in al. le. c. accedens. 2.

30. Si iudex & aduersarius sint compatriotæ in patria extranea, quia extra patriam cōpatriotę plus solito se diligere solent. Ioā. An. & Domi. in alle. c. legitima. Specu. in tit. de dele. §. superest. ver. Item si de terra. no. in præallega. cap. accedens. 2. & per Ange. Aret. vbi supra.

31. Quando iudex & pars sunt cōpatriotæ & in patria sua iudicium agitur contra forensem ibidem existentem, ita Spec. vbi supra proxi. & Anthon. in præalle. cap. accedens. 2. vbi Sicul. dicit istud procedere in delegato, vt hodie probatur in cap. statutum. § cum autem. de rescrip. li. 6. vbi patet quod si actor & reus sunt diuersarum dioecesum, actor non potest impetrare iudicem in sua dioecesi vel ciuitate. Sed in ordinario dicit hoc non procedere alias quilibet forensis volens conuenire ciuem de facili recusaret omnes ordinarios reg. quod videtur contra mētem iurium quæ volūt quod actor sequatur forum rei, & fa. quod idem Sicu. no. de suffraganeo in c. accedens in. 1. vt lite non conte.

32. Quando Iudex supplet in facto pro parte aduersa, vltra casus à iure permissos: nam tunc videtur se facere partem, & per consequens suspectum glos. est in alleg. c. statutum super ver. copia de rescrip. lib. 6. & ibi Domi. quod quando iudex delegatus vna cū parte se dicit iudicem, sic dicēdo se reddit

ſuſpectum alteri parti: & videtur ille fauere ſuper dubio.

33. Si iudex eſt in manib. aduerſarij in alia ſua cauſa: puta quia aduerſarius in alia cauſa eſt iudex iſtius ita Specu. vbi ſupra. ver. Item ſi vnus eſt iudex alterius, & idem ibi Io. An. in addi. idem Io. An. & Domi. in alle. c. legitima. & Domi. in ca. fi. de offi. dele. li. 6. vbi nullus poteſt eſſe conſeruator deputati ſibi conſeruatoris. idem Præpo. in alle. c. poſtremo.

34. Si epiſcopus eſt iudex ſuorum clericorum ſibi ſubditorum contra alium non ſuum diœceſanum Ioan. And. & Domi. in allega. c. legitima. Specul. vbi ſupra. ver. quid ſi impetro, & ibi Ioan. And. in addi. Præpo. in allega. c. poſtremo. fa. c. cauſam. 2. & ibi no, per doct. de offi. dele.

Adde caſum aliũ videlicet ſi iudex eſt com pater partis & pro hoc gloſſ. in præallega. ca. cum K. canonicus. quæ dicit iudicem ex modica & leui cauſa recuſari poſſe. ita Specu. in titu. de appel. §. nunc dicamus. 2. col. Io. And. & Domi. in ca. Romana. §. quod ſi obijciatur. de appel. lib. 6. vbi dicit quod talis cauſa recuſationis ratione compaternitatis non eſt à iure determinata & ſic eſt dubia eſt tamen probabilis, idem Sicul. in allega. ca. cum ſpeciali. de appel. & ibi Io. de Imol. poſt Ioan. And. & Imo. in cap. prudentiam. de offi. dele. Philip. in allegat. ca. poſtremo vbi Præpo. dicit quod ad plus tenetur cognatus ſpiritualis quam affinis, quia affinis non tenetur alere affinem, ſed pater ſpiritualis ſic vt voluit Bald. in authen. niſi rogati C. ad trebel. cum ergo affinis

possit recusari sicut supra tactum est, ergo & cognatus spiritualis recusabitur. Preterea æquiparatur patri carnali quo ad reuerentiam sibi reddendam, & ideo non vocatur in ius sine venia, sicut nec pater carnalis ita Angelus, post Bal. in l. generaliter. ff. de in ius vo. ergo sicut reuerentia magistralis facit quem suspectum, vt supradictum est in. 7. & in 8. specie, ita & ista reuerentia spiritualis. Et sic idem esset ac si esset patrinus partis a fortiori.

